CORPVS
SCRIPTORVM ECCLESIASTICORVM
LATINORVM

EDITVM CONSILIO ET IMPENSIS

ACADEMIAE LITTERARVM VINDOBONENSIS

VOL. LVIII

S. AVRELI AVGVSTINI OPERVM SECTIO II.
S. AVGVSTINI EPISTVLAE

EX RECENSIONE

AL. GOLDBACHER.

VINDOBONAE ○ LIPSIAE
HÖLDER-PICHLER-TEMPSKY A.-G.
MCMXXIII.

Augustinus, Aurelius, Saint, Bp. of Hippo

S. AVRELI AVGVSTINI HIPPONIENSIS EPISCOPI EPISTVLAE.

RECENSVIT

ET

COMMENTARIO CRITICO INSTRVXIT

AL. GOLDBACHER.

PARS V:

PRAEFATIO EDITORIS ET INDICES.

ALMA COLLEGE
208.2
LIBRARY
V749
Alma, California

VINDOBONAE ∘ LIPSIAE

HÖLDER-PICHLER-TEMPSKY A.-G.

MCMXXIII.

9206

BR
65
A5
1887
v.2:5

NR. 10201

VINDOBONAE, TYPIS DESCRIPSIT ADOLPHVS HOLZHAVSEN.

PRINTED IN AUSTRIA

PRAEFATIO.

S. Aureli Augustini epistulae non antiquitus, sicut nunc sunt, collectae ad nostram memoriam venerunt, sed magnam partem dispersae paulatim tantum et in libris mss. et in editionibus crescente in dies numero coniungebantur, ita ut ne nunc quidem dici possit omnes, quae supersint, litteras iam esse conlatas. qua re factum est, ut libri mss. quo sint antiquiores, eo minorem epistularum numerum habeant. itaque codicem, in quo complures epistulae inveniantur, antiquiorem non habemus Parisino nov. acq. 1672 saeculo IX scripto neque amplius 88 epistulas eum, etiam cum integer esset,[1]) continuisse videmus; saeculo autem insequenti in codicem Monacensem 6266 congestas esse epistulas 127, saeculo XI in Parisinum nov. acq. 1444 epistulas 135, saeculo XII in Parisinum 14480 epistulas 150, saeculo XIII in Trecensem 40 epistulas 207, saeculo XV in Vaticanum 499 epistulas 249; atque similis est editionum ratio; nam cum ea, quae dicitur princeps, epistulas habeat 183, Frobenii alias 38 addiderunt, Lovanienses alias 29, Reinhartus alias 6, ita ut Maurini adiectis aliis 16 numerum 272 litterarum sint adsecuti.

Quae cum ita se habeant, duo librorum mss. genera suppeditant, alterum eorum, qui ipsis epistulis sunt destinati, alterum eorum, in quibus aliis Augustini vel aliorum scriptorum operibus epistulae quoque nonnullae adiunctae sunt aut interiectae. hi multo illis sunt plures neque auctoritate cedunt; immo et antiquissimi codices inter eos sunt et litterae ita dispersae sua propria origine ac propagatione artem criticam haud raro mirum in modum iuvant. sed magnae inde difficultates nascuntur ei, qui Augustini epistulas edere parat. atque primum quidem

[1]) Cf. p. XIX—XX.

magna codicum multitudine conflictatur, qui quamquam in hanc editionem 223 conlati sunt, tamen vereor, ne non pauca supersint, quae bono usui esse potuerint. deinde tot codicum fidem satis exploratam habere cum per se ipsum sit difficillimum, tum eo difficilius redditur, quo minor est materia ad iudicandum; nam in multis codicibus perpaucae vel etiam singulae tantum litterae inveniuntur. tum cautionem quandam flagitat epistularum in nonnullis libris mss. inaequalitas, quippe quae si ex variis fontibus confluxerunt, non eadem omnes fide dignae sunt. cuius rei ut insigne proponam exemplum, in codice Trecensi 40 epistula 120 ter diversis locis perscripta est alia ex alio fonte; prima enim cum deterioribus codicibus, Audomaropolitano 142 et Parisino 1929, consentit, altera melior est et ad codicem Bononiensem 58, 12 S (corr. 125) propius accedit, tertia non integra est epistula 120 sed fragmentum illud, quod in Eugippi excerptis extat. atque similis est condicio epistulae 190 in eodem codice, epistulae 40 in codice Einsidelensi 130, epistulae 71 in codice Augiensi LII, epistulae 28 et 73 in codice Parisino 12163, quae epistulae bis in suo quaeque codice reperiuntur altera ex altero exemplo transcripta. in codice Parisino 1862 epistula 167 ex Eugippi excerptis arcessita esse videtur; ea enim est illius epistulae cum ea, quae est in quibusdam Eugippi codicibus, similitudo.

Sed quamvis permagna sit copia librorum mss. et antiquissimorum et praestantissimorum, tamen si reputaveris, qua ratione epistulas paulatim collectas esse dixerimus, perspicuum est ad intellegendum non eandem omnes fortunae condicionem habuisse. etenim satis multae sunt rarissimae, in quibus tractandis ars critica saepe librorum mss. inopia laborat, ut ad recentioris aetatis codices, id est ad codices saeculorum XIII—XV descendendum sit. atque adeo septem sunt litterae, quae nisi in Vaticanis 495 et 499 saec. XV non reperiuntur; epistulae autem 79 nullum omnino scriptum exemplum potui investigare.[1])

In Retract. l. II 20 Augustinus cum de duobus libris ‘ad inquisitiones Ianuarii‘ agit, id est de ep. 54 et 55: *Quorum*

---

[1]) Maurini adnotant: *Non reperitur nisi in Vaticano exemplari.* ita codices Vaticanos 495 et 499 significare solent. sed in his codicibus non est illa epistula neque in Aldi conlationibus eam esse C. Vrba mecum communicavit.

librorum, inquit, *prior epistula est: habet quippe in capite, quis ad quem scribat: sed ideo inter libros adnumeratur hoc opus, quoniam sequens, qui nomina nostra non habet, multo est prolixior et in eo multo plura tractantur.* prior enim inscriptus est: *Ad inquisitiones Ianuarii liber primus. Dilectissimo filio Ianuario Augustinus in domino salutem*, posterior autem tantummodo: *Ad inquisitiones Ianuarii liber secundus.* quare libros seiungendos esse censet, ut alter libris adnumeretur, alter epistulis. verum tamen quis est, qui hoc comprobet? utrumque igitur opusculum merito nunc in epistularum numero haberi solet. quod si illam Augustini sententiam, ut ea tantum epistula habeatur, ubi additum sit, *quis ad quem scribat*, sequi vellemus, epistulae quoque 147. 166. 167. 187 in libros essent transferendae; nam nihil aliud inscriptum est nisi ‘de videndo deo liber‘, ‘de origine animae hominis‘, ‘de sententia Iacobi apostoli‘, ‘de praesentia dei liber‘ neque additum est, *quis ad quem scribat*, quamquam Augustinus omnia haec quattuor opuscula in Retract. II 41. 45. 49 libros vocat. deinde inter Augustini libros nonnulli sunt, qui cum inscriptum sit, *quis ad quem scribat.* inter epistulas essent recipiendi velut liber ‘de bono viduitatis ad Iulianam‘, ‘ad Eutropium et Paulum de perfectione iustitiae hominis‘, ‘commonitorium Orosii ad Augustinum‘, quae scripta ad epistularum formam sunt composita. similis est inconstantia, cum in ep. 214 p. 381, 17 Augustinus epistulam 194 ad Sixtum datam *librum vel epistulam* appellat, quod amplitudine eius ductus fecisse videtur; paucis enim versiculis post legimus: *Supra dictam epistulam ad Sixtum.* si autem quaesiveris, quidnam fuerit, cur ‘acta ecclesiastica‘ inter epistulas reciperentur (213), aliud investigare non poteris, nisi locum huic scripto quamvis non convenientem adsignandum fuisse.

Iam tum, cum Augustinus Retractationes scribebat, librorum eius et epistularum indicem extitisse ex l. II 41 perspicuum est, ubi de epistula 148, id est de commonitorio ad Fortunatianum misso dicit: *Quod in opusculorum meorum indiculo nec inter libros nec inter epistulas est notatum.* neque dubitaverim, quin ille indiculus intellegendus sit etiam in eo, quod in superiore c. 40 de epistula 141 adnotatum videmus: *Non est in epistulis meis*, atque illud quoque, quod modo ex c. 20 adtulimus: *Inter libros adnumeratur hoc opus*, eodem licet referri.

'Indiculus librorum, tractatuum et epistularum Augustini editus cura Possidii, episcopi Calamensis' [1]) ad nostram memoriam est conservatus. quem eundem esse atque illum, de quo Augustinum loqui diximus, adfirmare maluerim quam dubitare. Possidius enim Augustino aequalis erat, eodem fere tempore episcopus factus est, quadraginta circiter annos familiariter cum eo vixit, denique superstes defuncti amici, qua erat eius admiratione affectus, vitam conscripsit. eius indiculus eas scilicet tantum epistulas habet, quas Augustinus scripsit; quas accepit, non item. quas si comparamus cum eis litteris, quae nobis traditae sunt, amplius duae harum partes in indiculo sunt commemoratae; frustra ibi quaesivi ep. 43. 44. 48. 50. 76. 79. 105. 111. 133. 139. 178—180. 188. 189. 197. 199. 203. 208. 210—212. 217—220. 229. 231. 236. 237. 244. 250. 250A. 258. 263; epistulas 141 et 148, ut supra vidimus, ipse Augustinus ait non esse in indiculo; epistulae 37 mentio non fieri videtur, quoniam coniuncta est cum Quaestionibus ad Simplicianum, similisque ratio est in ep. 200. 207. 214. 215. 222. 224; propter rei exiguitatem deesse putaveris ep. 92A. 146. 171. 269, denique epistulam commendaticiam 206. praeterea autem Possidius multas enumerat epistulas, quas ab Augustino scriptas esse refert neque nunc extant, quarum numerum si definire velis, circiter septuaginta eas esse haud male existimare possis. verum tamen tam misera est illius indiculi condicio, ut permulta sint valde dubia et incerta.

Atque etiam ex ipsis Augustini epistulis discimus litteras eum scripsisse, quae inter eas, quas habemus, non reperiuntur; nam desunt tres epistulae ad Paulinum missae, [2]) epistula ad Emeritum, [3]) ad Macedonium, [4]) ad Pelagium, [5]) ad Iohannem, [6]) ad Quodvultdeum, [7]) ad Quodvultdeum episcopum, [8]) ad Fabiolam, [9]) epistulae ad Prosperum, [10]) epistulae ad matrem Florentinae; [11]) ad Valerium comitem se aliquotiens scripsisse dicit

[1]) Migne patrol. lat. XLVI p. 5—22.
[2]) Ep. 80 p. 347, 11—14; ep. 121 p. 736, 5—9; ep. 149 p. 349, 5—10.
[3]) Ep. 87 p. 402, 18—20 (hanc unam tantum ad Emeritum datam habemus epistulam, Possidius vero in indiculi c. III commemorat duas).
[4]) Ep. 152 p. 393, 4—5.
[5]) Ep. 177 p. 684, 14—15 (cf. Migne patrol. lat. LVI, 3 p. 480 adn. g).
[6]) Ep. 179 p. 691, 15—17. [7]) Ep. 222 p. 446, 10.
[8]) Ep. 228 p. 484, 4—5 et 14—19. [9]) Ep. 267 p. 651, 5.
[10]) Ep. 225 p. 455, 1. [11]) Ep. 266 p. 647, 9—10.

Augustinus in ep. 200 p. 293, 5, nos autem nullam habemus epistulam, quae scripta sit ante ep. 200. quid igitur mirum, si Victor Vitensis I 11 innumerabiles vocat Augustini epistulas?

Paulo post, quam Augustinus ex vita excessit, ineunte fere saeculo sexto Eugippius presbyter et abbas monasterii, quod prope Neapolim fuit in castello Lucullano, ortu Africanus ex eius operibus, quae pietate et doctrina apta videbantur, excerpsit. Excerpta uno volumine collegit. quo in labore epistulas non praetermisit; immo epistulam 167 integram transcripsit et principium operis sui esse voluit; praeter hanc nonnulla elegit ex ep. 54. 55. 98. 102. 120. 140. 149. 157. 187. 190. 199. 202 A. 205. 214. 215. 265. loci, quem ex epistula 205 sumpsit, extrema pars non extat nisi apud Eugippium (p. 1064, 22—26 ed. Knoell.); in epistula ipsa deperisse videtur. in transcribendis Augustini verbis summam reverentiam adhibuit neque quicquam mutare aut addere aut omittere ausus est, nisi si qua parva licentia, quo pars electa ex integro scripto eximi posset, evitari non poterat. qua re magnum in rem criticam factitandam Eugippi opus habet momentum, cum epistularum codices et Excerptorum semper inter se fuerint discreti neque, qui eos scribebant et corrigere conabantur, aut his aut illis ad emendandum usos esse animadverteris. nam quod epistula 167 ex principio Excerptorum in codicem Parisinum 1862 et, quod Eugippius ex epistula 120 decerpsit, in codicem Trecensem 40 et Mus. Brit. Harl. 3107 integra transierunt, nihil ad rem attinet. si igitur quo epistularum loco variae lectiones in libris mss. sunt propositae, ea, quae Eugippi Excerptis confirmatur, est probabilior et ceteras auctoritate antecedit. quo magis dolendum est novissimam editionem quam anno MDCCCLXXXV curavit Knoellius, parum successisse. nimia enim fiducia commotus unum fere codicem Vaticanum 3375 ut vetustissimum ita corruptissimum secutus est et hoc libro contentus aliorum adiumenta et subsidia, quantum erat necessarium, circumspicere omisit,[1]) id quod molestissime fertur in eo, quod ex epistula 202 A excerptum est (p. 1068, 25—1071, 25 ed. Knoell.), ubi praeter Vaticanum 3375 unus Mediomontanus commemoratur, qui et ipse ex illo est descriptus. quae cum ita sint, Eugippi Excerptis, qualia in hac editione constituta sunt, uti non potuimus et alia via erat ingredienda, qua libros mss. a Knoellio

[1]) Cf. Zeitschrift für d. Oesterr. Gymn. XXXVIII (1887) p. 191—195.

diligentissime excussos in meum usum conferrem. ipsas enim codicum lectiones adferre coactus eram vera Excerptorum verba ea potissimum existimans, in quibus Knoelli editio cum Maurinorum consentit.

Ad aestimandam librorum mss. fidem loci quoque ex litteris sacris prolati perutiles esse solent. quarum litterarum varias Augustinum interpretationes Latinas novisse constat, cum de variis earum lectionibus eum saepius disserentem audiamus.[1]) atque etiam Graecas interpretationes inspicicbat;[2]) habebat enim aliquam linguae Graecae scientiam, quamvis ei deesset iusta exercitatio.[3]) in proferendis autem sacris litteris Hieronymi interpretatione, quam Vulgatam appellamus, usus non est, quo evenit, ut ab illa interpretatione saepissime et interdum permultum discreparet. qua re cum monachi, qui inprimis operibus Latinis describendis atque corrigendis operam dabant, plerique in Vulgata fuissent versati, multa etiam memoria tenerent, frequentissime accidebat, ut, si quid in interpretatione, quam secutus est Augustinus, aliter se haberet atque in Vulgata, in illius locum hanc substituerent.[4]) quando igitur in eius modi loco duae lectiones tali ratione inter se sunt oppositae, ea, quae concinit cum Vulgata, ob id ipsum suspicionem commovet, ut alteram praeferre non dubitemus idque eo magis, si, quod haud raro evenit, haec etiam Graeca interpretatione confirmatur. nam ex hac ut monachi corrigendorum codicum Latinorum materiam sumerent, non minus factum esse negaveris quam ex Eugippi Excerptis. cuius rei ut exemplum ponam, in epistula 130 p. 61, 12 plerique libri mss. habent: *Cum oraretis, ego obtuli orationem vestram,* sicut Vulgata, ceteri: *Et nunc, quando orabas tu et Sarra, ego obtuli memoriam orationis vestrae*, quod et ipsum Augustinum scripsisse ostendit Graeca interpretatio: Καὶ νῦν ὅτε προσηύξω σὺ καὶ ἡ νύμφη σου Σάῤῥα, ἐγὼ προσήγαγον τὸ μνημόσυνον τῆς προσευχῆς ὑμῶν.

---

[1]) Cf. ep. 71 p. 254, 13—14; ep. 149 p. 351, 6; 355, 16; 359, 17—21; 360, 20—361, 2; 361, 13; 372, 4; 374, 4; 10—11; 375, 19; ep. 193 p. 173, 12—15; ep. 265 p. 640, 9—14.

[2]) Cf. ep. 261 p. 620, 7—9; ep. 149 p. 350, 1—5; 351, 7—9; 359, 10—17; 360, 10—16; 373, 17—22; 374, 4—5; ep. 197 p. 232, 16—233, 14; ep. 205 p. 334, 21.

[3]) Cf. ep. 222 p. 448, 3—8.

[4]) Multa exempla praebet ep. 140.

A. DE EPISTULARUM CODICIBUS.

1. CODEX MONACENSIS 6266 ET QUI SUNT EIUSDEM GENERIS.

Inter libros mss., qui solis epistulis aut epistulis potissimum sunt destinati earumque multitudinem continent, frequentissimi sunt ei, quorum uetustissimus esse videtur codex Monacensis 6266 saec. X scriptus. cuius in principio index est, quo inesse dicuntur litterae:

132. 135. 137. 136. 138. 92. 143. 28. 40.67. 68. 39. 74. 73. 72. 71. 75. 81. 82. 41. 233. 234. 235. 98. 166. 172. 25. 27. 30. 31. 24. 32. 109. 243. 26. 16. 17. 127. 214. 215. 93. 102. 185. 154. 155. 152. 153. 117. 118. 187. 121. 149. 90. 91. 23. 173. 164. 130. 147. 111. 257. 96. 259. 100. 97. 265. 144. 101. 165, 199. 266. 99. 58. 110. 77. 78. 122. 245. 260. 261. 264. 188. 145. 248. 205. 33. 21. 38. 112. 232. 242. 3. 141. 46. 47. 258. 131. 190. 139. 134. 133. 176. 49. 43. 87. 44. 53. 105. 89. 34. 35. 52. 76. 88. 51. 66. 238. 239. 240. 241. 150. 228. ad Italicam et epistulae 1—15 ad Bonifatium (adulterinae). 148. 262. 196. 80. 189. codice autem non ad finem perducto aut amissis foliis postremis nunc terminatur adulterinis epistulis ad Bonifatium 1—9.

Easdem epistulas eodem ordine habent:

Codex Salisburgensis X 29 saec. X—XI, cuius posterior tantum pars superest incipiens ab epistula 90.

Codex Audomaropolitanus 76 saec. X—XI. epistulae 26 tria tantum priora capita extant.

Codex Parisinus nov. acq. 1444 saec. XI, qui epistulae 26 eandem partem exhibet, quam codex superior; praeterea in extremo additae sunt ep. 169. conlatio cum Pascentio. ep. 213. 194. 36. 210. 178. 217. 250.

Codex Mus. Brit. Reg. 5 D VI saec. XI—XII. omissae sunt ep. 28—75. 166. 172 inter Augustinum et Hieronymum missae et acceptae et ep. 215. inter epistulam 3 et 141 interiectae sunt aliae undecim: 18. 20. 19. 15. 5. 6. 7. 9. 14.

10. 4.[1]) in postrema libri parte ab epistula 139 ordo aliquantum est turbatus.

Codex Parisinus 14480 saec. XII. deest ep. 239; post epistulam 189 viginti quattuor aliae accesserunt: 217. 22. 60. 227. 48. 192. 249. 203. 220. 244. 171. 170. 197. 198. 236. 86. 212. 210. 160. 161. 163. 159. 162. 213.

Codex Parisinus 1928 saec. XII. desunt epistulae, quae omissae sunt in codice Mus. Brit. Reg. 5 D VI praeter epistulam 215 et epistula 165, praeterea foliis amissis epistulae 147 pars posterior — ep. 96 et epistula 78 extrema — ep. 260. post epistulam 189 deperditis aliquot foliis sequuntur epistulae 15 (amissa priore parte). 5. 6. 7. 9. 14. 10. 4.[1])

Codex Trecensis 196 saec. XII. litterae inter Augustinum et Hieronymum missae et acceptae: 28—74. 72—81. 166. 172 neque perscriptae sunt neque omissae sed paucis verbis indicatae legentibus ad Hieronymi opera delegatis. omissa est ep. 165.[2])

Priores libri quattuor propinquitate ita sunt coniuncti, ut artiore vinculo cohaereant Salisburgensis X 29 et Audomaropolitanus 76 ad quos Monacensis 6266 proxime accedit et permultum valet, si quis, cum illi inter se aut cum aliis codicibus discordant, scire velit, quid scriptum fuerit in archetypo. longiore autem intervallo distat Parisinus nov. acq. 1444, id quod facile perspicitur ex nonnullis lacunis, quae in illis offenduntur, cum hic verba integra praebeat.[3])

In codicis Monacensis 6266 principio scriptum est: *Abrahamo epō ꝑcipiente michi cappellano ipsius golescalcho obeunte. meginhalmo et willihalmo frisingensis loci ꝑbendariis et werinzone conducto scribentibus. egregium opus huius roluminis metis comparatum est. servicio sce marię sciq: corbiniani perpetim mansurum,* ad quod saeculo XV adpictum est: *Circa annos dni 993.* loci corrupti saepe ipsius librarii manu in margine sunt notati (R). in corrigendo libro operam curamque plures viri docti consumebant; quae poterant, emendabant; ubi desperabant, notam in margine adponebant. quos omnes uno signo

---

[1]) Cf. cod. Laudun. 134 p. XXXIII.

[2]) Ex aliis huius generis libris mss. nomino Audomaropolitanum 181 saec. XII, Salisburgensem X 28 saec. XII, Berolinensem reg. bibl. Phill. 1679 saec. XII, tres Parisinos 1930. 1931. 1932 saec. XIII.

[3]) Cf. ep. 44 p. 112, 17; 118, 13; 120, 4; ep. 52 p. 150, 20; ep. 145 p. 269, 20; ep. 147 p. 280, 16; ep. 187 p. 108, 11.

m. 2 comprehendi. in epistula 176 nomina episcoporum, qui concilio Milevitano interfuerant, longe alio ordine enumerantur atque in ceteris codicibus idque ita, ut colligi possit nomina Placentio praetermisso in archetypo pagina tripertita sic fuisse perscripta:

(*1*) Silvanus	(*2*) Valentinus	(*3*) Aurelius
(*4*) Donatus	(*5*) Restitutus	(*6*) Lucianus
(*7*) Alypius	(*8*) Augustinus	(*9*) Severus
(*10*) Fortunatus	Possidius	(*23*) Novatus
(*39*) Secundus	Maurentius	(*24*) Leo
(*40*) Faustinianus	Cresconius	(*25*) Malchus
(*41*) Litorius	Fortunatus	(*26*) Donatus
(*42*) Ponticanus	(*11*) Saturninus	(*27*) Cresconius
(*43*) Honorius	(*12*) Cresconius	(*28*) Lucius
(*44*) Adeodatus	(*13*) Processus	(*29*) Secundus
(*45*) Felix	(*14*) Asiaticus	(*30*) Rufinianus
(*46*) Faustinus	(*15*) Servus	(*31*) Terentius
(*47*) Cresconius	(*16*) Sperantius	(*32*) Quadratus
(*48*) Lucillus	(*17*) Sabinus	(*33*) Faustinus
(*49*) Cresconius	(*18*) Victor	(*34*) Gigantius
(*50*) Possidonius	(*19*) Antoninus	(*35*) Innocentius
(*51*) Felix	(*20*) Antoninus	(*36*) Victor
(*52*) Honoratus	(*21*) Donatus	(*37*) Petrus
(*53*) Praesidius	(*22*) Cresconius	(*38*) Lampadius
(*54*) Delphinus		

numeri, quos ad nomina adposui, significant, qui sit ordo in codice Monacensi 6266, unde patet librarii oculos ab uno Fortunato aberrasse ad alterum atque ita et perturbationem illam exortam esse et praetermissa nomina quattuor: Possidius. Maurentius. Cresconius. Fortunatus.

Codex Salisburgensis X 29 in scida pergamena libri tegumento adfixa sacculo XV inscriptum habet: *Sc̃da pars epl'arū augustini.* satis crebro, quo verba corrupta esse significaretur, ipse librarius signum /. supra inponebat. alii in libri emendatione versabantur, ex quibus duos discernere potui, alterum, qui pallidiore (*m. 2*), alterum, qui nigriore (*m. 3*) usus est atramento. deinde cum saepissime prava litterarum distinctione verba fuissent deformata et identidem *ae* pro *e* scriptum, illud virgulis interpositis, hoc *a* deleto corrigebatur.

Codex Audomaropolitanus 76 elegantissime exaratus in Catalogo generali perperam saeculo XII attribuitur, cum minimum XI mihi scriptus esse videatur. antiqui grammatici curam inter alia deprehendas in eo, quod fere ubique *lucrificaret* scriptum est pro *lucrifaceret*.[1]) in vertendo versiculo haud raro verba praetermissa sunt et in tribus paginis postremis nonnulla verba relictis spatiis omisit librarius. — emendandi codicis labor bis susceptus est, primum saeculo XIII (m. 2) et iterum saeculo XIV—XV.

Codex Parisinus nov. acq. 1444 ad tres superiores gravissimum adfert supplementum. inter quos cum propinquitate longissime absit, ubi quid dubii emergit, iudicium iuvat et unus omnium haud raro est praestantissimus.[2]) quamquam et ipsum epistularum verba virorum doctorum licentia nonnumquam depravata habere complures loci sunt documento.[3]) — epistulae 132. 135. 137 et extrema codicis pars ab ep. 240 alia scriptura, aliis compendiis, alia orthographia ab alio librario saeculo XII sunt scriptae. cuius rei ut exemplum proferam, hic librarius *etiam* scribebat, cum per totum reliquum codicem *aetiam* eraso *a* scriptum videamus. ipsa vero epistularum verba in illa parte non deterius sunt tradita. — emendare codicem plures conabantur, quos omnes nota *m. 2* significavi.

Codex Mus. Brit. Reg. 5 D VI propius accedit ad Monacensem 6266, Salisburgensem X 29, Audomaropolitanum 76 quam ad Parisinum nov. acq. 1444. sed epistulae paulo amplius sunt retractatae et imprimis verborum conlocatio magna cum licentia inmutata. interpretationes virorum doctorum una cum praeposito verbo *aliter* aliquotiens etiam in orationem inrepserunt,[4]) aliae a librario cum vocula *l* supra versiculos scribebantur. quae deinde saeculo XIV aut XV (m. 2) corrigebantur, nullius sunt momenti. neque vero totum hunc codicem excussi, sed cum 125 epistulas contineat, his 93 usus sum: 3—7. 9. 10. 14—20. 24—27. 30—35. 38. 41. 43. 44. 46. 47. 49. 51—53.

[1]) Cf. ep. 40 p. 73, 9 al. ep. 75 p. 300, 1 al. ep. 82 p. 379, 17; 381, 2. praeterea cf. ep. 24 p. 75, 9; ep. 93 p. 467, 12; ep. 138 p. 137, 10.

[2]) Exempli causa adfero ep. 46 p. 124, 6; ep. 228 p. 493, 14; ep. 232 p. 514, 27.

[3]) Cf. ep. 135 p. 90, 3; 4; 92, 3; ep. 153 p. 398, 14; ep. 164 p. 522, 9; ep. 199 p. 248, 10; 13; 256, 14; 257, 4; 263, 11; 270, 10; ep. 228 p. 493, 18; ep. 232 p. 515, 10; ep. 262 p. 624, 13.

[4]) Cf. ep. 25 p. 81, 3; ep. 27 p. 97, 3; ep. 32 p. 9, 3; ep. 90 p. 426, 5; ep. 118 p. 685, 4.

58. 66. 76. 77. 80—82. 87—91. 93. 96. 97. 99—101. 105. 109. 110. 112. 117. 118. 122. 131—134. 136. 139. 141. 144. 145. 148. 150. 173. 185. 188. 189. 196. 228. 232—235. 238—242. 245. 257. 259. 260—262. 264. 266.

Quibus libris mss. cum huic codicum generi satis factum esse videretur, ex tribus ceteris paucissimas tantum epistulas elegi, ex Parisino 14480 duodecim: 22. 26. 117. 118. 133. 134. 148. 197. 198. 220. 227. 249, singulas ex Parisino 1928 et Trecensi 196 atque ex illo epistulam 4, ex hoc epistulam 148.

Ad hoc codicum genus adiungendus denique est liber egregius

Parisinus nov. acq. 1443 saeculo IX—X scriptus; insunt enim epistulae: 264. 188. 145. 248. 205. 111. 46. 47. 258. 92. 143. 259. 257. 96. 23. 33. 21. 38. 112. 232. 242. 189. 26 (tria tantum capita priora). 3. 127 131. 190. 139. 141. 173. 77. 176. 182. 122. 245. 41. 80. 98. 100. 97. 265. 144. 101. 266. 99. 58. 110. 78. 210. 217, quae exceptis epistulis 182. 210. 217 omnes cum codice Monacensi 6266 ei sunt communes. ordo quoque epistularum quamquam est longe alius, tamen in nonnullis partibus cum illo codice congruit velut in epistulis 264—205. 33—242. 100—78. accedit, quod etiam in ipsis epistulis inter hunc codicem et eos, quos modo enumeravimus, magna intercedit similitudo. nam utrique et in veris lectionibus et in falsis ita concinere solent, ut de eorum cognatione dubitare non possis. sed Parisinus nov. acq. 1443 illis est aliquanto melior et identidem unus omnium veram scripturam tuetur, ut appareat archetypum, quo cum illis cohaereat, antiquiorem fuisse archetypo, quo illi sint coniuncti. quod imprimis patet ex ep. 92, cuius extrema verba solus tradidit, aut ex ep. 232 p. 513, 10, ubi unus verba *sicut praedicta, ita facta sunt* conservavit, aut ex ep. 242 p. 565, 20, solus enim liber est ab eius loci summa perturbatione.[1]) neque vero desunt loci, in quibus grammaticus aliquis ad arbitrium corrigendi lubidinem exercuerat velut in ep. 47 p. 136, 19; in ep. 173 p. 644, 14; 647, 6. emendare librum plures conabantur; quos omnes uno signo *m. 2* notavi; nam eos inter se aut a librarii manu ut distinguerem, si mihi contigisset, operae pretium non fuisset. restat, ut subscriptionis mentionem faciam,

[1]) Cf. praeterea ep. 232 p. 515, 10; ep. 258 p. 606, 9; ep. 264 p. 636, 2.

quae est in extrema epistula 78 atque ita se habet: EXPLICIT. LEGI FACISTUS IUXTA MENDOSUM EXEMPLAR IN SEUERINE DŌ GRATIAS. EXPLICIT AMEN DŌ GRATIAS.

2. CODEX PARISINUS 12193 ET QUI SUNT EIUSDEM GENERIS.

Alteram epistularum seriem exhibet codex Parisinus 12193 saec. IX; habet epistulas:

21. 22. 41. 60. 227. 48. 248. 243. 258. 192. 249. 78. 203. 220. 244. 171. 170. 197. 198. 199. 102 (primam tantum quaestionem). 236. 190. 111. 23. 139. 86. 213. Habiti papae Palconio. 212. 210. 262. 265. 92. 160. 161. 163. 159. 162. 154. 155. 152. 153.

Easdem litteras eodem ordine continent:

Codex Sangallensis 174 saec. IX; epistula 155 cum epistula 152 confusa est ita, ut postrema illius, huius prior pars desit.

Codex Parisinus 12226 saec. IX; ep. 155 et 152 eadem ratione confusae; ep. 41. 243. 258. 190. 139. 92. 154 praetermissae hoc ordine post epistulam 153 sunt adiectae, ubi post epistulam 139 epistulae 86—265 per errorem iterum sunt perscriptae.

Codex Vaticanus 3834 saec. IX—X; epistulae 155 et 152 item sunt confusae; omissae sunt 28 epistulae: 21—236. 23—86. Habiti papae Palconio. 212. 262.

Codex Palatinus 209 saec. X; omissae sunt hae 18 epistulae: 21. 41. 248—258. 78. 199. 102. 190. 111. 139. 262—92. 154—153.

Codex Parisinus 1958 saec. XI.

Hoc librorum mss. genus priore, quod circa codicem Monacensem 6266 esse diximus, multo est inferius, quamvis antiquitate antecedat, ita ut, si inter utrumque eligendum sit, illud sequi malueris. ceterum persaepe codex Parisinus nov. acq. 1443 aut Parisinus nov. acq. 1672 rem decernunt; ad utram enim partem accedunt, ea fide dignior videri solet. quod facillime intellegitur ex epistulis 23. 92. 153 al., sicut epistula 170 documento esse potest, quam parva sit his codicibus adtribuenda auctoritas. inter se ipsos autem huius generis codices praeter Palatinum 209, qui sua propria et

ceteris paulo meliore est condicione, divisi sunt in duas partes, quarum altera amplectitur libros Parisinos 12193 et 1958, altera Sangallensem 174, Parisinum 12226, Vaticanum 3834. atque illi tam similes sunt, ut etiam epitomae eaedem in utroque codice ad marginem adscriptae sint; neque tamen Parisinus 1958 ex altero pendet, nam sunt loci, ubi in hoc nonnulla verba desiderantur, ille integer est.[1]) alterius autem partis codices cognatos esse eo apparet, quod omnes tres epistulam 155 cum epistula 152, sicut diximus, in unam habent confusam et menda atque lacunae quoque satis multae eis sunt communes.[2]) praeterea codices Parisini 12193, 1958, 12226 propinquitatem ostendunt eo, quod in epistula 153 multa permultis locis sunt omissa.[3]) qui libri cum ad utramque codicum partem spectent, sequitur iam archetypum huius generis codicum epistulam 153 tali modo deformatam habuisse, Sangallensem 174 autem et Vaticanum 3834, cum illis lacunis careant, epistulam 153 ex alio fonte integriore accepisse, quod ut fieret, miserrimam illius condicionem effecisse intellegitur.

In codice Parisino 12193 epistularum inscriptiones spatio non relicto deesse solent; saepe ab ipso librario minutis litteris in margine sunt additae. manu alia (*m. 2*) nigriore atramento et corrigebatur et pallidae librarii litterae inducebantur.

Codex Sangallensis 174[4]) bene scriptus magna cum sollertia sedulo corrigebatur a viro doctissimo, cuius manu in pagina prima haec adnotata legimus: *Epistulae Augustini episcopi. liber optimus, nimis autem vitiose scriptus. hunc ego quidam corrigere per me exemplar aliud non habens, si poteram, temptavi; ergo ubi minus potui, ✝ litteram apposui, nihil autem, nisi ubi certissimus eram, abradere volui; omnia vero, quae*

---

[1]) Cf. ep. 153 p. 404, 7; 423, 18; 425, 1; ep. 162 p. 517, 1; ep. 243 p. 573, 8; 575, 1.

[2]) Cf. ep. 48 p. 139, 17; ep. 111 p. 653, 3; 14; ep. 152 p. 395, 7; ep. 153 p. 409, 2; ep. 155 p. 430, 15; 433, 5; 434, 20; 438, 12; 441, 9; 444, 17; ep. 265 p. 646, 18.

[3]) In libris Parisinis 12193 et 1958 id spatiis vacuis significatum est neque vero in Parisino 12226.

[4]) Hic codex, sicut erat correctus, exemplum fuit, ex quo saeculo XI descriptus est Sangallensis 139, cuius in fine cum adiectae sint epistula 98 et duae epistulae ad Bonifatium adulterinae (sexta et septimae pars prior), quae non sunt in Sangallensi 174, his solis usus sum; ex libro autem Sangallensi 139 eodem saeculo vel potius saec. XII descriptus est Scaphusiensis 35 A.

asscripsi, sanioris lectoris arbitrio reliqui. quem virum Ekkehardum IV (a. circiter 980—1060) fuisse in bibliothecae Sangallensis catalogo adfirmatum est.[1]) utrum autem omnia, quae sunt explicandi aut corrigendi causa supra versiculos et in margine scripta, Ekkehardo tribuenda sint necne, ut diiudices, non elaboraveris, cum coniecturae tantum atque doctrinae sint fructus. omnia igitur ad unam manum (*m. 2*) referebam.[2])

Quas epistulas in codice Parisino 12226 bis extare diximus, quamquam ex eodem exemplo iterum sunt descriptae, tamen, si quas varias lectiones in altera utra descriptione reppereram, eas adnotare non cunctabar. corrigendo huic libro ms. operam navabat aliquis alterius libri auxilio adiutus, quod ex lacunis, quas explevit, est manifestum. atque ea, quae corrigendo restituere conabatur, saepissime mirum in modum congruunt cum codice Parisino 14480.[3]) tertiam quoque manum, quae paulo nigriore utebatur atramento, cum discernere coepissem, consilio destiti atque haec quoque eodem cum secunda manu signo comprehendi. denique quae pallido atramento nonnumquam correcta et adscripta sunt, nota *m. 4* significavi.

In libro Vaticano 3834 multa ab ipso librario correcta sunt, multa rasa. accedit, quod fusciorибus litteris aliquis (*m. 2*) saepe ita corrigebat, ut, quae librarius scripsisset, obduceret. quo factum est, ut illa aut ab emendatrice manu distingui nequeant aut omnino evanuerint. denique difficultas augetur tertia manu (*m. 3*), quae atramenti colore etiam propius ad primam accedit. qua re talibus locis cautio quaedam erat adhibenda.

Codex Palatinus 209 generis, ad quod pertinet, vitiis non caret, sed nulli huius generis libro artiore propinquitate est coniunctus. a librario diligentissime et emendatissime scriptus aliorum quoque correctionibus paene intactus mansit.

Codex Parisinus 1958 pro similitudine, quam cum Parisino 12193 ei esse diximus, sicut ille epistularum inscriptionibus caret. deinde compluribus locis aut rasum est aut tam

---

[1]) Cf. Moriz Haupt, Zeitschrift für Deutsches Altertum XIV (II) p. 7 et 21.

[2]) In una epistula 102 p. 548, 13 (m. 2 *alibi potestati*) et 549. 9 (m. 2 *alibi liciata*) codicis subsidium indicatum videtur esse.

[3]) Cf. ep. 22 p. 55, 1; 61, 8; 62, 10; 11; ep. 197 p. 233, 16; ep. 198 p. 235. 14; 238. 9; 11; 239. 5: 18: 240. 1: 241. 11: 242. 1: ep. 220 p. 433, 4; 21; 434, 17 al. permulta.

tenuiter correctum, ut saepe difficile sit dictu, quanam manu correctum sit. denique addendum censeo haud raro id, quod in codice Parisino 12193 traditum est, in hoc codice *m. 2* esse adscriptum, etiam falsas lectiones.[1])

3. CODEX CASINENSIS 16 ET PARISINUS NOV. ACQ. 1672.

Tertia epistularum series invenitur in codice Casinensi 16 saec. XI eaque haec est:

67. 68. 39. 74. 73. 28. 72. 40. 71. 75. 166. 167. 172. 195. 123. 202. 152. 153. 136. 138. 143. 233. 234. 235. 25. 27. 30. 31. 24. 32. 26 (tria tantum priora capita). 127. 93. 102. 185. 187. 121. 173. 164. 130. 257. 96. 259. 100. 97. 144. commonitorium Orosi ad Augustinum. libellus Augustini ad eundem Orosium. 205. 78. 94. 95. 36. 21. 22. 111. 142. 158. 159. 160. 161. 162. 98. 269. 154. 155. 246. 229. 230. 231. 170. 108. 106. 107. consolatio ad Probum.[2]) 265. 150. 5. 6. 163. 7. 8. 9. 11. 12. 50. 258. 195. Augustini de acceptis muneribus (epistula adulterina). 192. 190. 151.

quem librum bipartitis paginis scriptum cum hieme a. 1873—1874, qua potui diligentia, in monasterio Casinensi contulissem, post 18 annos codicem Parisinum nov. acq. 1672, saec. IX item bipartitis paginis scriptum nactus sum, qui anno ante Veronae de bibliopola emptus Lutetiam Parisiorum in Bibliothecam Nationalem pervenerat et epistularum, quae sunt in Casinensi 16, alteram partem ab epistula 78 eodem ordine continet. neque diu in perscrutando hoc libro enitebar, cum perspexi exemplar me invenisse, ex quo ipso descriptus sit codex Casinensis 16. in omnibus enim rebus ita concinunt, ut dubitare non possis et fortasse supervacaneum putes, si etiam alia nonnulla indicia commemorentur. quod enim in ep. 11 p. 26, 17 *(faciat, nec quicquam filium, quod non et pater et spiritus sanctus)* et in ep. 153 p. 426, 1 *(quam qui trucidat pauperem faenore)* codicis Casinensis librarius praetermisit, singulos versiculos efficit in codice Parisino; unum igitur versiculum ille utrimque praetermisit similique ratione

---

[1]) Exempli causa ponantur, quae sunt in una epistula 111: p. 645, 10; 650, 17; 651, 13; 652, 5; 654, 10; 12; 656, 7.

[2]) Migne patrol. lat. XXXIII p. 1175—1176.

saepius factum est, ut in vertendis versiculis verba excide-
rent. in ep. 7 p. 17, 8 librarius Parisini *corui* priore parte
litterae *u* in altum ducta vertit in *corlu* (= corbi), unde li-
brarius Casinensis fecit *corlii*. in ep. 9 p. 21, 5 Parisinus liber
aeris pro *aeriis* habet et alia manu incertum est utrum *e* prae-
positum an *a* corrigendo temptatum sit; Casinensis *ceteris*
exhibet. in ep. 151 p. 389, 24 *hanc offeruntur* litterae *c* et *o*
ita confusae sunt, ut pro hiante forma litterae *a* (*cc*) haberi
possint, quod libri Casinensis librario evenit, scripsit enim
hanc afferuntur. ep. 153 p. 425, 20 *ipsae*: in Parisino libro
extat *ip*, deinde erasa est una littera et superior pars litterae *e*;
librarius igitur Casinensis libri, quid scriberet, dubius *i* posuit
in spatio, quod reliquit, vacuo. in ep. 190 p. 156, 17 pro *falsam*
spatium relictum est vacuum, in quo manu, ut videtur, alia
minutissimis litteris scriptum est *elsã*, quod verbum inane
in Casinensem quoque librum transcriptum est. in eadem
epistula p. 160, 1 *et* ita scriptum est in codice Parisino, ut,
si quis minus sit attentus, pro *eo* haberi possit, quod legimus
in Casinensi. quae cum ita sint, in epistulis, quas habet Pa-
risinus nov. acq. 1672, omnis auctoritas a Casinensi libro ad
hunc transiit, ita ut in tractanda re critica illo prorsus super-
sedere potuerim. neque tamen frustra fuit labor, quem in
conferenda hac libri Casinensis parte consumpseram; nam
praeterquam quod non sine voluptate videbam satis subtiliter
me eo defunctum esse, conlatio codicis Parisini hac iterata
cura facta est, quam potuit, accuratissima. sed cum in poste-
riore epistularum parte codicis Casinensis auctoritas iam sit
nulla, eadem mansit in priore, quae non est in codice Pa-
risino. exemplar igitur, ex quo descriptus est codex Casinen-
sis, duabus partibus vel dicam tomis constabat, quarum poste-
rior est liber Parisinus nov. acq. 1672, prior aut interiit aut
alicubi latet, ut librum Casinensem in eius locum succedere
necesse sit. cuius partitionis indicia in codice Casiñensi sunt
satis manifesta. post epistulam enim 205, quod de folio super-
erat ($1^1/_4$ pag.), vacuum est relictum et in novo folio scripta
est epistula 78, ante quam unius versiculi rasura conspicitur.
etiam in indice, quod codicis est principium, ante epistulam 78
spatium duorum versiculorum est vacuum. deinde ab epi-
stula 78 novam seriem numerorum, quibus epistulae numerari
solebant, incepisse, quamquam numeri ipsi sunt derasi, per-
spicuis tamen confirmatur vestigiis. sicut enim ex codice Pa-

risino patet, uterque tomus suam habuit epistularum dinumerationem. hoc unum est, quod mireris, quomodo factum sit, ut epistulae 152 et 153, cum in codice Parisino epistulam 155 sequantur, in exemplo Casinensi priori parti insertae ac post epistulam 202 sint positae. cuius rei facilis esse videtur explicatio. etenim cum illae epistulae quinque folia tota impleant et duae paginae antecedant vacuae, probabile esse putaveris illis quinque foliis in alienum locum traiectis ortam esse perturbationem. epistula 195 in libro Casinensi bis perscripta est et in priore parte et in posteriore atque in posteriore eodem loco, quo est in Parisino; neque dubitandum est, quin etiam in priore tomo exemplaris, cuius alter tomus est Parisinus, illa epistula fuerit. qua re cum utriusque partis epistula altera ab altera discrepet, in hac epistula tractanda utroque libro utendum fuit. epistula 187 cum sit in priore codicis Casinensis parte, in Parisino eam deesse consentaneum est. atque deest re vera usque ad epistulam 151, qui cum verus sit libri finis, quantum folii, in quo terminabatur haec epistula, erat reliquum ($^5/_8$ pag.), vacuum est relictum. multo autem post undecim folia adiuncta sunt atque ea continent epistulam 187 ab alio librario ex alio exemplari saeculo fere XI descriptam. quam ob rem ad hanc quoque epistulam pertractandam uterque liber ms. erat necessarius. post epistulam 190 brevioribus litteris in libro Parisino alia, in Casinensi ipsius librarii manu adiectum est: *Emendari, ut potui, explct ep. aug ad optato epo.* quam epistulam cum ceteris corruptiorem esse constet,[1]) haud scio an epistulae condicio cum illa subscriptione cohaereat.

Correctionibus liber Parisinus nov. acq. 1672 non multum temptatus est. interdum m. 2 nigriore, m. 3 pallidiore atramento emendare conabantur. in Casinensi autem codice 16 librarius ipse multum corrigebat, aliquando si quod verbum in exemplari legere non potuerat, spatio relicto signum —(in margine adpingebat. ab epistula 102, cum antea semper *intellegere* scripsisset, scribere solebat *intelligere.* neque eandem hinc diligentiam adhibebat et, cum identidem aliqua verba praeteriret, in margine ea addere cogebatur. atque incuria ita crescente mendorum quoque numerus crescebat et, quae ab ep. 154 maior iterum cura animadverti potest, brevi est remissa; postremae enim epistulae iterum satis mendose sunt

[1]) Exempli causa cf. p. 157, 3—5; 158, 19—159, 3.

scriptae. ab aliis manibus — neque enim una fuisse videtur — non ita saepe pallidiore atramento corrigebatur (*m. 2*); nigriore autem atramento et firmo claroque litterarum ductu quae correcta sunt (*m. 3*), inde ab epistula 102 non numquam apparent nec facile a librarii manu possunt distingui; sed neque haec neque illa ullius pretii esse videntur.

Qui codices ut tertiam epistularum seriem ad illas duas, de quibus supra locuti sumus, adiungunt, ita etiam tertium codicum genus efficiunt, cum primum esse dixerimus codices, qui circa Monacensem 6266 sunt, alterum, qui sunt circa Parisinum 12193, ob eamque causam novum atque gravissimum rei criticae praebent instrumentum; dubiis enim rebus discrimen faciunt. propius autem accedunt ad primi generis similitudinem atque inprimis conspicua sunt nonnulla, quae cum Parisino nov. acq. 1444 habent communia.[1]) qua re epistulae 159—163 cum praeter Parisinum nov. acq. 1672 solis codicibus alterius, id est deterioris generis exhibeantur, ex hoc codice emendatis permultis locis et lacunis expletis maximum fructum ceperunt. neque vero nimia his codicibus fides habenda est. quamvis enim bonis lectionibus abundent et soli nonnumquam integra scriptoris verba servaverint,[2]) tamen mendis, interpolationibus, lacunis et ipsi haud leviter sunt corrupti.[3]) maximi autem momenti est liber Parisinus nov. acq. 1672 cum Casinensi 16 in epistulis 11. 12. 50. 95. 106. 107. 108. 142. 151. 158. 209. 229. 230. 231. 246. 269, quae sunt ex eis, quas Lovanienses solis in codicibus saeculi XV duobus, id est in Vaticanis 495 et 499 repertas primi ediderunt. neque Maurini aliis libris mss. nitebantur; quamquam enim Casinensem 16 noverant — nam invenisse se in eo dicunt epistulam adulterinam ad Probum[4]) — cum non sunt perscrutati; quod si fecissent, illas litteras non potuerant non animadvertere. itaque in hac editione codex Parisinus nov. acq. 1672 ut novum rei criticae instrumentum accessit, quo quantum profectum sit, ut ad suum nitorem revocarentur, satis prae-

[1]) Cf. ep. 136 p. 93, 9; ep. 27 p. 96, 3; ep. 32 p. 12, 23; ep. 185 p. 39, 9; ep. 187 p. 90, 20.

[2]) Exempli causa cf. ep. 7 p. 17, 24—18, 2; ep. 164 p. 522, 18; ep. 187 p. 104, 14; ep. 258 p. 605, 5; 606, 9 (ubi una cum Parisino nov. acq. 1443 veram habent lectionem); 610, 5.

[3]) Velut in ep. 22 p. 54, 10; 55, 2; ep. 75 p. 289, 1; ep. 98 p. 532, 7; ep. 108 p. 621, 24—25; 633, 1; ep. 142 p. 248, 23; ep. 167 p. 587, 13.

[4]) Migne patrol. lat. XXXIII p. 1175.

dicari non potest et, ut discas, praecipuum habebis exemplum, si epistulas 108 et 151 consideraveris.

4. EPISTULARUM CODICES SAECULI XIII ET XV.

Quibus expositis dicendum est de quibusdam epistularum codicibus saeculo XIII et XV scriptis, qui ut adhiberentur, ideo factum est, quod sunt epistulae, in quibus tractandis librorum mss. penuria urguemur et ad inferiora saecula descendere cogimur. itaque non totis his codicibus utendum erat sed partibus tantum eorum; eas enim epistulas excutere oportebat, quae tale subsidium requirebant. atque primum veniat in medium

codex Parisinus 1929 saec. XIII scriptus, in quo sunt epistulae:

35. 52. 76. 88. 51. 66. 238. 239. 240. 241. 150. 228. ad Italicam et epistulae 1–16 ad Bonifatium (adulterinae). 148. 262. 196. 80. 189. 213. 147. 190. 54. 55. 154. 155. 152. 153. 93. 185. 117. 118. 187. 121. 149. 90. 91. 23. 173. 164. 130. 22. 60. 227. 48. 192. 249. 203. 220. 244. 171. 170. 197. 198. 199. 236. 160. 161. 163. 159. 162. 119. 120. 191. 194. 18. 20. 19. 1. 15. 210. 2. 5. 6. 7. 8. 9. 14. 13. 10.

(Ep. 35—189 eodem ordine sunt in codice Monacensi 6266 extremo; ep. 154—130 ibidem ante medium, nisi quod omissa epistula 102 epistulae 93 et 185 post epistulam 153 sunt demissae; ep. 22—162 in Parisino 12193 omissis ep. 41. 248—258. 78. 102. 190–92 [cf. cod. Palatinum 209]; ep. 119—194 in Bononiensi 58, 128 [corr. 125]; ep. 18–10 in Laudunensi 134.)

Neque tamen hoc libro usus sum nisi in epistulis 1. 2. 13. 14. 15. 119. 120.

In codicem Mus. Brit. Harl. 3107 saec. XIII scriptum congestae sunt litterae 136. 138. 143. 233. 234. 235. 98. 25. 27. 30. 31. 24. 32. 109. 26. 16. 17. 127. 93. 102. 147. 190. 54. 55. 26 (carmen tantum). 169. 178. 217. 250. 120 (Eugippi ex hac epistula excerptum). 204. 156. 157. 186. 211. 61. 36. 125. 126. 256. 124. 247. 251. 114. 113. 115. 116. 253. 254. 255. 64. 65. 56. 69. 83. 63. 62. 267. 70. 218. 208. 268. 85. 59. 57. 84. 252, sed uno folio sub finem amisso desunt postrema pars epistulae 85 a p. 395, 8 *autem* et epistula 59 et tota fere epistula 57 usque ad p. 216, 16 *intimabit.*

(Ep. 136—26 eodem ordine sunt in libro Casinensi 16; ep. 233—102 et 190—252 in codice Trecensi 40; ep. 16–102 in Monacensi 6266.)

Quem codicem adhibui ad has 35 epistulas: 56. 61—65. 69. 70. 83—85. 113—116. 124—126. 169. 178. 186. 204. 208. 211. 217. 218. 247. 251—256. 267. 268.

Ipsae autem epistulae aliquantum sunt retractatae, praecipue verborum conlocationes persaepe inmutatae. neque vero desunt loci, in quibus Harleianus ceteris codicibus praestat velut in epistula 186; nam ut exemplum proferam, in p. 60, 19—20 unus omnium eam lectionem offert, quam veram esse Graeca sacrarum litterarum interpretatione comprobatur. verum tamen paulo post depravationis quoque exemplum invenitur insigne (p. 71, 1). propinqua autem cognatione coniunctus est cum codice Trecensi 40, ita tamen ut neuter ex altero pendeat, quod facillime perspici potest ex lacunis; haud raro enim liber Harleianus praetermisit verba, quae conservavit Trecensis[1]) et, quod multo saepius factum est, praetermisit Trecensis, quae conservavit Harleianus.[2])

Codex igitur Trecensis 40 tom. VIII[3]) saec. XIII (XII sec. catalogum) scriptus incipit ab eis epistulis, quae fuerunt in Monacensi 6266, praeter 39. 166. 172. 165. ad Italicam omnibus; ordo tantum modo intra ep. 28 et 75 paulum est mutatus. deinde sequuntur ep. 120 et 39, quae supra omissa est. tum codicis Parisini 1929 epistulae 22—194 omissis ep. 197. 198. 199, quae in prima parte extat, 163 et additis ep. 86. 212. 210 post epistulam 236 et epistula 164 post ep. 162. denique epistulae codicis Laudunensis 134 saec. IX, quas excipit epistula 213. extremam partem efficiunt litterae 190—252 codicis Harleiani 3107 praeter ep. 26, quae est in prima parte, additis ep. 59. 57 post epistulam 85. postremum folium interiit, quam ob rem ex postrema epistula 252 initium tantum usque ad verbum *curam* (p. 600, 8) superest. qua codicis compositione factum est, ut epistula 120 ter in eo inveniatur (bis tota, semel id, quod Eugippius ex ea excerpsit) et epistula 190 cum in prima sit parte tum in postrema.[4]) rarissime tantum alterius manu, nonnumquam stilo cerussato correctum est in

[1]) Velut in ep. 63 p. 228, 20; ep. 169 p. 611, 14; ep. 211 p. 358. 7; 364, 5; 367, 15; 368, 1; ep. 217 p. 412, 4; ep. 218 p. 426, 7; ep. 251 p. 599, 9 al.

[2]) Velut in ep. 61 p. 224, 7; ep. 62 p. 224, 24; ep. 69 p. 244, 14; ep. 169 p. 614, 5; 12; 19; 616, 3; 21; 618, 10; ep. 217 p. 417, 27; 422, 4; ep. 254 p. 601, 8 et 9 al.

[3]) Liber ms. Trecensis 40 omnia Augustini opera X tomis complectitur; epistulae sunt in tomo VIII.

[4]) Cf. p. VI.

hoc codice clarissimis et elegantissimis litteris perscripto, quo usus non sum nisi in his 46 epistulis: 56. 57. 59. 61—65. 69. 70. 83—85, 113—116. 119. 120. 124—126. 133. 134. 156. 157. 169. 178. 204. 208. 211. 217. 218. 220. 227. 244. 247. 249. 251—256. 267, 268.

Codex Vaticanus 496 saec. XIII incipit ab eis epistulis, quae sunt in codice Monacensi 6266, omnibus; deinde sequuntur epistulae:

217. 22. 60. 227. 48. 192. 249. 203. 220. 244. 171. 170. 197. 198. 236. 86. 212. 210. 160. 161. 163. 159. 162. 213.

(Ep. 22—170. 236—161. 159 et 162 eodem ordine reperiuntur in codice Trecensi 40, ex quo libro Ern. Kalinka in meum usum contulit epistulas 117. 118. 148. 217, quarum tres priores, quas in Parisino quoque libro 14480 excussi, ostendunt codicem Vaticanum 496 illi libro verbis et corruptis et omissis esse simillimum.)

Codex Vaticanus 494 saec. XIII ex. (XII secundum novum catalogum a. 1902 typis vulgatum) litteris inusitata magnitudine conspicuis scriptus est et 54 epistulas habet easdem, quae sunt in libro ms. Mus. Brit. Harl. 3107 ab epistula 109 usque ad epistulam 252 additis post epistulam 85 epistulis 59 et 57. quo libro usus sum in his 33 epistulis:

57. 59. 61—65. 70. 83—85. 113—116. 124—126. 169. 178. 204. 208. 211. 218. 247. 251—256. 267. 268.

Haud parvi momenti sunt duo libri mss. saeculi XV, Vaticani 495 et 499, ob eam causam, quod ex eis Lovanienses theologi 24 epistulas novas in lucem protulerunt, quarum septem etiam nunc nisi in his codicibus nusquam alibi traditae reperiuntur. atque continet codex Vaticanus 495 epistulas:

119. 120. 191. 194. 18. 20. 19. 1. 15. 2. 5. 6. 7. 8. 9. 14. 13. 10. 4. 169. 178. 250. 204. 156. 157. 186. 211. 64. 69. 83. 63. 62. 267. 218. 208. 85. 59. 54. 55. 61. 36. 125. 126. 124. 247. 251. 114. 113. 115. 254. 255. 65. 120 (Eugippi ex hac epistula excerptum). 227. 256. 56. 268. 57. 84. 252. 184. 175. 181. 182. 177. 183. 221. 222. 223. 224. 195. 123. 202. 216. 246. 180. 209. 237. 179. 263. 206. 90. 91. 103. 104. 94. 95. 142. 158. 269. 229. 230. 231. 106. 107. 108. 11. 12. 50. 151.

(Ep. 119—4. 169—211. 64—59. 54. 55. 61—255. 57—252 in Trecensis quoque codicis 40 postrema parte reperiuntur sed hoc ordine: 119—4. 54. 55. 169—211. 61—255. 64—59. 57—252. ep. 184—183 ab Innocentio papa missae sunt aut

acceptae. ep. 221—224 ex Augustini libro de haeresibus sunt sumptae. ep. 195—202 et 94—151 eodem fere ordine sunt in codice Casinensi 16 et Paris. nov. acq. 1672.)

Omnes, quae sunt in libro Vaticano 495, epistulae eodem ordine codicis quoque Vaticani 499 posteriorem partem conficiunt, priorem autem eius partem omnes epistulae codicis Monacensis 6266 eodem ordine, praeterquam quod post epistulam 166 accessit epistula 167, quae deest in libro Monacensi. medium autem inter has partes locum obtinent epistulae, quae finem faciunt codicis Vaticani 496, praeter extremam 213 ('acta ecclesiastica') omnes eodem ordine 217—162.

Quas 24 epistulas Lovanienses inde primi ediderunt, in utroque codice sunt extremo, ep. 216. 180—206 et 103—151; sunt igitur epistulae: 11. 12. 50. 94. 95. 103. 104. 106. 107. 108. 142. 151. 158. 179. 180. 206. 209. 216. 229. 230. 231. 237. 263. 269. ex quibus epistulae 103. 104. 179. 180. 206. 237. 263 in nullo adhuc alio libro ms. potuerunt investigari: ad restituendam epistulam 94 iam Maurini codicem Phimarconensem, quem vocabant (= Parisinum 11641), adhibuerunt, ipse Parisinum quoque nov. acq. 1672 et Cheltenhamensem 2173; ad epistulam 216 Maurini tres alios codices, ipse Sangallensem 140, Admontanum 125, Parisinum 2807; ad ep. 209 contuli Bodleianum 94, ad ep. 106. 229. 230. 231 Parisinum nov. acq. 1672 et Laurentianum St. Crucis plut. XVII dextr. 2; ad ceteras, id est ad ep. 11. 12. 50. 95. 107. 108. 142. 151. 158. 269 Parisinum nov. acq. 1672.

Libris igitur Vaticanis 495 et 499 cum in his 24 epistulis usus sum tum in aliis 38, quae sunt epistulae: 1. 2. 4. 13—15. 56. 57. 59. 61—65. 69. 83—85. 113—115. 124—126. 169. 204. 208. 211. 218. 246. 247. 251. 252. 254—256. 267. 268.[1])

Qui libri Vaticani, sicut libri saeculi XV esse solent, verbis et corruptis et omissis admodum sunt depravati, ita ut epistulae, in quibus praeter istos libros Vaticanos nunc primum Parisini nov. acq. 1672 et aliorum ope uti mihi contigit, mirum quantum profecerint in recuperanda pristina integritate velut imprimis ep. 95. 108. 151. inter ipsos autem maxima apparet mendorum, interpolationum, lacunarum communitas, ut saepe facere non possis, quin suspiceris Vaticanum 499 ex Vaticano 495 esse descriptum. neque vero ita se res habet.

[1]) Non ipse vidi hos codices, sed mihi contulerunt eos Lud. Zdekauer, Herm. Koebert, Mich. Petschenig.

quamquam enim recte ac merito Vaticanus 495 melior esse perhibetur, tamen minime caret locis, in quibus verba aut praetermissa sunt, quae in Vaticano 499 sunt conservata,[1]) aut corrupta, cum in hoc codice reperiantur integra.[2]) itaque utrumque codicem ex eodem propinquissimo aliquo fonte originem accepisse dicendum est. sed liber Vaticanus 499 ut multo neglegentius scriptus et multo magis corruptus est Vaticano 495, ita magnam nactus est utilitatem eo, quod homo quidam doctissimus in eo corrigendo curam atque operam ponebat idque non sine libri ms. subsidio ita faciebat, ut erasis plerumque, quae mala viderentur, bonas lectiones substituere studeret aut adderet, quae fuissent praetermissa. quae tamen non sine magna cautione accipienda sunt: neque enim omnia ex libro ms. sumpta sunt, sed multa coniectura ad arbitrium quaesita.[3])

Cum codice Casinensi 16 (Parisino nov. acq. 1672) libri Vaticani 495 et 499 praeter epistularum ordinem alia nonnulla habent communia atque primum quidem duas conspicuas interpretationes alienas in epistula 108 p. 633, 1 et 142 p. 248, 23, deinde lacunarum significationes in ep. 142 p. 249, 3—4 et 158 p. 496, 26, tum verba omissa in ep. 230 p. 501, 7 et 231 p. 504, 4; denique per totam epistulam 94 hi tres codices identidem mirum in modum congruunt. neque vero nimium pondus his rebus est tribuendum, nam paucissima praeterea talis convenientiae reperies exempla. neque putandum est libros Vaticanos pendere ex Casinensi (Parisino), cum compluribus locis hic mancus[4]) sit aut depravatus,[5]) illi autem integri. restat, ut addam cum codice Parisino 1929 Vaticanos libros satis propinqua cognatione coniunctos esse in eis quidem epistulis, quas in utrisque codicibus perscrutatus sum (ep. 1. 2. 13. 14. 15).

---

[1]) Cf. ep. 104 p. 595, 1; ep. 108 p. 631, 15; ep. 151 p. 384, 8; ep. 180 p. 700, 16; ep. 237 p. 526, 28; ep. 263 p. 633, 17.

[2]) Cf. ep. 95 p. 509, 8; ep. 103 p. 581, 16; ep. 104 p. 589, 18; 592, 27; ep. 108 p. 620, 15; 634, 5; ep. 113 p. 660, 9; ep. 179 p. 694, 26; ep. 180 p. 699, 8; 16; ep. 230 p. 500, 14; ep. 237 p. 530, 2; ep. 246 p. 584, 17; ep. 263 p. 632, 28.

[3]) Velut in una epistula 103 p. 579, 4; 11; 581, 15. ad ep. 180 p. 699, 25 in margine codicis adscriptum est: *Credo deficiat hic in textu.*

[4]) Cf. ep. 11 p. 25, 8; 9: ep. 95 p. 510, 23; ep. 108 p. 612, 19; 23; 613, 11; 616, 13; 620, 7; 622, 3; 623, 10; 627, 10; ep. 142 p. 247, 7; 22; ep. 158 p. 489, 26.

[5]) Cf. ep. 11 p. 26, 16—18; 28, 11; ep. 12 p. 29, 11; 17; ep. 50 p. 143, 16; 17; ep. 95 p. 510, 20; 511, 22; ep. 108 p. 619, 13; 626, 25; ep. 158 p. 490, 3; 493, 24 al.

B. DE CODICIBUS QUI INTER ALIA SCRIPTA EPISTULAS QUOQUE CONTINENT.

Atque haec de epistularum codicibus. veniamus nunc ad eos libros, qui non ipsis epistulis sunt destinati, sed nonnullas tantum modo vel singulas epistulas aliis Augustini aliorumve scriptorum opusculis adiunctas vel interiectas habent. qui libri ob duas causas maximi sunt momenti et ponderis, primum quod antiquissimi quique codices saeculorum VI. VII. VIII ex eo numero sunt, deinde quod epistulae a reliquis disiunctae et per hos libros dispersae cum propria sua ratione sint traditae, mirabiles rei criticae praebent utilitates.

Atque excellens exemplum huius generis librorum mss. est codex Parisinus 11641 saeculo VI uncialibus litteris partim in charta pergamena partim in papyro scriptus. est enim idem atque codex Phimarconensis, quem vocant Maurini, in quo duas novas invenerunt epistulas, id est ep. 42 et 45. incipit autem a media epistula 27 et continet fol. 1. 3—6[1]) posteriorem huius epistulae partem a p. 99, 21 *absente* et epistulam 31 usque ad p. 6, 20 *latere;* fol. 7—15 epistulam 24, cuius initium deest usque ad p. 74, 21 *affectu,* epistulam 42. 45. 94, cuius finis deest a p. 505, 15 *etiam haec*; fol. 16. 17. 18. Pseudofulgenti sermonem XLV, cuius initium deest usque ad verba *pluris se facientes quam spiritum sanctum*;[2]) fol. 18. 19. 20 epistulam 260. 261 usque ad p. 620, 4 *aliquando.* a folio 21, cuius initium est . . . . . *tione gaudebat. utilius autem,* incipiunt Augustini sermones; atque illa verba sunt ex sermone 351 ineunte,[3]) postremus autem est sermo 127, cuius exordium tantum est conservatum, cum in fine extremi

[1]) Folium 2 non folium est sed parva folii particula, in qua aliquot apparent litterae.

[2]) Migne patrol. lat. LXV p. 910, 57. Hunc sermonem tamquam incognitam Augustini epistulam II. Bordier edidit (Etudes palèographiques et historiques sur des papyrus du VI^me^ siècle. Genève 1866 p. 116 extr. 127—131).

[3]) Migne patrol. lat. XXXIX p. 1536, 1.

folii 63 abrumpatur in media periodo verbis *sic pro illa laborare.*[1])

Codex igitur detruncatus est et ab initio et in fine, deinde inter epistulam 31 et 24, tum inter epistulam 94 et Pseudofulgenti sermonem, denique inter epistulam 261 et primum Augustini sermonem. sermo autem 127 non postremus fuit codicis, sed secuti erant permulti alii neque omnes interierunt. nam in bibliotheca Genevensi adservatur liber ms. numero 16 signatus, quem saec. VI uncialibus litteris exaratum et Augustini sermones habentem H. Bordier eiusdem codicis postremam partem fuisse demonstravit, cuius prima fuisset liber Parisinus 11641.[2])

Cui Parisini libri et Genevensis condicioni insperatum lumen adlatum est, cum incidissem in librum Cheltenhamensem 2173 (nunc Cantabrigiensem Add. 3479) saec. X scriptum. qui eadem cum illis opuscula eodem ordine habet, sed eo praestat, quod integer est illumque codicem, cuius partes sunt Parisinus et Genevensis, totum repraesentat.[3]) atque inter ea, quae ibidem reppereram, cumulum mihi gaudii adtulerunt binae litterae adhuc incognitae, quas numero 92 A et 173 A notatas huic editioni inserui. sunt enim in illo codice epistulae 136. 138. 133. 134. 92 A. 173 A. 25. 30. 27. 31. 24. 42. 45. 94. Pseudofulgenti sermo XLV. epistulae 260 et 261, quas sequuntur Augustini sermones 351. 392. 18. 87. 77. 127 alii multi. unde perspicitur in codicis Parisini 11641 principio perisse epistulas 136—30 et priorem partem epistulae 27, quae sunt folia circiter 30; postremam partem epistulae 31 et initium epistulae 24, duo folia; finem epistulae 94 et initium sermonis Pseudofulgenti, folium unum; finem epistulae 261 et initium sermonis Augustini 351.

Codex Parisinus 11641 et Cheltenhamensis 2173 quorum illum S. Reiter in meum usum excussit, hunc Flor. Weigel, maxima cognatione inter se continentur neque quicquam ex epistulis quidem adferri potest, quod nos impediat, quo minus hunc ex illo profectum esse statuamus.[4]) ad emendandas autem, quas habent, epistulas uterque liber plurimum contulit, quam-

---

[1]) Migne patrol. lat. XXXVIII p. 706, 52.
[2]) Etudes paléographiques p. 107—154.
[3]) Cf. quae exposui in Wiener Studien XXXV (1913) p. 158—169.
[4]) Quin etiam ex ipso illo codice transcriptum eum esse concludi posse videtur ex ep. 45 p. 122, 21.

quam neque Parisinus mendis aut lacunis vacat et Cheltenhamensis quo est aetate inferior, eo plura atque maiora menda et retractationis vestigia ostendit, velut in brevi epistula 133 ut multa licentissime inmutata sunt, ita duobus locis p. 83, 16 et 84, 1 unus omnium vera conservavit verba. praeterea in epistulis 136 et 138 mirum quantum consentit cum codice Reginensi 331 eiusdem aetatis, qui quamquam etiam deteriore est condicione, tamen cum eo aliquotiens ceteros codices bonitate vincit.[1])

Ad codicem Parisinum 11641 tempore proxime accedunt fragmenta Aurelianensia M 169 (nunc 192). Aureliae enim in bibliotheca publica est codex 59 foliorum, quae variorum librorum mss. sunt reliquiae in 19 partes distributae. quarum undecima et tertia decima saeculo VI—VII uncialibus litteris perscriptae fragmenta habent epistularum Augustini atque illa, quae ex uno tantum folio pergameno (fol. 31) constat, epistulae 187 ad Dardanum, haec epistulae 54 ad Ianuarium et quattuor folia pergamena (fol. 36. 34. 35. 37, hic enim verus est ordo) complectitur, quorum alterum et quartum satis integra sunt, cum primi quarta tantum pars, tertii tres partes supersint. praeterea mala horum foliorum condicione haud pauca ita sunt obscurata, ut legi vix possint aut prorsus evanuerint.[2]) quibus in fragmentis quamvis Augustini verba satis incorrupta appareant, quattuor tamen locis interpolatoris manum non agnoscere non poteris.[3])

Codex saeculi VII est Taurinas 9v 26 et inter alia continet epistulas 238—241. praestantissimus est liber, qui cum in illis epistulis solus oppositus sit codici Monacensi 6266 et quattuor aliis, qui sunt ex eodem genere, intellegitur, quantopere bonitate eis praestet. nimium enim quantum valuit ad emendandas illas epistulas. corrigentis vel corrigentium cura largissima vestigia reliquit; perraro tamen ipsas verborum con-

---

[1]) Cf. ep. 136 p. 93, 15; 95, 4; 8; 16. ep. 138 p. 131, 2; 132, 10; in ep. 136 p. 93, 9 uterque codex caret interpretatione aliena, quae hoc loco in ceteros codices inrepsit.

[2]) Haec fragmenta mihi contulit G. Gundermann. novissimis quaestionibus cognitum est fragmentum epistulae 54 scriptum esse saec. VIII, alterum autem epistulae 187 saec. VII.

[3]) Cf. ep. 54 p. 164, 14; 165, 22; ep. 187 p. 103, 9; 104, 2.

pendiorum difficultates expediebat; passim autem, cum codex pallidiore atramento confectus esset, litterae decolores factae m. 2 denuo inducebantur.

Eiusdem aetatis, id est saeculi VII (VII vel VIII sec. novum catalogum) est codex Palatinus 210 uncialibus litteris scriptus, quae saepe ita sunt detritae, ut vix legi possint. in quo libro insunt epistulae 130. 36. 127. librarius ipse perraro corrigebat, saepius alius vir doctus, qui cum etiam nonnulla, quae ille praeterierat, adderet,[1]) non sine alterius codicis ope id eum fecisse patet. praeterea in indice, quod codicis est principium, extremo etiam epistulae 60 et 245 commemorantur, amissis autem foliis postremis non amplius extant.

Easdem epistulas sicut cetera quoque scripta eodem ordine habet codex Parisinus nov. acq. 1448 saec. IX, qui quam proxime accedit ad Palatini 210 similitudinem neque vero pendet ex eo; sed quanto recentior, tanto est mendosior.[2]) atque hic liber cum integer sit, in fine habet illas breves epistulas 60 et 245, quod sero me cognovisse doleo. itaque hoc loco varias lectiones subiciendas curavi.[3])

Ad quos codices adiungendus est Cheltenhamensis 1712 (M 504), nunc Berolinensis 31 codd. Phill. 1712 saec. X in. scriptus,[4]) qui et ipse eadem opuscula quondam habuit atque

---

[1]) Cf. ep. 130 p. 69, 12; 76, 19; 77, 2; ep. 36 p. 33, 6; 46, 12; 48, 2.

[2]) Hunc librum contulerunt A. Swoboda et Aug. Haberda.

[3]) **Ep. 60 p. 221,** 2 domno 3 et *om.* papae] sancto papae 5 tuae nullas venerabilitatis accepi ex quo 6 accepi *om.* lecta epistula 7 eius quid (et *om.*) 11 servi, *m. ut vid. 1 corr.* servis 13 ordine. *m. ut vid. 1 corr.* ordini dissertores, *ras. et corr. m. ut vid. 1* desertores 14 eriguntur 15 probatio*es, *m. 1 corr.* probatiores 17 dicunt *om.* cor aula 18 vocabuntur, *ras.* iocabuntur 19 ad] in **p. 222,** 1 sufficiens *om.* 2 persona 3 sed] verum 4 de monasterio recessissent *om.* 7 enitentibus 13 honoris caritatisque causa non 14 te *om.* 15 perspexeris amen] esse perspexeris. — **Ep. 245 p. 581,** 16 possideo et-fratribus *om.* 18 uolunt, *m. 1 corr.* nolunt 19 eis, *m. 2* cum eis ostendas non licere] epistolam sanctitatis tuae *sed m. 1 exp.* **p. 582,** 1 quod faciunt, *m. ut vid. 2* qui hoc faciunt epistolã (~ *eras.*) tuae *ras. ut vid. ex* suae 5 praepoperam, *m. 2* praeproperam 6 coniugati *m. 2 ex* coniutati *ut vid.* 9 capillis 10 maritatis fucari autem pigmentis] facere figmentis 12 se nolle] senoli 13 faemine 14 nam] non 15 mendax, *m. 2* mendax est 17 autem, *m. 2* est autem 19 se ad, *m. 2* sed ad **p. 583,** 1 superstitutionum 2 sotius, *corr.* sotios 3 et] etenim (enim *m. 1 exp.*) 6 propriae 8 maiori scelere se 13 cogeris.

[4]) Hunc codicem contulit Henr. Schenkl.

Palatinus 210, sed cum media tantum codicis pars conservata sit, prima et postrema rescissae interissent, ex illis epistulis unam epistulam 127 retinuit, quae etsi non manaverit neque ex Palatino 210 neque ex Parisino nov. acq. 1448,[1]) tamen maximam cum eis ostendit cognationem.

Hi igitur tres libri artissime inter se sunt coniuncti. quibus si addideris codicem Parisinum nov. acq. 1443, quattuor fiunt antiquiores epistulae 127 codices, quibus quinque alii recentiores ita sunt oppositi, ut non numquam. utros sequaris, dubitaveris; non enim nimia fide digni sunt antiquiores, quos in re dubia tum tantum sequi solebam, cum Parisinus 1443 ad eos accedebat; hic enim liber medium quendam locum inter utrosque obtinet et identidem ad recentiores inclinat.

Saeculi VIII codex est Cheltenhamensis 12261 Longobardicis litteris scriptus, qui praeter adulterinas ad Bonifatium litteras 1—3 unam tantum Augustini epistulam 29 praebet eo magis exoptatam, quod nisi in hoc codice eam non reppererim. etenim a Maurinis *primum*, ut dicunt, *edita et post editionem recognita est ad antiquissimum exemplar bibliothecae P. P. Cisterciensium S. Crucis in Ierusalem in Urbe.* quod exemplar cum frustra sedulo quaesivissem, epistula, quam desiderabam, tam grata quam insperata mihi occurrit in hoc codice Cheltenhamensi.[2]) neque eundem esse atque illum Maurinorum sed aliquanto deteriorem ex apparatu critico primo aspectu apparet. littera *h* in verborum initio interdum est omissa idque iam in exemplari, unde descriptus est, factum fuisse ex eo concludi posse videtur, quod p. 121, 12 pro *hortatus* legimus *optatus*.

Saeculo VIII—IX adtribuunt codicem Trecensem 2405, in quo quattuor reperiuntur epistulae: 187. 132. 135. 137 atque epistula 132 bis; iterata est enim sine ulla verborum discrepantia. in ep. 187 p. 103, 5; 9; 104, 2 conspicua cernitur congruentia cum Fragmentis Aurelianensibus M 169 et in ep. 137 desunt extremi sex versiculi.

Easdem epistulas praeter ep. 132 eodem ordine habet codex Parisinus 1686 saeculo XII scriptus. qui ut ad illum propinquitate quam proxime accedit, ita etiam sex extremis ver-

[1]) Cf. p. 19, 2; 6; 20, 3; 23, 1; 9; 14; 26, 18; 27, 13; 16; 25, 13; 21, 6; 22, 15 al.

[2]) Hunc mihi codicem contulit H. S. Sedlmayer.

siculis epistulae 137 caret.[1]) neque vero ab illo originem accepit.[2])

Omnes autem quattuor epistulas mutato ordine: 132. 135. 137. 187 praebet codex Casinensis 162 saec. XI. neque tamen eo, quo Parisinus 1686, vinculo cum Trecensi libro coniunctus est, quamquam non multum eum ab illis distare et alia ostendunt et omissa nonnulla verba in ep. 135 p. 90, 10 et in ep. 187 p. 91, 5; 97, 2. restat, ut addam codicem Casinensem cum Parisino id habere commune, quod uterque priorem tantum epistulae 187 partem continet.

Codex Veronensis LXII 60 saec. VIII—IX et Montipessulanus 233 saec. IX et Vercellensis 165, 6 (recte CLXV, 6) saec. IX—X et Ambrosianus G 58 sup. saec. X—XI[3]) inter canones et acta ecclesiastica unam Augustini epistulam 250 ad Auxilium datam continent adiuncto fragmento epistulae ad Classicianum scriptae (250 A); praeterea tres quoque versiculi epistulae 78 (p. 337, 16—18 *quid enim — conscientia*) insunt, in quibus cum nihil commemoratione dignum reperiretur, non amplius eos curabam. quorum librorum longe optimus est Veronensis; raro corrigentis manum in eo deprehendas, quam a librarii manu difficile est distinguere. Montipessulanus autem et Vercellensis liber lectionum similitudine inter se sunt coniuncti. illum eundem esse, quem Trecensem Maurini appellant, eo confirmatur, quod in primo folio scriptum est: *Ex libris collegii oratorii Trecensis*. hic illo quidem est corruptior, sed m. 2 multum et plerumque bene correctus, id quod saepe tam tenuiter factum est, ut discerni vix possit, veluti cum ex *i* factum est *e*.

Saeculo IX exortus est codex Laudunensis 134 cum his quindecim epistulis: 18. 20. 19. 1. 15. 2. 5. 6. 7. 8. 9. 14. 13. 10. 4. quae omnes perspicue et nitide scriptae sunt et perraro corrigendo temptatae neque fere alia manu nisi ipsius librarii. easdem litteras eodem ordine habet codex Parisinus 12210 saec. X, in quo etiam alia duo epistularum paria sequuntur, ep. 225. 226 et ep. 214. 215, illae libro ‘de praedestinatione sanctorum‘, hae libro ‘de gratia et libero arbitrio‘

[1]) Eidem versiculi item desunt in codice Bambergensi A 151 (nunc Patrist. 22) et Palatino 211.

[2]) Cf. ep. 137 p. 102, 7; 111, 12.

[3]) Hunc codicem cum Mediolani conferrem, fragmentum epistulae ad Classicianum scriptae me fugisse doleo.

praepositae.[1] solae autem quattuor priores epistulae, id est ep. 18. 20. 19. 1, cuius initium tantum extat, duae partes folio amisso interierunt, inveniuntur in codice Parisino 2983 saec. XII scripto. praeterea, quae epistulae in codice Laudunensi collectae sunt, easdem eodem ordine etiam supra in magna illa epistularum volumina receptas vidimus, in codicem Parisinum nov. acq. 1672 saec. IX, Mus. Brit. Reg. 5 Dvi saec. XI—XII, Parisinos 1928 saec. XII et 1929 saec. XIII. Trecensem 40 saec. XIII, Vaticanos 495 et 499 saec. XV. quos inter codices omnes integritate excellit Parisinus 12210. qui cum saepissime verba male distincta habeat velut in ep. 226 p. 471, 15 *primam ␣ erit ␣ afidei (= prima merita fidei).* concludi posse videtur transcriptum eum esse ex exemplari verbis non distinctis confecto. satis autem mendose cum transcriptus esset, adhibito eodem fortasse exemplari ab ipso librario aut ab alio viro docto aequali magna cum diligentia correctus est. secundum deinde locum obtinet codex Laudunensis 134 et propinquitate cum illo coniunctus est, cuius propinquitatis etiam codicem Mus. Brit. Reg. 5 Dvi participem esse manifestum est. verum praeter expectationem accidit, quod codex perantiquus Parisinus nov. acq. 1672, qui ex his litteris quinque tantum continet (ep. 5. 6. 7. 8. 9), cum ceteroqui haud parvae sit auctoritatis, eas ipsas omni genere mendorum, interpolationum, lacunarum depravatas habet.

Codex Coloniensis 80 saec. IX incipit ab illis tribus epistulis, quae sunt in principio codicis Monacensis 6266, id est ab ep. 132. 135. 137. quas sequuntur epistulae 156. 157. 186. 170. 191. 194 et illud epistularum par 214 et 215, quod antecedit Augustini librum 'de gratia et libero arbitrio'. elaboratus est nullis fere compendiis, cum etiam *m* et *ae* plerumque perscripta, non notis significata sint, et manu secunda ita est correctus, ut, quae prima, quae secunda manu correcta sint, haud facile discernas.

Cui libro adiungendus est codex Bodleianus Laud. misc. 133 saec. X ineuntis, quippe cum tanta inter eos similitudo intercedat, ut ex eodem exemplari eos transcriptos esse adfirmari possit. habet autem liber Bodleianus epistulas 156. 157. 186. 170. 191. 194. 214, praeterea in extrema parte

[1]) Hunc librum contulerunt A. Swoboda et Aug. Haberda; epistulas 214. 215. 225. 226 iterum recognovit H. Lebègue.

epistulas, quas Parisinum 2983 habere modo vidimus, id est ep. 18. 20. 19. 1. quae postquam transcripta fuerunt, eodem exemplari adhibito ab ipso librario aut ab aequali aliquo conlata atque correcta esse videntur.

Epistulae 135. 137. 170 in Coloniensi quoque codice 33 saec. IX scripto reperiuntur ad easque accedit epistula 138.[1]) qui codex in epistula 170 inter optimos libros numerandus est. etenim cum tria sint in illa epistula codicum genera, primum atque praestantissimum efficit simul cum Parisino nov. acq. 1672 et Laurentiano St. Crucis plut. XVII dextr. 2; secundum locum obtinent codex Coloniensis 80 cum Bodleiano 133, de quibus modo disputavimus; tertium genus est Parisini 12193 et codicum, quos cum eo coniunctos esse p. XVI—XIX ostendimus, Parisini 12226, Sangallensis 174, Palatini 209, Parisini 1958.

Codex Bononiensis 58, 12 S (corrigendum 125) idem est, quem Maurini veterem codicem Bertinensem longe praestantissimum vocant;[2]) in inferiore enim margine paginae primae manu saec. XV notatum est: *De libraria sci Bertini.* scriptus est saeculo IX litteris Anglosaxonicis, quas vocant, ita ut litteras *a* et *u*, *r* et *s* vix internoscas et audacissimis interdum compendiis impediaris, et in duas partes divisus, quarum prior epistulas 187. 205. 119. 120. 191. 194. 193 continet, posterior epistulas 55 et 68.[3]) manus secunda non saepe corrigebat, nonnumquam ita, ut sine alterius codicis auxilio id fieri potuisse negaveris; pleraque autem, quae corrigebantur, sunt levia. qui codex cum inter ceteros praestantia excellat, tum in ep. 187 unus omnium integerrima Augustini verba conservasse videtur.[4]) sed epistula 55 et mendorum multitudine a reliquis differt et eo, quod librarius permulta corrigebat et radebat. praeterea in prima hac epistula usque ad c. V 9 foliorum resectione nonnulla interierunt, quae significare, nisi si re critica flagitari videbatur, omittebam. aliquot locis inter hunc codicem et Eugippi Excerpta

---

[1]) Hunc codicem mihi contulit Guil. Weinberger.

[2]) Migne patrol. lat. XXXIII p. 449 adnot.

[3]) Epistulam 68 ab Hieronymo ad Augustinum datam, cum codicem excuterem, me praetermisisse molestum est. quamquam tot et tam bonis codicibus haec epistula est munita, ut detrimentum eo acceperit nullum.

[4]) Cf. p. 109, 3; 110, 3; 111, 16.

tam mira est lectionum convenientia, ut casu id accidisse non facile credideris. [1])

Epistulae 119. 120. 191. 194 eodem ordine sunt in codice saec. XIII Audomaropolitano 142, ad quem pro penuria codicum, quae est in duabus prioribus epistulis, descendendum erat. eandemque ob causam etiam magna duo epistularum volumina saec. XIII, Parisinum 1929 et Trecense 40, in quibus item illae epistulae eodem ordine occurrebant. ad restituendas eas adhibui. sed in illis duabus epistulis liber Bononiensis fere unus fide dignus est, editores vero qui fuerunt ante Maurinos, deteriores codices secuti sunt et ipsi Maurini laudabant quidem codicem Bononiensem neque vero, ut par erat, eo utebantur. inter utrosque autem libros ea ratio intercedere videtur, ut ex quo exemplari descriptus sit Bononiensis, ab eo ceteri quoque codices sint profecti. [2])

Restat, ut addam in libro Audomaropolitano 142 epistulis, quas supra dixi, succedere epistulas 54 et 55, quae quoniam ex libro Audomaropolitano 311 cum eis, quae ibi erant correcta, omnibus sunt transcriptae, merito eas neglexi.

Solae epistulae 54 et 55 reperiuntur in codice Parisino 2035 saec. IX grandibus et claris litteris conscripto, in quo corrigendo aetate non multo inferiore vir doctus operam et laborem consumebat, et in

Audomaropolitano 311 saec. XI—XII (X sec. catal.). qui tam pravus mihi visus est, ut epistulam 54 conferre satis haberem, epistulam 55, in qua tractanda meliores libri suppetebant, omitterem. corrigebatur manu et secunda et tertia, quae quamvis a librarii manu perpaulum differant, tamen eas, quoad potui, discrevi.

Codex Parisinus 2092 saec. XII item habet epistulas 54 et 55, quas antecedit epistula 98. atque in epistula 55 simillimus est codici Parisino 2103, est autem aliquanto melior.

[1]) Cf. ep. 55 p. 206, 29; ep. 205 p. 331, 16; 335, 5; 338, 18; 20.

[2]) Cuius rei haec adferri posse videntur indicia. codex Bononiensis in ep. 119 p. 702, 18 habet *te̅* (= tuae), in eadem ep. p. 704, 7 *dict'* (= dictum), in ep. 120 p. 720, 27 *h̅* (= autem). quae compendia etiam in exemplari, unde descriptus est, fuisse videntur, qua re factum est, ut mala eorum explicatione ceteri codices habeant: *tempore, dictus, haec.* etiam quod in ep. 120 p. 722, 17 omnes codices praebent *lectis auditis vel,* in illo exemplari fuisse constat meliusque *lectis auditisve* restitui, quam quod editiones habent *lectis vel auditis.*

utroque in hac epistula sedulo usi sunt Lovanienses, id quod ex eorum adnotationibus p. 404 et 405 apparet.

In Bononiensi quoque codice 47 sunt epistulae 54 et 55, quas subsequuntur epistulae 192. 203. 258. qui saeculo XII scriptus in illis duabus litteris cum codice Audomaropolitano 311 cognatione cohaeret, bonitāte superat.

Denique epistulae 54 fragmenta commemoranda sunt, quae in tribus codicibus inveniuntur. atque de primo, quod est in fragmentis Aurelianensibus M 169, supra p. XXX locuti sumus.

Alterum fragmentum est in codice Sangallensi 190 saec. VIII—IX scripto et duodeviginti tantum versiculos continet. hoc fragmentum cum fragmento epistulae 194, quod subsequitur, duo postrema codicis folia complet. qua re factum est, ut ultima pagina detrita, quae ibi scripta erant, armatis tantum oculis usque ad verba *non miretur* (ep. 194 p. 204, 5) legi potuerint neque vero extremi septem versiculi.[1]) congruit autem fragmentum epistulae 194 cum codice Parisino 12220, Parisino nov. acq. 1444, Marciano 637.

Tertium epistulae 54 fragmentum est in codice Parisino 2151 saec. XI scripto. hoc fragmentum duabus partibus constat, quae inverso ordine sunt positae: prior enim pars habet verba a p. 161, 13 *sensi* ad p. 163, 9 *consecuti*, posterior verba a p. 160, 13 *quod enim* ad p. 161, 12 *acceperim*. praeterea commemoratione dignum esse videtur, quod nonnulla, quae in hoc fragmento leguntur, in codice Audomaropolitano 311 corrigentis manu inserta apparent[2]) sive ipsius librarii sive manu secunda; neque enim facile eas discerni posse supra diximus.

Una epistula 36 comparet in codice
Parisino 12207 saec. IX[3]) et
Trecensi 414 saec. XII.
uterque est ex eodem genere, quo Parisinus nov. acq. 1672 et 1444, cum alterum genus efficiat liber Palatinus 210 et Parisinus nov. acq. 1448. atque ille est codex pessimae notae, omni genere mendorum saepe incredibilium refertus neque

[1]) Quibus fragmentis in meum usum perscrutandis operam magna cum liberalitate navavit Ad. Flüh, bibliothecae Sangallensis praefectus.
[2]) Cf. p. 160, 16; 161, 2; 20; iterum 20; 162, 15.
[3]) Hunc codicem contulit Siegfr. Reiter.

tamen spernendus. hic nonnumquam lectiones praebet, quae ex mendis, quales sunt in illo, ortae esse videntur.[1])

Una epistula 130 inest in his quattuor codicibus, in
Bodleiano 572 saec. IX ex.[2])
Coloniensi 78 saec. IX—X[3])
Parisino 2730 saec. X
Vindobonensi 1021 saec. X.[4])

accedit fragmentum codicis Herbipolitani Mp. th. 49 saec. IX Longobardicis minusculis, quas dicunt, admixtis uncialibus litteris scripti.[5]) cuius epistulae codices omnes cum in duas partes sint divisi, antiquissimi codices melioris partis sunt Bodleianus et Herbipolitanus, ad deteriorem pertinent Coloniensis, Parisinus 2730, Vindobonensis una cum Palatino 210, Parisino nov. acq. 1448, Palatino 211. atque liber Bodleianus multifariam est corruptus; menda enim in eo et retractationis vestigia inveniuntur permulta, item haud raro et vocabula aliena et interpretationes.[6]) verum tamen etiam bonis lectionibus excellit, velut in p. 61, 12 simul cum codice Laurentiano St. Crucis plut. XVII dextr. 2, cum quo artiore cognationis vinculo coniunctus est, et cum Parisino nov. acq. 1444 eam lectionem tuetur, quam veram esse sacrarum litterarum interpretatione Graeca comprobatur. librum Parisinum 2730 cum Parisino nov. acq. 1448 cohaerere ex multarum lacunarum lectionumque variarum aequalitate cognoscitur, ut a communi archetypo non magno intervallo eos distare contenderis. idem codex praeter epistulam 130 fragmenta epistulae 93 et 185[7]) habet sed tanta licentia retractata, interpolata, immutata, dilatata, contracta, ut ea excutere operae pretium non sit. denique in codice Vindobonensi manu saeculi XI—XII multa correcta sunt, quae de codice Parisino nov. acq. 1444 ipso vel simillimo aliquo libro adsumpta esse constat.

[1]) Cf. p. 42, 3 (bis); 7; 48, 12; 49, 2; 11; 20; 50, 5; 51, 1; 58, 13; 60, 22.

[2]) Hunc codicem mihi contulit Henr. Schenkl.

[3]) Hunc codicem contulit Guil. Schmitz.

[4]) Hunc codicem contulit Siegfr. Reiter.

[5]) Hunc codicem contulit Hugo Dessauer.

[6]) Cf. p. 54, 10; 58, 8 duo conspicua alienae interpretationis exempla.

[7]) Ep. 93 p. 447, 25—27; 448, 6—7; 447, 9—13; 446, 23—447, 3. ep. 185 p. 6, 17—19; 24—25; 7, 7—10; 19—22; 13, 12—13; 17—19; 17, 2—4; 16—18, 9; 21, 17—18.

Codex Herbipolitanus Mp. th. 56 saec. IX Longobardicis minusculis litteris scriptus solam continet epistulam 137,[1]) in qua ei cum codice Palatino 211 maxima est similitudo non modo lectionum variarum lacunarumque aequalitate sed etiam eo, quod saepissime, quae leguntur in Palatino libro, ea manu secunda corrigendo scripta videmus in Herbipolitano.

Epistulam 140 solam habent duo codices,

Laudunensis 129 saec. IX et

Audomaropolitanus 254 saec. IX—X (IX sec. catal.).

qui una cum Reginensi 331 saec. X ut antiquiores ita meliores huius epistulae codices sunt, deteriores autem codex Sangallensis 148 et Trecensis 201 maxima cognatione coniuncti, cum medium quendam locum inter utrosque liber Atrebatensis 945 (350) obtineat. atque liber Laudunensis nitidissime scriptus bonae notae codex est, prope autem ad eum accedit codex Audomaropolitanus. cuius margo exterior cum madore corruptus sit, nonnulla ita sunt obscurata, ut legi nequeant; quod tum tantum in apparatu critico adnotabam, cum ceteri codices varias praebebant lectiones et epistulae verba non omni dubitatione carebant.

Epistula 147 sola in his quattuor codicibus extat, in

Trecensi 813 saec. IX

Trecensi 804 saec. X

Bodleiano 516 saec. X

Marciano 639 saec. XI.

atque Trecensium librorum ea est similitudo, ut ex eodem exemplari eos transcriptos esse non temere existimaveris. verum tamen in Trecensi 804 vix tertia tantum modo epistulae pars superest, cum duae posteriores interierint. deinde initium epistulae deest in codice Bodleiano, quem mihi contulit Flor. Weigel; neque quod primum est in hoc codice folium, suum locum obtinet, sed post septimum ponendum est ut octavum, primum autem, in quo fuerat epistulae initium, non amplius extat. Marcianus denique liber firmis clarisque litteris scriptus a duobus viris doctis correctus est, quorum alter (m. 2) aetate non multo inferior et fusco atramenti, quo utebatur, colore insignis lacunas interdum explebat, alter (m. 3) subrufo scripturae colore, quo librarius ipse, usus ab hoc nonnumquam vix discernitur.

[1]) Hunc codicem contulit Hugo Dessauer.

Qui quattuor codices propinqua cognatione coniuncti contrarii sunt ceteris quinque codicibus, quos huic epistulae adhibui, non minus inter se cohaerentibus, Palatino 211, Monacensi 6266 et, quos eiusdem cum Monacensi generis esse vidimus, Salisburgensi X 29, Audomaropolitano 76, Parisino nov. acq. 1444. unde magna exoritur indicandi difficultas ac diu multumque fluctuabam incertus, utris codicibus maior fides habenda esset. utrique enim et virtutes suas habent et vitia, in utrisque ex compluribus locis perspici potest epistulam eos habere cum eruditione atque doctrina retractatam, ut modo hos modo illos aut reicere aut sequi malueris. verum tamen cum illi quattuor codices saepius corruptionis et retractationis suspicionem movere videantur, saepissime verba sive praetermissa sive male conlocata [1]) habeant, ad hos quinque potius me adplicare solebam atque hos secutus sum, ubi res ex sola codicum auctoritate pendebat. quamquam etiam hac condicione satis multi sunt loci, quibus facere non potuerim, quin hos reicerem, illos praeferrem.[2])

Epistula 164 sola in uno est codice

Casanatensi B IV 18 saec. IX, qui antiquissimus est omnium huius epistulae codicum, caret autem initio, cum paene tres quintae prima in epistula desint. praeterea infimae foliorum partes putredine sunt consumptae. neque magna laude dignus est iste liber; crebro enim a ceteris codicibus discrepat neque id in suam commendationem. nam multa neglegentia depravata, plura corrigendi studio deformata esse apparet.

In duobus codicibus Augiensibus CXCV saec. IX et XCV saec. X repperi unam epistulam 187. quorum ille Hibernicis, quas vocant, litteris scriptus et multis compendiis audacissimis interdum neque satis constantibus insignis priorem tantum epistulae partem usque ad p. 97, 17 habet, cum cetera foliis amissis desint. uterque liber epistulam illam post Augustini librum ‘de quantitate animae‘ exhibet neque tamen inter se aut cum alio huius epistulae codice artiore cognationis vinculo sunt conligati. alter autem codex Augiensis XCV praeter epistulam 187 totam inter Augustini libros ‘de spiritu et littera‘

[1]) Cf. p. 308, 22 et 329, 12 cum p. 292, 2.

[2]) P. 276, 1; 278, 2; 9; 280, 11; 21; 284, 21; 289, 12; 19; 290, 6; 19; 291, 20; 296, 8; 299, 11; 13; 302, 15; 303, 16; 319, 16; 322, 16; 325, 1; 18; 329, 23; 330, 12; 331, 5.

et 'de cura pro mortuis gerenda' fragmentum aliquod habet epistulae adhuc incognitae, quod minus quattuor versiculos complectens cum ex epistula *ad comitem Bonifatium* esse significatum sit, epistulae 185 ad eundem Bonifatium datae adiunxi, cuius cum exordio aliquam habeat similitudinem, et numero 185 A signavi.

Fragmenta epistulae 205 perparva nobis tradita sunt codice Parisino 528 saec. IX scripto, quae etsi epistulae emendandae vix quicquam sunt profutura, tamen propter libri antiquitatem ea neglegere nolui.

Saeculo IX—X adtribuebatur codex Ashburnhamensis 75 (nunc Parisinus nov. acq. 445 saec. IX), in quo insunt epistula Maximi grammatici ad Augustinum (ep. 16) et Augustini responsum (ep. 17) ad illum datum. qui ut est antiquissimus codicum, quos ad has epistulas emendandas contuli, ita inter omnes maxime differt, cum ceteri plus minus inter se sint cognati, et aliquot locis unus omnium veram conservavit lectionem.[1])

Eiusdem aetatis est codex Reginensis 140, in quo invenitur una Augustini epistula ad Laetum data (243). cuius epistulae ceteri codices cum in duo genera discedant, aut enim Parisini 12193 similes sunt aut Monacensis 6266, liber Reginensis ad illorum similitudinem accedit, cum his autem nihil fere habet commune. itaque, ut exemplum proferam, summaria, quae in p. 573, 13; 576, 12; 577, 16 codicem Parisinum 12226 rubro colore interiecta habere adnotavimus, eadem eodem colore etiam in Reginensi sunt, id quod illis locis commemorare oblitus sum.

Saeculo X nitide clareque scriptus est codex Palatinus 211 epistulas continens 137. 98. 127. 138. 243. 92. 143. 147. 16. 17. 215. 102. 152. 153. 149. 130. quae litterae omnes in Monacensi quoque libro 6266 sunt atque litterae 16—130 eodem etiam ordine. est igitur ex eo genere codicum, quo Monacensem esse ostendimus, et quam maxime cum eis congruit[2]) praeter epistulam primam et postremam; nam in epistula 137, quam, etsi aliquot locis bonitate excellit, corruptissimam praebet, maxima similitudine cum cum codice Herbipolitano

[1]) Cf. p. 37, 2; 3; 9; 38, 10; 41, 15.

[2]) Exempli causa cf. ep. 92 p. 441, 3—4; 443, 18. ep. 98 p. 529, 18; ep. 149 p. 368, 6. ep. 152, p. 395, 8.

Mp. th. 56 coniunctum esse supra p. XXXIX diximus et in epistula 130 codici Palatino 210 cognatus est simulque cum eo ad deterius codicum genus pertinet, quod contrarium est generi codicis Monacensis.[1]) varie autem variis manibus corrigendo temptatus est neque omnes epistulae pariter sed aliae magis aliae minus, maxime epistulae 152 et 153. discernere vero illas manus saepissime est difficillimum; conspicua tamen apparet una subrufo scripturae colore (m. 2), altera subnigro (m. 3).

Eiusdem saeculi X codex est Reginensis 331 cum epistulis 140. 137. 136. 138. 98. atque quod attinet ad epistulam 140, cuius initium usque ad p. 164, 25 deest amissis prioribus codicis foliis, hunc codicem unum esse ex tribus antiquioribus et melioribus huius epistulae libris mss. supra p. XXXIX exposuimus. addendum est unum omnium integra epistulae verba servavisse in p. 191, 23; 192, 1; 206, 10; 217, 16; 224, 21; 231, 3. in epistula 137 maxime congruit cum codice Coloniensi 80 itemque in epistula 136 et 138 cum codice Cheltenhamensi 2173, de cuius cognatione cum Reginensi p. XXX disputatum est et adlati sunt loci, quibus utercque verborum integritate ceteris libris praestaret. in bonorum igitur codicum numero habendus est neque tamen sine cautione quadam tractandus, quia haud pauca cum eruditione ac licentia videntur esse interpolata. corrigentium manus distinguuntur duae, altera nigro scripturae colore insignis, quae etiam interpunctionis notas sive ponebat sive corrigebat, altera rara pallidiore atramento.

Item saeculo X scriptus est codex Parisinus 12220, in quo quattuor repperi epistulas: 194. 178. 175. 181. quarum duae posteriores altera ex concilio Carthaginensi ad papam Innocentium missa est, altera est Innocenti responsum; de his infra fusius erit disputandum. codex autem ipse a ceteris permultum discrepat et magna depravatione est conspicuus, quamvis aliquando lectionum probabilitate eminere videatur, ut in ep. 181 p. 703, 4; 713, 8; 714, 5; 11; in ep. 194 p. 198, 4 unus omnium verba servavit incorrupta. sed epistulas multis locis habet valde interpolatas et interpretationibus alienis adulteratas. et multo etiam magis librarii neglegentia

[1]) Cf. ep. 130 p. 48, 12; 52, 11; 53, 13; 55, 18; 65, 4; 66, 15; 69. 12; 70, 8; 76, 19; 77, 2 al. permulta.

depravatus est; saepe enim praetermittebat verba sive singula sive complura, saepissime litteras vel syllabas, quas postea aut ipse aut alius aliquis supra versiculum adicere solebat, quo ceterarum correctionum multitudo aliquantum augebatur. quae cum ita sint, est quod mireris Maurinos hunc codicem tantopere esse amplexos.

Simili ratione codex Parisinus 1453 saec. X minutis litteris nitide scriptus duas brevissimas epistulas 65 et 184 habet, quarum posterior infra iterum erit commemoranda; codex enim est canonum et litterarum decretalium. in epistula autem 65 longe antiquissimus est codicum, quos conferre potui, eorumque exoptatissimum supplementum, quippe qui cognatione amplius ab eis distet, quam ipsi inter se.

Denique saeculi X (saec. XI ex. sec. novum catalogum) est codex Vaticanus 202, qui solam epistulam 153 continet. cuius epistulae libri mss. cum in duo genera sint divisi, quae p. XVI—XVII explicavimus, codex Vaticanus 202 ex meliore genere est, quo Monacensis 6266 eiusque similes.[1])

Sequitur codex saeculi X—XI Parisinus nov. acq. 1449 cum epistulis 156. 157. 98. 225. 226.[2]) quarum duae posteriores infra separatim sunt tractandae; priores tres epistulas satis corruptas habet et mendis scatet. cum nullo autem ceterorum codicum artiore vinculo coniunctus ob eamque causam minime spernendus est. praeterea in epistula 98 p. 530, 5 verba *de me multa* unus integra conservavit simul cum uno codice Parisino nov. acq. 1672, quocum aliis quoque aliquot locis[3]) mirum in modum congruit.

Eiusdem aetatis est codex Coloniensis 118. neque tamen ex Augustini epistulis aliud quicquam habet nisi exiguum fragmentum epistulae 185, ubi id unum commemoratione dignum videtur, quod in p. 40, 8—9 lectionem *elsi* praebet, quam in sola Maurinorum editione reperio, cum omnes codices mei et ceterae editiones habeant *et sic*.

Venimus ad codices quosdam saeculi XI, qui novem hoc loco sunt memorandi ac primum quidem proferatur Laurentianus St. Crucis plut. XVII dextr. 2.[4]) cuius epistulae

---

[1]) Hunc codicem mihi contulit Jos. Zechmeister.

[2]) Hunc codicem contulerunt A. Swoboda et Aug. Haberda itérumque Henr. Lebègue.

[3]) Cf. p. 527, 18; 530, 3; 11; 531, 6; 532, 7.

[4]) Hunc codicem mihi contulit Car. Schenkl.

incipiunt a fragmento epistulae 187,[1]) quod cum nullius pretii esse pateret, non amplius curabam. deinde sequuntur epistulae 152—155. 229—231. 130. 150. 170. 106. atque in epistulis 152—155, quarum codices divisi sunt in duo genera Monacensis 6266 alterum, alterum Parisini 12193 et qui sunt utriusque similes, ex deteriore Parisini est genere; cf. p. XVI—XVII. quae insequuntur epistulae tres 229. 230. 231 et postrema 106 in earum numero sunt, quae nisi in codicibus saeculi XV, in Vaticanis 495 et 499, unde Lovanienses eas in lucem emiserunt, adhuc non erant inventae. plurimum igitur ad restituendas has epistulas profecerunt novi et multo antiquiores codices, quos ut adhibere potuerim, mihi contigit, hunc ipsum dico Laurentianum saec. XI. maxime autem Parisinum nov. acq. 1672 saec. IX.[2]) cum hoc codice Parisino Laurentianus etiam epistulam 150 habet communem neque tantum communem habet, sed multa pro eius brevitate et magna insunt cognationis indicia. in epistula 130 artiore eum vinculo cum codice Bodleiano 572 coniunctum esse supra p. XXXVIII docuimus. itaque et virtutibus et vitiis ei est consimilis, quod ibidem adlato insigni exemplo demonstrabam. in epistula 170 ex optimorum codicum numero est; nam cum tria ibi sint librorum mss. genera, simul cum codice Parisino nov. acq. 1672 et Coloniensi 33 primum locum obtinet; cf. p. XXXV. id unum addendum censeo conspicuam esse in hac epistula p. 625, 21 interpretationem alienam inter codicem Laurentianum et Parisinum nov. acq. 1672 communem. ad summam, quo finem faciam, est quod doleamus codicem, qui ex tam praecipuo fonte fluxisse videatur, mendis permultis verbisque sive interpolatis sive praetermissis tantopere esse depravatum.

Alter codex saeculi XI est Sangallensis 148 et habet epistulas 121. 149. 102. 164. 140. quarum duae priores, Paulini ad Augustinum et Augustini ad Paulinum, infra suo loco commemorabuntur. in epistulis 102 et 164 maxime ad Parisini nov. acq. 1444 similitudinem inclinat, velut cum eo et cum codicibus eiusdem generis, cum Monacensi 6266, Salisburgensi X 29, Audomaropolitano 76 in epistula 164 p. 522, 18 et 526, 23 duas conspicuas interpretationes alienas habet communes. qua autem condicione sit inter codices epistulae 140, supra

---

[1]) Epistulae initium a p. 81, 3—83, 12 *iamque*.
[2]) Cf. p. XXVI.

p. XXXIX est expositum. ipsa epistularum verba cum in hoc codice sint satis corrupta, m. 2 multum corrigebatur per coniecturam et ad arbitrium plerumque, nonnumquam alterius codicis adiumento, velut in epistula 164 p. 522, 10 et 11, ubi voce *alibi* id significatum esse videtur.

Codex Vindobonensis 875 saec. XI[1]) item continet litteras 121 et 149 a Paulino ad Augustinum et ab Augustino ad Paulinum missas, de quibus infra accuratius dicendum est. quas litteras antecedit epistula 189. codex autem est haudquaquam neglegendus atque in epistula 189 exoptatus accedit ad ceteros, qui inter se cognati ex eodem sunt genere quo Monacensis 6266. itaque p. 136, 19 unus omnium verum verbum *corpore* conservavit. multa, quae mendose scripta aut praetermissa erant, ab ipso librario correcta et in margine supraque versiculos addita sunt neque aliam praeter librarii manum ibi deprehendas.

Codex Atrebatensis 949 (339) saec. XI tres habet epistulas: 164. 93. 187. sed magna calamitate adflictatus est sicut ceteri, quibus quidem mihi utendum fuit, codices Atrebatenses 644 (572); 696 (621). 945 (350). omnes enim ab improbo aliquo homine, qui pergamenam furatus esse videtur, foliis exectis misere sunt mutilati. itaque de epistula 164 unum tantum folium superest, quod initium epistulae, id est vix sextam eius partem continet; de epistula 93 duae quintae perierunt, de epistula 187 pars circiter quarta. ceterum liber est praecipuus, qui nulli alii artiore cognationis vinculo adiunctus in illarum epistularum emendatione bono est usui, ut in epistula 93 p. 476, 2 solus verbum *palmisque* servavit et in epistula 187 p. 94, 4 cum uno codice Bononiensi 58, 12 S (corr. 125) coniunctivum *habitet* utrumque quidem ex correctione ipsius librarii. quamquam neque mendis caret neque ab interpolationibus integer evasit. maxime autem verbis sive singulis sive compluribus praetermissis est conspicuus. cum codicibus, qui sunt ex genere Monacensis 6266, inter alia interpretationes alienas communes habet in ep. 164 p. 522, 11 et 18 et lacunas satis grandes in ep. 93 p. 470, 21; ep. 187 p. 108, 11; 21 cum codice Monacensi 6266 et Audomaropolitano 76.

In codice Vallicelliano Tom. XVIII saec. XI sunt epistulae 219 et 228, quarum posterior in Casinensi quoque

[1]) Hunc codicem Siegfr. Reiter mihi contulit, iterum perscrutatus est Guil. Hartel.

eiusdem saeculi codice 11 sola reperitur. atque epistulam 219 cum diu multumque et ipse et per alios in libris mss. frustra quaesivissem et iam exemplum aliquod me inventurum esse desperarem, tandem aliquando Joh. Mercati Romae in bibliotheca Vallicelliana illum codicem investigavit, qui laborem nostrum uberrimo fructu compensabat. nam epistula a Jac. Sirmondo primum edita in Conciliis antiquis Galliae Lut. Par. 1629, unde Maurini eam in Augustini epistulas transtulerunt, codice Vallicelliano non tantum multo evasit emendatior sed etiam multo longior, quippe cum quarta ferme eius pars (p. 430, 12 *admonitus* — 431, 3 *detrimentum*) apud Sirmondum Maurinosque desit. in epistula 228 codex Vallicellianus propinqua cognatione coniunctus est cum Casinensi 11 atque una cum illo contrarius ceteris huius epistulae codicibus, qui omnes sunt ex genere codicis Monacensis 6266. itaque utilissimi sunt ad emendandam epistulam et in p. 485, 23; 490, 12; 493, 20; 494, 7 soli veras praebent lectiones, in p. 488, 12; 493, 14; 494, 18; 495, 8; 18; 496, 5 simul cum Parisino nov. acq. 1444.[1])

Codex Erlangensis 272 saec. XI scriptus unam habet epistulam 102 omni corruptionis genere deformatam. at tamen cum nullo ceterorum huius epistulae codicum artiore cognationis vinculo est coniunctus ob eamque causam in aestimanda codicum auctoritate non spernendus.[2])

Cheltenhamensis quoque liber 12268 saec. XI (fortasse X ex.) scriptus unam tantum epistulam continet, id est epistulam 262. in qua epistula cum duo sint codicum genera alterum codicis Parisini 12193 alterum Monacensis 6266, liber Cheltenhamensis ad utrum propius accedat, haud facile dixeris. correctus autem est m. 2 antiqua et m. 3, neque vero, quae correcta sunt, ullius esse videntur momenti.

Huic codici adiungimus alterum Cheltenhamensem numero 16588 signatum, qui in folio solitario eiusdem fere aetatis bipartitis paginis extremam partem epistulae 91 et initium

[1]) Epistulam 228 Possidius, Calamensis episcopus, paene totam recepit in Augustini, aequalis sui, vitam, quam conscripsit. quam vitam cum Joh. Salinas Romae 1731 ederet, illam epistulam non ex suis codicibus proposuit, sed, ut ipse fatetur, ex epistularum editione, quam Maurini nuper paraverant, transtulit, ita ut, quae spes inde ad epistulae emendationem haberi posset, falleretur atque novam illius vitae editionem critica ratione emendatam necesse sit expectemus.

[2]) Hunc codicem contulit Herm. Bitterauf.

epistulae 23 continet.[1]) quod folium, quantum ex tam parva materia iudicari licet, ad codicem melioris notae pertinuisse videtur, ex genere fortasse codicis Monacensis 6266, quia in hoc epistulam 91 excipit epistula 23.

Quibus expositis subici placet octo codices saeculo XII scriptos, inter quos primum locum obtineat Gottvicensis 14 (33), qui ineunte illo saeculo scriptus memorabilis est ob eam causam, quod Godofridus Besselius, monasterii Gottvicensis abbas, anno 1732 duas inde epistulas novas 202 A et 184 A in lucem protulit neque adhuc, ut alter illarum epistularum codex reperiretur, contigit. praeterea aliae quinque epistulae insunt; antecedunt enim ep. 165; 166; 172; 143; 190, quarum tres priores infra tractabuntur, cum de epistulis inter Augustinum et Hieronymum missis acceptisque erit agendum. atque mendis, interpolationibus, lacunis hic codex haud parum est corruptus, sed tamen ex optimo fonte eum fluxisse certissima sunt indicia, velut in epistula 143 p. 252, 15—18, ut id potissimum proferam, lacunam trium versiculorum, quae est in ceteris codicibus, explet et in eadem epistula p. 256. 21 et 261, 2 unus ex omnibus codicibus verba conservavit integra. in epistula 190 paulum adpropinquat ad genus codicis Parisini 12193.[2]) correctionibus multum vexatus est plerumque ab ipso librario, quem in epistula 184 A et 202 A fere unum hanc operam navavisse gaudemus; ceteras manus, quas a librarii manu aut inter se est ubi haud facile distinguas, omnes uno signo *m. 2* notabam praeter eam, quae cum pallidissimo atramento uteretur, erat conspicua (*m. 3*).

Codex Casinensis 232 saec. XII habet epistulas 30. 31. 24. 32. 109. 243. 121. 149. 26. 92. 143. 90. 91. 23. 55, quae praeter postremam omnes in Monacensi quoque codice 6266 sunt atque etiam ordine paulum differente (92. 143. 30—243. 26. 121. 149. 90—23).[3]) est igitur ex illo genere et cum illis codicibus saepissime congruit. cuius rei ut exemplum luculentissimum proferam, lacunam indico, quae est in extrema epistula 92. ceterum de epistulis 30 et 121 Paulini ad Augustinum, 31 et 149 Augustini ad Paulinum, 24 Paulini ad Alypium, 32 Paulini ad Romanianum paulo infra fusius

[1]) Utrumque codicem Cheltenhamensem contulit Flor. Weigel.
[2]) Cf. p. 139, 4; 20; 147, 15; 148, 6; 6 (iterum); 16; 150, 4; 12.
[3]) Hunc librum ms. contulit Gust. Loewe.

est disputandum. unam epistulam postremam (55) in codice Monacensi 6266 non esse diximus. quae quamquam ab eodem librario scripta, si speciem spectas, nihil a ceteris differt, tamen, cum multo mendosior et multo magis graviusque interpolata sit, ex alio eam fonte atque ceteras manavisse constat. neque minus hoc confirmatur parvulis quibusdam rebus, velut librarius in ceteris epistulis *karus*, *karitas*, in hac semper scribebat *carus*, *caritas*. corrigebatur codex manu aequali (m. 2), quae a librarii manu nonnumquam vix potest distingui; rara autem recentioris manus vestigia subrufo atramenti colore internoscuntur. neque tam coniectura quam codice aliquo m. 2 usam esse multis locis[1]) comprobatur.

Codex Marcianus 637 saec. XII scriptus has novem continet epistulas: 163. 164. 98. 102. 187 (deest pars posterior). 156. 157. 93. 194.[2]) ex quibus cum quinque priores antiquiorum meliorumque codicum fide satis sint confirmatae, posterioribus tantum quattuor usus sum. etenim in epistula 156 et 157 penuria librorum mss., quorum qui sunt antiquissimi, Coloniensis 80 et Bodleianus Laud. misc. 133 ex eodem exemplari profecti pro uno sunt habendi (p. XXXIV), Marcianus 637, quamvis mendis, interpolationibus, lacunis sit corruptus, non nihil valet eadem de causa, qua Parisinum nov. acq. 1449 non spernendum esse p. XLIII diximus. atque similis est ratio epistularum 93 et 194, in quibus magna intercedit convenientia inter codicem Marcianum 637 et Parisinum 12220 et Parisinum nov. acq. 1444.[3]) denique locum in ep. 93 p. 476, 2 non commemorare non possum, ubi codex Marcianus 637 reliquias quidem vocis *palmis* servavit, cum illa vox in ceteris desit margini tantum in Atrebatensi 949 adscripta.

In codice Parisino 2715 saec. XII (XIII sec. catalogum) insunt epistulae 130. 248. 131. 47. quarum prima tot ac talibus codicibus nititur, ut ad librum saeculi XII descendere noluerim. est autem satis bonus liber ex eo genere, quod est circa Monacensem 6266, inter quos eum Parisino nov. acq. 1444 propinquissimum esse ex ep. 248 apparet.

[1]) Cf. ep. 26 p. 90, 11; ep. 31 p. 3, 10; ep. 32 p. 10, 14; ep. 55 p. 177, 9; 188, 13; ep. 91 p. 428, 5; 433, 12; ep. 109 p. 637, 4; ep. 149 p. 351, 9; 357, 14; 373. 21 aliaque permulta. quae a librario praetermissa m. 2 supplebantur.

[2]) Hunc codicem contulerunt Gust. Loewe et Siegfr. Reiter.

[3]) Exempli gratia cf. ep. 93 p. 464, 24; 482, 15. ep. 194 p. 180, 24; 183, 2; 11; 190, 21; 206, 20; 208, 9; 214, 6.

In codice Bodleiano 94 saec. XII ex. cum epistulam 209 invenissem, contentissimus eram, quippe quae epistula adhuc nisi ex Vaticanis libris 495 et 499 saec. XV scriptis non fuisset cognita. qui liber quamquam multo etiam corruptior est ipsis Vaticanis, tamen non nullius pretii est, nam in p. 349, 2; 351, 23; 352, 9 verum Antonini nomen conservavit et aliis duobus locis (348, 16 et 353, 2), quae in Vaticanis mendosa sunt, integra praebet; re dubia vero hos sequi placebat. quae cum ita essent, conlatione epistulae 54, quae item in hoc codice reperitur, supersedere me posse arbitratus sum.

Neque hac epistula usus sum in codice Atrebatensi 945 (350) saec. XII; insunt enim epistulae 140. 54. 55, sed exectis foliis valde mutilatae (p. XLV),[1]) ut unam epistulam 140 conferre satis haberem. eandem epistulam in Trecensi quoque codice 201 saeculi eiusdem inveni. in qua cum duo sint codicum genera, Atrebatensem 945 inter utrumque medium quendam locum obtinere supra diximus, Trecensem ad deterius pertinere una cum codice Sangallensi 148, quocum maxima coniunctus esset cognatione (p. XXXIX). praeterea liber Trecensis 201 alteram habet epistulam 200, de qua infra latius disseretur.

Codex Parisinus 1798 saec. XII nitidissime scriptas neque corrigentium aut interpretantium manibus temptatas in extrema parte habet epistulas 98 et 210. in illa mentione digna videtur similitudo, quae est inter ipsum et codicem Parisinum nov. acq. 1443, Reginensem 331, Sangallensem 139, Parisinum 2092, ita ut aliquotiens quae lectio prava sit in ceteris, eam in Parisino nov. acq. 1443 corrigendo factam videamus.[2])

Epistulam 203, qualis est in codice Vindobonensi 735 saec. XIII, cum nimis corrupta sit, in apparatum criticum non recepi nisi commotus p. 316, 12, quo loco hic codex solus integram tradidit lectionem *anilem*.[3])

Codicem bibliothecae nationalis Florentinae XXXIX 65 saec. XIV, cum epistulas 211. 166. 250. 262 contineat, subsidio mihi esse volui propter unam epistulam 211, ad quam

---

[1]) In ep. 54 deest principium usque ad p. 159, 11 *et sanguinis*; in ep. 55 p. 176, 12 *determinatis* — 179, 19 *tertia*; 195, 5 *ipsa etiam* — 198, 12 *memento quam*; 201, 12 *in hoc* — 204, 9 *inmites*; 213, 6 *cum scientia* — 12 *lecturam*.

[2]) Cf. p. 523, 14; 528, 10; 11; 531, 9; 532, 7.

[3]) Hunc codicem mihi contulit Aug. Engelbrecht.

restituendam antiquiores codices quam saeculo XIII—XV scripti non suppetiverunt. qui cum in duas partes sint divisi, liber Florentinus una cum codice Mus. Brit. Harl. 3107 deteriorem partem ita efficiunt, ut Florentinus Harleiano sit multo etiam corruptior; multum enim retractata habet illius epistulae verba. [1])

Magnam denique difficultatem afferebat brevissima epistula 270. typis enim primum est vulgata inter Hieronymi epistulas ibique numero 40 signata. deinde Maurini eam in Augustini epistulas receperunt, Vallarsius in Hieronymi editione ut adulterinam in tomum extremum relegavit. librum autem ms. cum nusquam memoratum invenirem, meum erat indagare, id quod non facile erat factu. nam quis ad quem epistulam scripserit, cum inscriptio desit, non patet, sed ex eius principio concludi tantum potest eam in Africa datam esse ad Augustinum. qua re cum diu multumque librorum mss. indices frustra perscrutatus essem, tandem aliquando in uno codice saeculi XV, id est in Monacensi 496, qui inscribitur 'Sermones et epistulae divi Hieronymi', desideratam epistulam investigavi, quo contentum me esse oportebat, quamvis antiquiores codices non deesse mihi persuasum esset. in quo codice titulus est: *Epla bti hieronī* neque verba epistulae multum discrepant ab editionibus.

C. DE EPISTULIS AUGUSTINI AD HIERONYMUM ET HIERONYMI AD AUGUSTINUM. [2])

Atque haec quidem hactenus. disputatum est igitur primum de epistularum codicibus (p. XI—XXVII), deinde de codicibus, qui nonnullas tantum epistulas una cum aliis scriptis contineant (p. XXVIII—L); nunc dicendum est de quibusdam epistulis, quae aliqua ratione inter se coniunctae, separata quaestione ut tractentur, postulant. ex quibus primo loco ponantur, quae inter Augustinum et Hieronymum missae acceptaeque sunt. Augustini autem litterae sunt 28. 40. 67. 71. 73. 82. 166. 167, Hieronymi 39. 68. 72. 75. 81. 123. 172.

[1]) Hunc codicem contulit Ern. Kalinka.
[2]) De his epistulis in Hieronymi editionibus dispositis cf. infra p. CI.

195. 202, ad quas accedunt Augustini epistula ad Praesidium (74) et Hieronymi ad Marcellinum et Anapsychiam (165), ut sint numero undeviginti. quas epistulas qui continent codices, in duas partes sunt divisi; alteri enim sunt codices, quos Augustini litteras habere in eis, quae praecedunt, ostendimus, Monacensem dico 6266, Audomaropolitanum 76, Parisinum nov. acq. 1444, Salisburgensem X 29, Mus. Brit. Reg. 5 D VI, Casinensem 16 cum Parisino nov. acq. 1672, Gottvicensem 14 (33). atque tres priores omnes illas epistulas habent praeter 123. 167. 195. 202; Casinensis 16 in superiore sui parte omnes praeter ep. 81. 82. 165, in inferiore Parisinum nov. acq. 1672, unde descriptus sit, in eius locum succedere diximus, ubi epistulae 123 et 195 iterum reperiuntur; Salisburgensis X 29 unam habet epistulam 165, Mus. Brit. Reg. 5 D VI epistulas 81. 82. 165,[1]) Gottvicensis 14 (33) ep. 165. 166. 172. de quibus codicibus si excipias Casinensem 16 cum Parisino nov. acq. 1672, ceteros omnes in meliorum codicum numero habere non dubitaveris, etsi non omnium in omnibus epistulis eadem semper est fides, velut codicem Audomaropolitanum 76 haud ita raro maxime in ep. 28. 40. 71 inter deteriores codices deprehendas.

Alterius vero partis codices sunt, qui epistulas, quas supra enumeravimus undeviginti, inter Hieronymi litteras scriptaque habent receptas. in quibus codicibus id est commune, quod excepto Parisino 12163 et Escorialensi a II 3, quicumque habent epistulam 73, eam habent principio detruncato mutilam, ita ut a p. 265, 23 verbis: *Cur itaque conor* incipiat; quod idem etiam est in codice Casinensi 16. itemque in eisdem codicibus praeter Augiensem LII et Einsidelensem 130 epistulae 40. 67. 68 extrema parte carent.[2])

Inter hos igitur codices praestantia excellit

Parisinus 1868, qui saeculo IX scriptus habet epistulas 67. 68. 72. 28. 40. 71, cuius post initium desinit in verbis *per quos adire possit* (p. 250, 6), cum folia, quae secuta erant, perierint.

[1]) Haec epistula non est in eis, quas me contulisse dixi in p. XIV —XV.

[2]) Addendum est in codice Veronensi XVI 14 epistulam 68 esse integram et in epistula 67 extrema verba suo quidem loco deesse, sed paulo supra in p. 239, 2 inveniri itemque in codice Coloniensi 60 eadem verba, cum in epistula ipsa desint, m. 1 in margine esse adiecta.

Proximum bonitatis locum obtinet codex eiusdem saeculi Parisinus 13047 cum quinque epistulis: 72. 28. 40. 71. 75, in qua postrema aliquotiens inter deteriores codices comparet. quem librum m. 2 per coniecturam sedulo corrigebat et, quae multa librarius erraverat, emendare studebat.

Omnes undeviginti litteras unus habet codex Parisinus 12163 saec. IX easque paucis compendiis pulchre scriptas et perraro corrigendi studio turbatas; habet enim epistulas: 28. 40. 67. 68. 39. 74. 73 (integram). 72. 71. 75. 81. 82. 166. 172. 73 (iterum sed mutilam). 28 (iterum). 165. 167. 195. 123. 202. itaque epistulae 28 et 73 bina insunt exempla atque epistulae 73 alterum integrum alterum mutilum. codex autem non totus pari fide dignus est; nam pars prior usque ad epistulam 172 paulum cedit codicibus, quos modo diximus, posterior vero, quae ab epistula 73 mutila incipit, sicut omnes codices, qui mutilam hanc epistulam habent, ex deteriore est codicum genere.

Qua re eiusdem generis sunt quattuor codices, qui cognatione magna inter se continentur:

Coloniensis 60 saec. IX, Vaticanus 355 saec. IX—X, Vaticanus 5762 saec. X, Vaticanus 341 saec. X—XI; habent enim epistulas 67. 68. 39. 74. 73 (mutilam). 28. 72. 40. 71. 75. 165. 166. 167. 172. 195. 123. 202 eodem omnes ordine, praeterquam quod in Coloniensi 60 epistula 72 epistulam 28 praecedit et in Vaticano 5762 epistulae 28 et 75 167 desunt. atque Coloniensis codex grandibus formosisque litteris scriptus a variis viris doctis multum et radebatur et corrigebatur.[1]) in codice Vaticano 355 interpretationes inanes diligenter nitideque manu saec. XIV—XV margini adscriptae sunt eademque manu raris locis etiam corrigebatur, id quod in epistula 166 alia manu saepissime fiebat. alter vero Vaticanus 5762 deformi et inaequali scriptura insignis non totus in iustis foliis scriptus est, sed pars in parvulis scidis et librarius, cum litteras, syllabas, verba saepe praetermisisset, multa et inter versiculos et in margine adiciebat; neque vero alterius nisi librarii manum deprehendas. his libris paulo emendatior esse videtur tertius Vaticanus 341 neque multum corrigentium cura est temptatus, qui duo alter pallido (*m. 2*) alter nigro (*m. 3*) atramenti colore facile distinguuntur.

[1]) Huius codicis epistulas 28. 39. 40 non ipse contuli sed Guil. Schmitz.

Ad quorum librorum similitudinem quam proxime accedunt alii quattuor codices:

Coloniensis 35 saec. IX, Veronensis XVI 14 saec. IX, Bodleianus Laud. misc. 252 saec. IX ex., Sangallensis 159 saec. X;

continent enim decem priores eorum epistulas eodem ordine: 67. 68. 39. 74. 73 (mutilam). 28. 72. 40. 71. 75 et ut illi ex deteriore sunt codicum genere. atque codici

Coloniensi 35 m. 2 raro operam navabat neque quicquam nisi viles coniecturas adferebat sub finem litteris minutissimis scriptas, ut cuius manus sint, discerni nequeat.

Codex Veronensis XVI 14 quamvis in epistulis universis ex deteriore sit codicum genere, tamen nonnullis locis maxime in epistula 75 a deterioribus codicibus discrepans cum melioribus congruit. qui liber cum mendis scateret, uberrimam corrigendi materiam praebebat, quo munere m. 2 sedulo fungebatur.

Codex Bodleianus Laud. misc. 252 male sed satis clare scriptus radendo et corrigendo multum est vexatus et ab ipso librario et ab uno vel duobus aliis viris doctis, quos uno signo (*m. 2*) denotabam; etenim cum in hoc codice et scriptura et atramentum admodum varia sint, saepe neque ipsi inter se neque a librario distingui possunt. corrigebant autem multa bene non sine libri ms. auxilio, alia coniectura nonnumquam inepta.

In codice Sangallensi 159 post epistulas, quas supra enumeravimus, etiam epistula 166 invenitur sed ita, ut interiecta pagina vacua haec epistula in novo folio incipiat alia, ut videtur, manu scripta sed et ipsa ut illae deterioris generis. qui codex multum radebatur multum corrigebatur ab Ekkehardo IV [1]) aliisque, quae cum in tanta scripturae et atramenti varietate, etsi operae pretium esset, haud facile discerneres, omnia eodem signo (*m. 2*) denotabam, nisi quae nigerrimo atramento erant conspicua (*m. 3*). [2])

Quod sequitur codicum par, Augiensis LII saec. X et Einsidelensis 130 saec. XI praeposito titulo: *Epistulae sancti Augustini seu sancti Hieronymi, quas inter se direxerunt,* offerunt epistulas 28. 40. 67. 68. 39. 74. 73 (mutilam). 81.

---

[1]) Cf. p. XVII—XVIII.

[2]) Ex hoc codice transcriptus est Monacensis 3730 saec. X—XI.

195. 123. 72. 71. 75. 82. 166 (quartam tantum partem p. 545. 6—555. 6 *propheiam*). 202. 71 (iterum). atque ille ante has epistulas habet etiam ep. 172, hic post epistulam 72 iterum epistulam 40 ex alio exemplari transcriptam. cuius codicis epistula 166 cum nihil fere differret ab Augiensi LII. nullo detrimento eam neglegi posse censui idemque feci in iterata epistula 71. neque iteratam epistulam 40 in apparatum criticum recepi, ne supervacaneis rebus eum onerarem.[1]) hi codices artissimo cognationis vinculo sunt coniuncti. ut perraro inter se differant, et medium quendam locum inter duo illa codicum genera obtinent. cum in aliis epistulis cum deterioribus potissimum codicibus congruunt ut in ep. 71. 73. 74. 166. 172, in aliis cum melioribus ut in ep. 40. 67. 68. 72, in ep. 28 modo cum his modo cum illis; in ep. 75 autem ita se res habet, ut prior eius pars usque ad p. 306 ex solo fere sit deteriore genere, posterior ex meliore. epistulae 71 denique cum duo extent exempla, prius deterioris generis esse modo diximus, posterius melioris esse patet. ad quae addendum videtur postrema epistulae 40 verba nisi in his codicibus et in Parisino 12163, Monacensi 6266, Audomaropolitano 76, Parisino nov. acq. 1444, id est in libris melioris generis non esse tradita. codex autem Augiensis LII permultum corrigebatur a librario ipso, deinde alia manu illi simillima (*m. 2*), quam aequalem fuisse et eiusdem fortasse exemplaris ope correxisse opinor, unde codex sit transcriptus.

Transeamus inde ad alterum librorum mss. par, ad Hispanienses duos codices, Escorialensem & I 14 saec. VIII—IX et Escorialensem a II 3 saec. X ex.[2]) quorum ille continet epistulas 67. 68. 39. 74. 73 (mutilam). 28. 72. 40. 71. 75. 81. 82. 166. 167. 172. 195. 123, hic epistulam 138, epistularum 135 et 137 exigua fragmenta, ep. 73 (integram). 78. 81. 82. 166. 167. 172. 195. 123,[3]) ex quibus 81—123 eodem ordine sunt quo in Escorialensi & I 14; epistula 73 hic integra est, illic mutila; ceterae quattuor non sunt ex epistulis inter Augustinum et Hieronymum missis acceptisque, de quibus hoc loco agitur; praeterea fragmenta epistularum 135 et 137 tam

[1]) Ex ipso codice Einsidelensi 130, ut erat m. 1 et m. 2 correctus, transcriptus est Einsidelensis 129 saec. XII.

[2]) Hos codices contulit Leo Sternbach.

[3]) Epistulam 74 in hoc codice esse perperam significatum est in ep. 74 p. 279, ubi corrigas, quaeso: *Praeter I P² B¹.*

parvula sunt tantaque licentia interpolata, ut eorum rationem habere noluerim.[1]) epistula autem 28 ob eam causam uti non potui, quod, cum prima huius operis pars ederetur, codices Hispanienses noudum erant conlati.[2]) atque hi libri Escorialenses magna similitudine inter se sunt coniuncti, cum non modo in mendis et interpolationibus saepissime mirum in modum congruant sed etiam in rebus minutissimis velut in eis, quae ad orthographiam spectant; creberrime enim in utroque libro *e* scriptum est pro *ae*, *b* pro *v*; *aliut*, *illut*, *istut*; tum *quur*, *quum*, *ayt*, *oblabit* pro *optarit*, *condam* pro *quondam*, *fauctoribus* pro *fautoribus*, *mecareris* pro *moechaberis*. *fedebatur* pro *foedabatur* al. permulta. quae similitudo etiam in epistula 73 invenitur, quamquam in altero codice mutila in altero integra est, id quod in ceteris codicibus magnum discrimen facit. epistula 123, quae in omnibus codicibus epistulam 195 subsequitur, in libris Escorialensibus in duas partes scissa est, quae cum epistula 195 omissis postremis eius verbis (*incolumem — papa*) inverso ordine ita sunt coniunctae, ut unam efficiant epistulam. quod idem est in codice Mus. Brit. Add. 24902 et in Parisino nov. acq. 1672. tum locus satis magnus, qui est in epistula 82 p. 353, 11 *adserere* — 354, 17 *legi tuos*. in utroque codice Hispaniensi praetermissus et infra in p. 358, 2 post verba *contra quos* insertus est.

Simili ratione atque superiorum codicum par, Augiensis LII et Einsidelensis 130, Escorialenses quoque libri & I 14 et

---

[1]) Sunt autem haec: Ep. 135 p. 91, 11 *miror* — 92, 12 *ignorari*; ep. 137 p. 100, 13 *primum* — 17 *transtulerit*; 101, 13 *novit* — 17 *miretur*; 107, 7 *ipsa* — 108, 1 *adsumpsit*; 7 *quid* — 13 *fecit*; 109, 1—2 *viluissent*; 13 *homo* — 14; 110, 1 *nam* — 3 *sit*; 11 *illud* — 12 *liberandos*; 111, 8—17 *hominum*; 115, 14 *nasci* — 116, 2; 117, 6—8 *claudit*. inlatum est autem fragmentum epistulae 135 his verbis: *Quum sancto et venerabili beatae vitae Augustino episcopo Volusianus senator nativitatem quaereret salvatoris et a nonnullis parum fidei habentibus percontatum esse se diceret, ** sanctum Augustinum epistulam destinavit. set ne relegentes fastidium paterentur, in compendium digesta contexui; nam sermo inquirentis hic extitit: Miror* etc. et fragmenta epistulae 137 his: *Sanctus itaque Augustinus episcopus inquirentem responsione confirmans dubitanter fidem luce veritatis armavit. itaque, ut superius dixi, etiam eius epistulae epitomator accessi.*

[2]) Neque vero quicquam detrimenti inde cepit epistula 28; perpauca enim commemoratione digna ibi invéneris velut in p. 110, 2 *suscitaverit*, quam lectionem veram codex Escorialensis & I 14 cum uno Parisino 1868 habet communem, et quinque versiculis post: *huius detestaretur insaniam et quibus posset*, quae verba interpolata esse nemo non cognoscet.

a II 3 inter meliores et deteriores harum epistularum codices talem locum obtinent, ut haud raro cum illis congruant,[1]) saepius ad hos inclinent praecipue Escorialensis & I 14. in epistula 81 utrumque codicum par extrema parte inde a p. 351, 4 caret et epistulam 82 magnis lacunis deformatam habent neque tamen eisdem, nam deest in libris Escorialensibus p. 353, 11 *adserere* — 356, 22 *scripserit,*[2]) in Augiensi autem et Einsidelensi p. 362, 1 *cogebantur* — 368, 7 *ab* et p. 375, 2 *quo non* — 382, 1 *epistula.*[3])

Denique est, quod commemorem in libro Escorialensi a II 3 multas interpretationes alienas, saepe verba tantum idem significantia margini adscripta esse, quae in commentarium criticum recipere solebam, nisi si adnotationes erant verbosiores.

Quibus expositis addendi sunt aliquot codices, qui ex epistulis, de quibus agimus, paucissimas tantum continent. quorum antiquissimus

Ambrosianus O 210 sup. saec. VII scriptus solas epistulas 166 et 172 habet easque ex optimo fonte eum hausisse putaverim, ut omni consideratione dignus videatur. sed permagna mendorum, interpolationum, lacunarum multitudine refertus est, quo fides haud parum labefactetur. itaque vir doctus aliquis corrigendi laborem suscepit eoque diligenter scienterque perfungebatur. non ille quidem libro ms. instructus, sed sola in coniectura videtur niti.

In codice Parisino 1862 eaedem litterae reperiuntur saeculo IX scriptae, quae et ipsae ut melioris sunt notae, ita vitiis minime carent. sed tertia quoque inest epistula 167 illis duabus interposita, quibus integritate multo antecellit. nam non eiusdem generis est atque illae, sed ex codice aliquo Eugippiano manavit. Eugippius enim epistulam 167 totam in sua Excerpta recepit et de Excerptorum aliquo codice non mediocri transcripta est in Parisinum 1862.[4])

---

[1]) Exemplo sit epistula 172, ubi cum codices meliores et deteriores maxime sint disiuncti (cf. lacunas p. 636, 4; 5; 639, 3), Escorialenses cum illis plerumque concinunt.

[2]) Priorem huius loci partem (p. 353, 11 *adserere* — 354, 17 *legi tuos*) non omnino deesse sed alieno loco in p. 358, 2 post verba *contra quos* insertam esse modo diximus.

[3]) In eadem epistula p. 376, 14 verba *Ambrosius quid noster* soli hi quattuor codices conservata habent, in ceteris desunt.

[4]) Cf. p. 587, 18; 595, 16; 597, 13; 599, 1; 600, 12; 602, 3; 16; 604, 10; 11; 609, 8; 10 al. — Codex quoque Parisinus 1863 saec. X—XI

Unam epistulam 166 praebet codex

Parisinus 4883 A saec. XI superioris codicis epistulae simillimam neque tamen ex ea ortam sed a communi aliquo exemplari utraque est profecta.

Codex Atrebatensis 696 (621) saec. X scriptus continet litteras 166. 167. 195. 123. 190, sed, quod libris Atrebatensibus accidisse supra in p. XLV diximus, foliis exectis multa perierunt, ut in ep. 166 amplius tertia pars, in ep. 167 fere dimidium, in ep. 190 paene tertia pars desit. atque in epistulis inter Augustinum et Hieronymum datis quin deteriori codicum generi adnumerandus sit, dubitari non potest; postrema autem epistula ad Optatum data omnibus quidem vitiis abundat, verum cum in hac epistula duo potissimum codicum genera reperiantur alterum eorum, qui circa Monacensem 6266, alterum eorum, qui circa Parisinum 12193 sunt, ex illo genere manavit, quod multo praestare p. XVI diximus. corrigebatur codex manu fere aequali aut non multo recentiore cum coniectura tum libri alicuius auxilio.

Brevem epistulam 165 saec. X—XI scriptam habet codex

Parisinus 1790 eamque non male conservatam.

Pusillae tantum epistulae 195 et 123 sunt in codice

Mus. Brit. Add. 24902 saec. X—XI eaeque eadem ratione in unam confusae, qua in codicibus Escorialensibus id factum esse modo exposuimus. in qua re quae codicum cognatio patet, eadem patet in epistularum ipsarum similitudine.

Codex Reginensis 286 saec. X—XI praeter permulta et perexigua epistularum fragmenta duas breves epistulas habet, id est ep. 39 et 202, quae, praeterquam quod posterioris epistulae extrema verba desunt, satis integrae sunt traditae. itaque fragmentis supersedi, epistulas contuli.

Denique est, quod mentionem faciam de codice

Veronensi XXXIII 31, qui saec. VIII—IX scriptus fragmentum epistulae 73 (p. 270, 6 . . . . *tisse* — 273, 2 *ipsum quod*) in extremo Augustini libro 'de fide et symbolo' inclusum habet,[1]) quod epistulae verba ita comparata tradit, ut ad deterius codicum genus propius accedere videatur.

---

epistulas 166. 167. 172 habet; verum tamen eas ex ipso Parisino 1862 descriptas esse manifestissima extant indicia.

[1]) Cf. CSEL vol. XXXXI p. 32, 3.

D. DE EPISTULIS AUGUSTINI AD PAULINUM ET PAULINI AD AUGUSTINUM.[1])

Secundo loco separatim agendum est de epistulis, quas Paulinus Nolanus ad Augustinum (25. 30. 94. 121) et Augustinus ad Paulinum (27. 31. 42. 45. 80. 95. 149. 186) misit, quibuscum coniungendae sunt epistulae duae Paulini, ad Alypium altera (24), altera ad Romanianum (32), quo quattuordecim epistularum numerus efficitur. quae epistulae in nullo codice reperiuntur cunctae, ordo autem earum ubique idem est, praeterquam quod in libro Cheltenhamensi 2173 epistula 30 epistulam 27 praecedit, quam in ceteris libris subsequitur.

Antiquissimus igitur et praestantissimus codex harum epistularum est Parisinus ille 11641 saec. VI, unde profectum esse videri Cheltenhamensem 2173 saec. IX supra exposuimus. atque hic est integer et habet epistulas 25. 30. 27. 31. 24. 42. 45. 94, ille vero multis foliis amissis detruncatus, quare perierunt epistulae 25 et 30 et magnae partes epistularum 27. 31. 24. 94. epistulae 42 et 45 nisi ex his libris aliunde cognitae non sunt (cf. p. XXVIII—XXX).

In codicis Casinensis 16 parte priore insunt epistulae 25. 27. 30. 31. 24. 32. 121, in posteriore epistulae 94 et 95; cuius partis cum extet exemplar, unde ille transcriptus est, Parisinum dico nov. acq. 1672 saec. IX, epistulas 94 et 95 neglecto Casinensi ex Parisino libro ne sumpsisse par est (cf. p. XIX—XXIII). praeterea epistulae 94 et 95 nisi in codicibus Vaticanis 495 et 499 saec. XV, unde Lovanienses primi eas protraxerunt, adhuc non sunt repertae (cf. p. XXV—XXVII).

Codex Monacensis 6266 saec. X et qui eiusdem sunt generis, Audomaropolitanus 76 saec. X—XI, Parisinus nov. acq. 1444 saec. XI, Mus. Brit. Reg. 5 D VI saec. XI—XII habent epistulas 25. 27. 30. 31. 24. 32. 121. 149. 80. sed cum in his codicibus epistula 80 proxima sit a postrema et in codice Monacensi extrema folia desint (cf. p. XI), deest in hoc libro etiam illa epistula. in eodem codicum genere posuimus Salisburgensem X 29 saec. X—XI; sed cum posterior tantum pars huius

[1]) Cf. infra p. CI.

codicis supersit, continet quidem epistulam 80 neque vero ceteras, quae fuerunt in priore (cf. p. XI et XIII). eandem epistulam 80 solam habet codex Parisinus nov. acq. 1443 saec. IX—X, quem ad similitudinem codicum, quos modo diximus, prope accedere et aliquanto meliorem esse p. XV est expositum. denique adiungendus est codex Casinensis 232 saec. XII, qui continet epistulas 30. 31. 24. 32. 121. 149 et cognatione adtingit librum Monacensem et qui sunt eiusdem generis (cf. p. XLVII); in epistula 149 fere solus Graeca verba litteris Graecis perscripta habet, quibus Latinae nonnumquam sunt impositae.

Praeterea epistulae 25 et 27 inveniuntur in codice Parisino 989 saec. XI (X sec. catal.) haud parum mendosae interpolataeque; epistulae 121 et 149 in codicibus duobus saec. XI, in Sangallensi 148, de quo quod p. XLIV dictum est, etiam in has epistulas valet, et in Vindobonensi 875, qui cum a ceteris codicibus sit alienus, haud spernendum est rei criticae subsidium (cf. p. XLV). epistula 149 in Palatino quoque codice 211 extat, quem ex Monacensis 6266 genere esse supra p. XXXIX et XLI—XLII docuimus, et epistulae 121 pars altera a p. 731, 18 *et inimici*, id est paulo amplius dimidia in codice Reginensi 1382 saec. XI scripta; qui liber ex variis codicum reliquiis compositus epistulam non leviter corruptam praebet verbis et interpolatis et omissis.

Libri mss., quos epistulas inter Augustinum et Paulinum missas habere adhuc demonstravimus, omnes carent una epistula 186 ab Alypio et Augustino ad Paulinum data. haec enim sola segregata a ceteris nobis tradita est in aliis codicibus, quos ad emendandam illam epistulam cum conquirerem, quinque ut colligerem mihi contigit. qui in duas partes sunt divisi: altera est unus codex Vindobonensis 873 saec. IX[1]), altera constat ex ceteris quattuor codicibus, Coloniensi 80, Bodleiano Laud. misc. 133, Parisino 2394 A, Mus. Brit. Harl. 3107, qui inter se cognatione ita sunt coniuncti, ut duos priores ex eodem exemplari descriptos esse haud temere contendas, tertius prope ad eos accedat, laxiore autem vinculo quartus cum eis cohaereat. atque liber Vindobonensis plurimum ab his differt, abundat discrepantibus, nonnumquam praestantissimis lectionibus, in mendis, interpolationibus, lacunis perraro cum eis

[1]) Hunc librum contulit Siegfr. Reiter.

congruit. alia igitur eum via atque alterius partis codices ex antiquissimis temporibus profluxisse patet ob eamque causam gravissimum est rei criticae instrumentum. atque re vera hoc codice epistula 186 permultis locis emendatis suppletisque[1]) mirum quantum progressa est in recuperando pristino splendore. at tamen non nimia fiducia in eo conlocanda est, sed cautio quaedam ac diligentia adhibenda. epistulam enim magna cum licentia retractatam habet, sicut etiam ceteri codices ab hoc vitio non sunt liberi, itaque persaepe, qui in ea restituenda laborat, magna difficultate afficitur incertus, utram codicum partem sequatur oporteat. quae cum ita sint, quamvis in dies magis magisque perspicerem, quam magni momenti et ponderis esset ille liber Vindobonensis, tamen, si quando codicum auctoritate non satis adiutus eas lectiones eligere cogerer, quae veri simillimae mihi esse viderentur, plerumque ad alterius partis codices perducebar eosque consentientes amplecti eo minus dubitare solebam, quod universi minus mihi corrupti esse videbantur quam liber Vindobonensis. restat, ut adiciam in codice Vindobonensi eadem fere aetate, qua scriptus est, virum doctum epistulam 186 correxisse, varias lectiones in margine adposuisse, signo 〈 〉 verba delenda significasse codice usum, qui alterius partis erat; ita enim, quae correcta et adnotata sunt, cum illis codicibus congruunt.

E. DE EPISTULIS EPISCOPORUM AFRICANORUM AD INNOCENTIUM PAPAM ET INNOCENTI RESPONSIS.

Tertio loco opus est ut animum intendamus ad epistulas, quas episcopi Africani ad Innocentium papam miserunt (175. 176. 177) et Innocentius illis respondens rescripsit (181. 182. 183. 184); accedit epistula imperatorum Honori et Theodosi ad Aurelium episcopum (201). quae litterae antiquitus in solis fere canonum codicibus inveniuntur neque

[1]) Cf. p. 51, 3; 6; 54, 12; 55, 15; 19; 56, 19: 58, 19; 61, 10; 17; 64, 5: 18; 65, 3; 67, 7; 12; 22; 68, 13: 69, 11; 71, 6: 17; 74, 5; 76, 8—9; 11; 20; 77, 10; 78, 18; 79, 12.

vero inter Augustini epistulas, nisi quod codex Parisinus nov. acq. 1443 saec. IX—X epistulas 176 et 182 habet, Parisinus 12220 sacc. X ep. 175 et 181, Monacensis 6266 sacc. X et qui easdem litteras continent, epistulam 176; praeterea codicibus Vaticanis 495 et 499 saec. XV epistulae quoque 177 et 183 sunt receptae, quibus supersedere me posse censui. qui libri variarum lectionum proprietate a canonum codicibus permultum differunt, id quod ex epistula 176 maxime perspicitur.

Canonum autem codices cum epistularum, quas continent, tum similitudinis cognationisque ratione in genera quaedam sunt divisi, quorum

1) unum est eorum, qui omnes illas epistulas, quas supra diximus, praeter unam 184 hoc ordine habent: 175. 181. 176. 182. 177. 183. 201, id est codex Atrebatensis 644 (572) sacc. VIII, Parisinus 3848 A saec. VIII—IX, Einsidelensis 191, saec. VIII—IX, Vindobonensis 2141 saec. IX et 2147 saec. IX—X, Parisinus 3842 A saec. IX—X et 1454 saec. X (canonum quae dicitur collectio Quesneliana[1]), Parisinus 1455 saec. X ('codicis Colbertini' quae dicitur collectio[2]).

Atque codex Atrebatensis 644 (572) elegantissime scriptus in egregiis libris est numerandus. quo magis dolendum est, quod, qua fortuna illos codices fuisse p. XLV questi sumus, factum est, ut extrema parte epistulae 177 et initio epistulae 183 folio exccto privaretur. subscriptum est in extrema epistula 181: *Contulli,* in extrema epistula 182: *Contuli contra sectam pelagii.*

Eadem ratione in libro Parisino 3848 A foliis amissis desunt pars epistulae 176 posterior et prior epistulae 177 et tota, quae interiecta fuerat, epistula 182.

Molestissimum mihi erat, quod codicem Einsidelensem 191 totum adsequi non potui et adquiescere necesse habui in epistulis 183 et 201, quas P. Gabriel Meier bibliothecae praefectus, qua est humanitate, in meum usum contulerat. quamquam aequiore animo id ferre poteris; ea est enim in hoc codicum genere condicio, praesertim cum Einsidelensis codicis magna appareat cum Atrebatensi similitudo.

---

[1]) Cf. Maassen, Geschichte der Quellen und der Literatur des canon. Rechts, Gratz 1870 p. 486—500.

[2]) Cf. Maassen, Geschichte etc. p. 536—542.

Codices Vindobonenses 2141 et 2147 ex eodem exemplari descriptos esse pro explorato haberi potest; ita enim plerumque mirum quantum congruunt non modo in mendis interpolationibus lacunis, in compendiis rebusque orthographicis sed etiam in eis, quae aut rasa sunt aut correcta comparent aut super versiculos et in margine addita. haec autem sunt permulta atque aliquanto plura in libro 2147 sive ab ipso librario facta sive ab alia manu. verum tamen ut ea distinguas, in utroque codice, inprimis autem in libro 2147 persaepe frustra elaboraveris, qua re nisi quae sine dubitatione ipsi librario adtribui poterant, cetera omnia una nota *m. 2* comprehendebam.

Proximum quoque codicum par, Parisinus 3842A saec. IX—X et 1454 saec. X, propinqua cognatione est insigne. quorum hic munda claraque, ille etiam eleganti scriptura conspicuus neuter corrigentium opera est deformatus. ipsa autem epistularum verba haud leviter sunt retractata et interpolata, ut non sine cautione ac diligentia his codicibus sit utendum. cuius rei ut exemplum proferam, pro *anathemare* numquam non scriptum est *anathematizare*.

Denique easdem epistulas continet codex Parisinus 1455 saec. X, olim Colbertinus, nisi quod epistula 175 bis inest altera ex altero fonte.

2) Alterius generis codices, Coloniensis 113 saec. X—XI et Parisinus 3852 saec. X—XI epistulas 175. 181. 176. 182. 177. 183. 184 habent et proxima cognatione inter se continentur. quorum ille ab indocto inperitoque librario permultis et interdum ineptissimis vitiis scriptus rarissima corrigentis manus vestigia ostendit neque alterius nisi ipsius librarii. hic autem magnas habet difficultates. praeterquam enim quod perparvis litteris scriptus est, permultum corrigebatur et ab ipso librario et a manu paulo posteriore, quam non sine libri alicuius ms. auxilio hoc officio defunctam esse patet. cum vero utriusque et scriptura et atramentum, quo utebantur, consimilia sint, ad utrum correctio referenda sit, saepe est cur dubites. commodius vero res se habet in epistulis 182. 177. 183. 184, ubi etsi crebro, tamen unus fere librarius correxisse videatur. qui codices cum in epistula 177 tantum modo codicibus superioris generis sint oppositi, aliquotiens soli veram tuentur lectionem, ut in p. 682, 2; 685, 2; 16; 17. in extremis epistulis 175 et 177 uterque codex adnotatum habet: *Contuli.*

3) In tertio codicum genere inveniuntur tres epistulae: 175. 181. 201. codices autem sunt Vaticanus 1342 saec. VII—VIII, Barberinus XIV 52 saec. IX—X, Laurentianus Aed. Flor. eccl. 82 saec. X ('Vaticani codicis' quae dicitur canonum collectio)[1]) et Vercellensis 76, 46 (recte LXXVI, 46) saec. IX—X cum Vallicelliano A 5 saec. X (aucta quae dicitur canonum collectio Hadriana).[2]) qui omnes cum inter se sint maxime cognati, artiore etiam cognationis vinculo sunt coniuncti duo posteriores, Vercellensis et Vallicellianus. sed Vaticanus codex in indice, unde liber incipit, omnes quidem illas tres epistulas indicatas habet, sed tamen una tantum epistula 201 in eo reperitur.[3]) in codice Barberino XIV 52 epistulam 181 miro casu praeterisse me paenitet. quamvis in tanta horum codicum similitudine nullius fere momenti id esse concesseris. codex Vercellensis 76, 46 neglegenter mendosissimeque scriptus neque ullo corrigendi labore temptatus est. Vallicellianus A 5 autem m. 2 corrigebatur boni libri ms. ope, unde manavit illud *unitatis* in epistula 201 p. 296, 6, cum omnes tredecim codices perperam *utilitátis* praebeant.[4])

4) Quartum codicum genus unam epistulam 183 habet et constat ex uno codice Vaticano 3787 saec. XI in. (Avellana quae dicitur canonum collectio);[5]) alterum enim Vaticanum 4961 saec. XI ex illo transcriptum esse Otto Guenther in CSEL XXXV proleg. p. XVIII—XXIII demonstravit neque quicquam in epistula 183 repperi, quod huic sententiae repugnaret. hanc igitur epistulam codex mendis, interpolationibus, lacunis alienisque interpretationibus non parum depravatam exhibet, in quibus vitiis quoniam nulla similitudo cum ceteris codicibus, qui eandem epistulam habent, id est cum codicibus primi et alterius generis compareat, sequitur Vaticanum librum 3787 ex alio archetypo fluxisse atque illos. quid igitur mirum, si ut sua propria vitia ita etiam, ubi ceteri libri corrupti sunt, non numquam veram habet lectionem? velut in p. 729, 7 solus verba *contra dei gratiam legimus esse conscripta multa*

[1]) Maassen, Geschichte etc. p. 512—526.
[2]) Maassen, Geschichte etc. p. 454—465.
[3]) Hanc epistulam contulit Joh. Mercati.
[4]) Contulerunt mihi hunc codicem Car. Schenkl et Ern. Kalinka.
[5]) Maassen, Geschichte etc. p. 787—792.

servavit; cf. praeterea p. 724, 4; 725, 7; 12; 15; 726, 8; 727, 14; 728, 9; 729, 16; 730, 10.[1])

Litteras 181. 182. 183 eodem die a papa Innocentio ad episcopos concilii Carthaginensis et Milevitani esse datas constare videtur. qui dies erat VI Kł Febr. illa autem concilia habita sunt anno 416 Theodosio et Palladio consulibus et Innocentius responsa dedit ineunte anno 417 Honorio et Constantio consulibus. qua re rectissime se habet, quod est in extrema epistula 182 atque omnibus et codicibus et editionibus comprobatur: *Dat. VI Kł. Febr. Honorio et Constantio cc. cc. conss.* quod idem in epistulis quoque 181 et 183 quondam fuisse veri est simillimum; neque vero etiam nunc ita est, sed in epistula 183 tantum modo verba *Dat. VI. Kl. Febr.* extant praeter unum Vaticanum 3787, qui habet: *Data Kł. Febr. p' coñs. theodosii aug' et iunii quarti palladi' uc*, et in epistula 181 nulla est temporis descriptio, nisi quod unus codex Parisinus 12220 cum Vaticano congruens praebet: *Et ad latus datū :VI Kł Feb pc theodosi ag VII et iuni IIII^ti uc.* quae cum ita essent, facere non potui, quin ea tantum retinerem, quae sunt in epistula 182, quae vero illi duo codices soli alter in epistula 181 alter in epistula 183 habent, reicerem, praesertim cum inusitata anni descriptio commoveret suspicionem et suspicio augeretur verbis *et ad latus.*

Similis, verum multo facilior quaestio extitit de epistula 201, in qua extrema id, quod omnes editiones habent: *Monaxio et Plinta consulibus*, ex codicibus, quos primi et tertii generis contuli tredecim, nullo confirmatur. delenda igitur erant consulum nomina atque eo magis delenda, quo magis patet, unde in editiones venisse videantur. etenim epistula 201, quam imperatores Honorius et Theodosius ad Aurelium episcopum Carthaginensem miserunt, artissime coniuncta est cum epistula

[1]) Librum Vaticanum 3787 cum Otto Guenther quam diligentissime contulisset, Just. Wöhrer in meum usum denuo excussit et alterum quoque Vaticanum postquam Ern. Kalinka contulit, iterum perscrutatus est, quo, quae dubia essent, omnia confirmarentur. inest autem in his codicibus etiam epistula 191 ab Augustino ad Sixtum data sed tres tantum partes, cum extremae loco positum sit: *Et reliquum.* cuius epistulae condicio eadem est atque ea, quam epistulae 183 esse supra exposuimus. varias huius epistulae lectiones ex CSEL XXXV 1 p. 111—113 deprompsi, ubi cum Otto Guenther uno Vaticano 3787 usus esset, alterum ut apographon neglexisset, in hac quoque editione illum tantum Vaticanum invenies.

ab Aurelio eorum iussu ad episcopos quosdam missa. quae cum concludatur verbis: *Data Kalendis Augusti Carthagine Monaxio et Plinta consulibus,* consulum nomina editores ut etiam in epistula 201 scriberent, inducebantur; neque enim reputavisse videntur mirum non esse, si episcopus ea addidit, imperatores non item.[1])

Pusillam octo versiculorum epistulam 184, quam in altero codicum genere esse vidimus, praeterea solam repperi in compluribus canonum libris, in Laudunensi 200 saec. IX, Coloniensi 115 saec. IX, tribus Parisinis (3838. 3839. 3840) saec. IX, duobus Parisinis (2316. 3837) saec. IX—X propinqua cognatione coniunctis, quattuor Parisinis (3841. 1452. 1453.[2]) 4278) saec. X.

F. DE EPISTULIS CUM SCRIPTIS QUIBUSDAM AUGUSTINI ALIORUMVE CONIUNCTIS.

Atque haec quidem hactenus. nunc transeundum est ad epistulas aliquot, quae cum aliis Augustini aliorumve opusculis aut natura sua aut casu aliquo coniunctae nisi una cum his nobis traditae non sunt. inde magna exoritur difficultas. etenim etiam critica illarum epistularum tractatio ex opusculis, quibuscum cohaerent, pendet neque perfecta esse potest, nisi una quaestione omnia simul comprehenduntur. quod cum maioris sit laboris, quam ut ab epistularum editore postulari possit, feci, quod potui. antiquissimos enim praestantissimosque, quos adipisci poteram, codices congerebam eisque, prout ipsae epistulae postulabant, utebar. verum tamen periculum subesse fateor, ne quos libros mss. aut praetermiserim, cum adhibendi fuissent, aut ex tam parva materia minus commode aestimaverim. quod ut corrigatur, tum demum expectari potest, cum ipsa opuscula, quae illas epistulas continent, iusta ratione critica erunt tractata.

Epistula 37 ab Augustino una cum libro Quaestionum ad Simplicianum data est, cum quo libro coniuncta mansit et in

[1]) Cf. Baron. annal. eccl. Romae 1669 sqq. V p. 445 C —446 B.

[2]) Hic codex aliam quoque Augustini epistulam ad Xanthippum missam (ep. 65) continet; cf. p. XLIII.

eius principio ad nostram memoriam pervenit. quam ut emendarem quinque codicibus usus sum, in quibus

Vindobonensis 322 [1]) parvis litteris Longobardicis saeculo VIII—IX scriptus — hodie saeculo VII—VIII adtribuitur — antiquitate ceteris praestat, epistulam autem ostendit paulo corruptiorem.[2])

Alter codex est Bodleianus 632 saec. X ex.,[3]) ad quem denique accedunt tres codices:

Sangallensis 29 saec. IX in.[4])
Ambrosianus R 42 sup. 3 saec. X—XI
Vaticanus 445 saec. XV,

quos R. C. Kukula, qui editionem libri Quaestionum ad Simplicianum parat, benigne mihi impertivit. qui quinque codices inter se multum differunt neque fere ullas lectiones varias habent communes, unde colligi posse videtur eorum archetypon perantiquum necdum vitiis fuisse depravatum. omnium autem integerrimam conservavit epistulam liber recentissimus Vaticanus 445.

Epistulae 128 et 129 in Acta collationis Carthaginensis olim recepta sunt itaque nobis tradita; quorum Actorum unum tantum cognitum habemus codicem, Parisinum 1546 saec. IX, olim Colbertinum,[5]) quem postquam Henr. Lebègue contulit, ipse iterum excussi et, cum de eis, quae in eo corrigentium manibus scripta sunt, etiam tum dubitarem, ut Henr. Lebègue eum denuo inspiceret curavi. corrigebatur enim et ab ipso

[1]) Perperam hunc codicem numero 322 signavi, cum signandus sit numero 16; ille enim numerus ordinem significat, quo Steph. Endlicher in suo catalogo codicum mss. bibliothecae palatinae Vindobonensis de eo agit.

[2]) Praeter epistulam 37 hic codex epistulas quoque 221—224 continet, de quibus infra p. LXXI—LXXII disseretur, et duarum epistularum fragmenta, quae Siegfr. Reiter mihi contulit: ep. 199 p. 258, 10 *cur* — 259, 12; 260, 11—20 et ep. 78 p. 335, 5 *elegi* — 336, 13, in quibus fragmentis cognatio cum codice Parisino 12193 et qui sunt eiusdem generis (cf. p. XVI sqq.), manifesta apparet.

[3]) Contulit Flor. Weigel.

[4]) In ep. 37 p. 63 *in.* errore est praetermissum.

[5]) Codices Reginenses 993 et 1032 saec. XVI, qui et ipsi Acta collationis Carthaginensis continent, nullius sunt pretii; nam eodem fere tempore ex eodem exemplari descripti esse videntur, quod exemplar aut ille ipse Parisinus 1546 fuit aut codex, qui ex eo manavit.

librario et alia manu antiqua, fortasse aequali (*m. 2*), interdum etiam manu posteriore (*m. 3*).

Praeterea epistulam 128 Augustinus in Librum de gestis cum Emerito fere totam inclusit (desunt p. 30, 8 *hoc* — 19 et 34, 1 *Aurelius* — 4), cuius libri unum codicem Gratianopolitanum 152, nunc 197 (198) saec. XIII indagare potui, quem Mich. Petschenig mihi indicavit eiusque varias lectiones mecum liberaliter communicavit. verum tamen magnam cautionem in hoc libro utendo adhiberi oportet, tanta enim licentia adulteratus est atque corruptus.[1])

Breves epistulae 146 et 168 arcessitae sunt ex libro 'de gestis Pelagi', in quem Augustinus eas totas recepit. qui liber cum a Car. Vrba et Ios. Zycha in CSEL vol. XLII p. 49—122 editus sit, ea, quae necessaria videbantur, inde deprompsi. codices autem recentioris tantum aetatis sunt, praeter Laurentianum St. Crucis plut. XVIII dextr. 4 saec. XIII ex. ceteri saeculo XV non vetustiores, Laurentianum dico plut. XII, 6 et duo Faesulanos, nunc Laurentianos X et XV et Urbinatem 84 (118). de quibus libris quae cognitione digna sunt, Car. Vrba et Ios. Zycha in editionis praefatione p. X—XI diligenter exposuerunt.

Epistulam 171 A ab Augustino ad Maximum quendam scriptam eo tantum cognitam habemus, quod Primasius, episcopus Hadrumetinus, in Commentariis super Apocalypsim eius mentionem facit magnamque partem refert. quam ut emendarem Primasi codices perscrutatus sum, Augiensem CCXXII saec. VIII ex. ut antiquissimum ita corruptissimum, unde Alfr. Holder bibliothecae praefectus, qua erat humanitate, epistulam accuratissime mihi exscripsit, Parisinum 13390 saec. IX, quo Maurinos usos esse ex eorum rubrica epistulae adhibita cognosci potest, Parisinum 2185 saec. IX—X, librum elegantissime scriptum. accedit codex Casselanus Theol. fol. 24. qui cum Primasi opus litteris, quas dicunt, Anglo-saxonicis saeculo VIII—IX scriptum haberet, in foliis 1—50, ubi fol. 26 et 27

[1]) Interim Mich. Petschenig librum 'de gestis cum Emerito' in CSEL vol. LIII p. 179—196 edidit et in praefatione p. IX—X de codice Gratianopolitano disseruit.

epistula obtinebat, erasa antiqua scriptura idem opus ex alio exemplari saeculo XII rescriptum est, cetera folia (51—72) manserunt integra. epistula igitur bis scripta est, quarum scripturarum posterior eam tanta licentia retractatam depravatamque habet, ut ea supersedere decreverim, prioris quae perpauca etiam nunc cerni possunt, quam diligentissime collegi et in p. 632 exposui.[1])

Augustinus cum libros 'de trinitate' ad Aurelium, episcopum Carthaginensem, mitteret, una ad eum dedit epistulam 174 petens, *ut hanc epistulam seorsum quidem sed tamen ad caput eorundem librorum* iuberet *anteponi*. atque ita factum est neque aliter epistula reperitur nisi coniuncta cum illis libris. quorum codices inspexi novem, Bodleianum Laud. misc. 126 saec. IX in. et tres alios eiusdem saeculi IX: Palatinum 202, Laudunensem 130, Marcianum 630; deinde tres saeculi X: Marcianum 632, Eporedinum 77, Vercellensem 104, 47 (recte CIV, 47); denique Vaticanum 5755 saec. XI .et Trecensem 69 saec. XII.[2]) integerrimam autem habet epistulam codex Eporedinus, deinde laudandi sunt Palatinus, quamquam a librario minus attento scriptus multum corrigebatur, et Laudunensis et Vercellensis; omnium vero corruptissimam praebet epistulam Vaticanus.

Epistula 200 nisi praeposita libris 'de nuptiis et concupiscentia' in codicibus non invenitur. qui libri cum in CSEL vol. XLII p. 207—320 curantibus Car. Vrba et Ios. Zycha editi sint, quibus codicibus illi usi sunt et varias lectiones collegerunt, eos et ipse ad emendandam epistulam inde adsumpsi. codices autem sunt: Coloniensis 76 saec. VIII, Parisinus 12212 saec. IX, Reginensis 318 saec. X, Bambergensis Bim 16 (120), nunc Patrist. 29 saec. X, Monacensis 14491 saec. XI, Parisinus 16860 saec. XI, Erfurtensis O 26 saec. XII, de quibus quae cognitione digna sunt, illi in editionis praefatione p. XXI—XXVIII disseruerunt. praeterea alios quinque codices ipse conquisivi. Vaticanum 512 saec. X, Bodleianum

[1]) Cf. Forschungen zur Geschichte des neutestamentlichen Kanons. pars IV (1891), ubi Joh. Haussleiter de his codicibus uberrime disputavit (p. 39—57) et epistulam ipsam critica ratione tractavit (p. 200—203).

[2]) Hic codex continet etiam librum de praedestinatione sanctorum cum epistulis 225 et 226; cf. p. LXXII—LXXIII.

145 saec. XI in.[1]), duos Casinenses 170 saec. XI et 166 saec. XI—XII, Trecensem 201 saec. XII[2]), quos quidem illi item in praefatione commemoraverunt neque vero varias lectiones exposuerunt. quorum omnium codicum duo esse genera idem illi docuerunt, unum Parisini 12212 et Erfurtensis O 26, quibus adiungo Bodleianum 145 mendis, interpolationibus, lacunis insignem; alterum ceterorum, in quibus cum principem locum obtineat Coloniensis 76, propinquiore cognatione inter se cohaerent Vaticanus 512 et Trecensis 201 cum Reginensi 318 et Parisino 16860, deinde Bambergensis B III 16 (120) et Monacensis 14491, denique duo Casinenses 170 et 166.

Epistulam 207 Augustinus ad Claudium episcopum misit simul cum libris 'contra Iulianum', cui adversario ut responderet, illos libros conscripserat, eamque cum hoc opere coniunctam manere voluit; scribit enim: *Adtende ergo iam responsionem meam, cuius principium hanc epistulam subsequetur.* ita factum est, ut epistula etiam nunc in libris mss. tantum modo una cum illo opere compareat. huius igitur operis septem nactus sum codices, Bodleianum 145 saec. XI in., cuius iam supra mentio facta est, Aurelianensem 162 saec. XI, Biturigensem 83 saec. XI, Rotomagensem 115 saec. XI, duos Parisinos 2101 saec. XII et 2102 saec. XIII, Vaticanum 503 saec. XII ex.[3]) in quibus Parisinus 2101 epistulam integerrimam offert nulla lectione varia, cum proximum locum obtineat alter Parisinus 2102; Biturigensis autem et Rotomagensis liber quam maxime sunt cognati. praeter unum enim vitium cetera omnia habent communia.

Epistulae 214 et 215 antecedere solent Augustini librum 'de gratia et libero arbitrio', sed tamen etiam separatae ab illo libro antiquitus vulgabantur et in epistularum codices sunt acceptae, quo factum est, ut in Monacensi 6266 inveniantur et qui sunt eiusdem generis, in Audomaropolitano 76, in Parisino nov. acq. 1444, in Palatino 211, qui epistula 214 caret.

[1]) Epistula quoque 207, de qua infra disseretur, in hoc codice invenitur. contulit eum Alex. Souter.

[2]) Hunc codicem epistulam quoque 140 continere supra dictum est in p. XXXIX et XLIX.

[3]) Bodleianum librum contulit Alex. Souter, Aurelianensem Jac. Soyer, Vaticanum Joh. Mercati, ceteros quattuor Henr. Lebègue.

igitur praeter hos codices alios tredecim congessi, in quibus epistulae cum illo libro coniunctae sunt, quorum ut antiquissimus ita praestantissimus est

Lugdunensis 608 (524) saec. VIII. qui cum madore laesus sit, multa ita evanuerunt, ut legi nequeant. conspicuus autem eo est, quod verba saepe aut iuncta habet (*quise, aseipsis, exadam*) aut male distincta (*ex pectantes, inter imeredite*), unde colligi posse videatur ex exemplari eum descriptum esse, in quo verba verbis erant continuata.[1])

Eadem, quae hic codex, scripta eodem ordine continent Parisinus 2095 saec. IX et Bernensis 176 saec. XI- XII, quorum ille quam maxime ad eius similitudinem accedit et est liber fide dignissimus, in quo emendando libri ms. auxilio operam ponebat manus aut aequalis aut non multo posterior, quae ab ipsius librarii manu saepe vix potest discerni; hic et ipse cum illis est maxime cognatus, utroque autem multo vitiosior.

Neque disiungi potest ab his codicibus liber egregius Parisinus 12210 saec. X, de quo, quae necessaria videbantur, p. XXXIII—XXXIV sunt exposita, et liber Sessorianus Romae in bibliotheca Victoris Emanuelis 97 (1542), qui quamquam est multo recentior — scriptus enim est saeculo XIII —, tamen in eorum numero videtur esse habendus.[2]) etenim omnes, quos modo enumeravi, quinque codices artiore cognationis vinculo continentur, quo factum est, ut soli in ep. 214 p. 383, 5 verbum *el* conservarent, quod verum esse Gracca sacrarum litterarum interpretatione confirmatur, similiterque res se habet in ep. 215 p. 391, 14 *deus* (cf. p. X).

Deinde in bonis libris duci oportet Parisinos 2103 saec. XII, qui saepius ab ipso librario, raro m. 2 corrigebatur, et 2807 saec. XIII. mediocris autem pretii est codex Leidensis (Vossianus) Q 98 saec. IX, quem Car. Schenkl amice et benevole mihi excussit.

Deterioris denique notae esse patet duo codicum paria, alterum Coloniensis 80 saec. IX et Bodleiani Laud. misc. 133 saec. X in , alterum Sangallensis 140 saec. X et Admontani 125 saec. XII (XI sec. catal.). atque de illis supra p. XXXIV—

[1]) Accuratissime hunc codicem mihi contulit Henr. Lebègue.

[2]) Huius codicis epistulam 214 postquam Mich. Petschenig in meum usum descripsit, Maxim. Lambertz utramque contulit.

XXXV. egimus et ea similitudine eos esse diximus, ut ex eodem exemplari transcriptos esse adfirmari possit; abest autem epistula 215 a libro Bodleiano. alterum par non minus est depravatum et simillima codicum cognatione continetur; cuius liber Sangallensis satis crebra m. 2 vestigia exhibet.

Postremo codex Casinensis 165 saec. XI—XII commemorandus est, qui alteram tantum epistulam 215 ante librum 'de gratia et libero arbitrio' habet eamque haud leviter corruptam.

Cum epistulis 214 et 215, quas Augustinus ad Valentinum, abbatem Hadrumetinum, misit, quam maxime cohaeret epistula 216; ea enim Valentinus ad Augustini epistulas respondit. sed haec epistula in libris mss. est rarissima neque aliunde adhuc cognita fuit nisi ex illis epistularum codicibus saeculi XV, Vaticanos dico 495 et 499. nunc primum eam in aliis quoque tribus libris ut reperirem mihi contigit, in Sangallensi 140 et Admontano 125, quos maxime cognatos esse modo diximus, atque in illo quidem ante librum 'de gratia et libero arbitrio' epistulis 214 et 215 additam, in hoc aliquanto post illum librum intercedentibus aliis duobus opusculis, et in codice Parisino 2807, cuius extremam partem efficiunt epistulae 214. 215. 216. de quibus codicibus Parisinum facile esse praestantissimum ex eis, quae supra exposuimus, nemo non intelleget.

Epistulae 221—224 Quodvultdei ad Augustinum (221 et 223) et Augustini ad Quodvultdeum (222 et 224) in codicibus ante librum 'de haeresibus ad Quodvultdeum' positae inveniuntur.[1]) itaque decem eius libri codices conquisivi, quorum duo genera discerni posse videntur: alterius princeps est codex Vindobonensis 322, de quo supra p. LXVI disputabatur; has enim epistulas unus omnium sincerissimas conservavit. proximum deinde locum occupant liber Bambergensis A 151 (nunc Patrist. 22) saec. X in. et Augiensis LV saec. IX. ille alias quoque duas epistulas 135 et 137 habet et, quamquam mendis minime vacat, earum satis bonum est exemplum; hic priores tantum epistulas 221 et 222 continet easque haud leviter corruptas, epistulae 223 et 224 desunt. prae-

[1]) In epistularum codicibus nisi in Vaticanis 495 et 499 saec. XV eas non repperi.

terea ad idem genus spectant duo codices Marciani 604 saec. IX—X et 651 saec. XI—XII uterque vitiis valde depravatus atque hic illo multo magis et Bononiensis 45 saec. X magna verborum interpolatorum licentia insignis, qui extrema epistulae 224 parte a p. 453, 6 *et plurimas* caret. alterum genus ex ceteris quattuor codicibus constat[1]) et est bipartitum; hinc enim habemus cod. Bambergensem B IV 21 (nunc Patrist. 87) saec. VI,[2]) illinc duos Parisinos 2341 saec. IX et 1905 saec. X una cum Carnutensi 73 saec. IX manifesta similitudine cohaerentes. inter quos mendorum multitudine eminet Parisinus 2341.

Epistulas 225 et 226 ad Augustinum alteram a Prospero alteram ab Hilario missam nisi ante librum 'de praedestinatione sanctorum' in codicibus, quos indagavi, non repperi praeter Trecensem 5, qui inter alia Prosperi opuscula etiam illam eiusdem epistulam (225) habet. ex novem autem codicibus, quos ad has epistulas adhibui, quinque, id est Lugdunensis 608 (524) saec. VIII, Parisini 2095 saec. IX et 12210 saec. X, Bernensis 176 saec. XI—XII, Parisinus 2103 saec. XII supra p. LXX sunt tractati; continent enim et librum 'de gratia et libero arbitrio' cum epistulis 214 et 215 et librum 'de praedestinatione sanctorum' cum epistulis 225 et 226.[3]) ceteri quattuor codices sunt: Parisinus 9544 saec. IX, Parisinus nov. acq. 1449 saec. X—XI, duo Trecenses 69 saec. XII et 5 saec. XII—XIII.

[1]) Cf. ep. 221 p. 445, 7; ep. 222 p. 446, 5; 447, 10 ep. 223 p. 450, 17; ep. 224 p. 451, 14; 453, 5; 6; 14.

[2]) Qui codex cum antea A 68 signatus fuisset et saeculo IX adscriberetur, per errorem factum est, ut duos codices esse arbitrarer, nec mirum; duas enim diversis temporibus collationes acceperam easque non prorsus inter se consentientes. itaque hoc loco adnotandum curabam Bambergensem B IV 21 et A 68 unum eundemque esse codicem saec. VI, nunc Patrist. 87. contulit autem mihi hunc codicem magna liberalitate bibliothecae Bambergensis praefectus Joh. Fischer.

[3]) Hoc loco non adnotare non possum in ep. 226 p. 471, 3 cum ceteri libri mss. malam offerant lectionem *praenuntiabatur*, unum Parisinum 2103 servasse veram *praesciebatur*, nisi quod in codice Parisino 12210 eadem lectio m. 1 vel aequali supra malam est addita. quos inter duos codices alii quoque loci cognationem aliquam ostendunt velut p. 459, 17; 464, 8; 466, 15; 469, 21; 470, 3; 471, 8; 13; 473, 9; 475, 14; 477, 2; 16; 479, 13.

Atque Parisinus 9544 in optimorum librorum numero existimari potest, cognatus enim est cum Lugdunensi 608 (524) et qui sunt eiusdem generis similemque se praebet eo, quod sicut ille et Parisinus 12210 (cf. p. LXX et XXXIV) litteras, syllabas, verba perperam sive iuncta sive disiuncta habet: *possed ici, quale cumque, deducise, cui quam, prae scientia quaese* al.[1])

Codex Parisinus nov. acq. 1449 mendosissime scriptus est et epistulas habet valde corruptas. qui cum etiam litteras 156. 157. 98 contineat, supra p. XLIII et p. XLVIII de eo disputatum est.

Neque spernendi sunt duo codices Trecenses 69 et 5. quorum ille mundissime elegantissimeque scriptus neque corrigentium manibus deformatus ad similitudinem codicis Lugdunensis 608 (524), Parisini 2095, Bernensis 176 accedit et praeter litteras 225 et 226 epistulam quoque 174 ante libros 'de trinitate' (cf. p. LXVIII) habet; hic unam epistulam 225 continet eamque aliter atque ceteri codices in mediis Prosperi opusculis. qua re quo magis ab illis distat, eo magis videtur esse considerandus.

Restat, ut de aliquot epistulis, quae adnotanda mihi videantur, adiciam.

Epistulam 228 Possidius in Augustini vitam, quam conscripsit, magna ex parte inclusit; omisit enim tantum modo extremam tertiam a p. 492, 7. qui cum Augustini fuisset familiaris, ad epistulam emendandam permagni interesset scire, qualis in illa vita nobis tradita sit. sed quae eo pertinent, nondum sunt praeparata. nam Maurini cum vitam ederent, epistulam non perscribebant, sed paucis tantum verbis significabant, de ceteris legentes ad epistularum corpus revocabant, et Iohannes Salinas, qui deinde Possidi vitam critica ratione tractabat, epistulam non pariter curabat, sed satis habebat eam ex Maurinorum editione transcribere; dicit enim ipse: *Proinde nos integram damus cum numerorum distinctione, quae reperitur in novissima editione* (i. e. Maurinorum) *tom. 2 ep. 228, quum emendata sit ad codices multos insigniosque editiones. unde satis superque videtur unam aut alteram variantem repraesentare lectionem ope codicum duorum bibliothecae Sueconum*

[1]) Hunc librum contulit Henr. Lebègue.

Reginae una cum notulis, quas ex veterum patrum operibus deprompsimus.[1]) qua re epistula in hac editione eadem est, quae apud Maurinos.[2]) cum igitur nondum compertum habeamus, qualis sit epistula in codicibus illius vitae, ex hac parte ad emendandam eam nihil nobis redundat subsidii et expectare debemus, dum Possidi vita una cum epistula ad librorum mss. fidem sit restituta.

Epistula 193 cum in nullo adhuc codice nisi in Bononiensi 58, 12 S (corr. 125) reperta sit, gratissimum est, quod plus pars tertia etiam in libro 'de octo Dulcitii quaestionibus' extat, in quem Augustinus epistulae posteriorem partem inde a p. 172, 20 ad verbum transcripsit. quem librum cum R. C. Kukula in CSEL edendum recepisset et aliquot codices iam contulisset, eum adii, ut mihi, quae praeparavisset, impertiret. cui optato ille comiter respondit atque eo referenda sunt, quae de illius libri codicibus adnotavi.

Similis est ratio epistulae 108, in qua Augustinus complures locos ex gestis concilii Bagaiensis et ex Cypriani epistula ad presbyterum Maximum adfert. qui loci in libris quoque 'contra Cresconium' et 'contra Gaudentium' sunt adlati. itaque cum Mich. Petschenig tum maxime, cum hanc epistulam tractarem, novam illorum librorum editionem pararet,[3]) eum rogavi et facile impetravi, ut ex eis, quae parata haberet, ea quae ad epistulam 108 pertinerent, mecum communicaret. ex illo igitur accepi, quae de codicibus librorum 'contra Cresconium' et 'contra Gaudentium' in adnotationibus scripsi.

---

[1]) S. Aurelii Augustini Hipponensis episcopi vita auctore S. Possidio Calamensi episcopo opera et studio D. Ioannis Salinas Neapolitani. Romae 1731 p. 105 adn.

[2]) Quod p. 485, 12 *et* in editione, quam Salinas fecit, deest et p. 486, 20 *audimus* pro *audivimus* est scriptum, dubito an errore factum sit. p. 493, 6 Salinas alterum ex duobus codicibus suis secutus *quid enim si eatenus* scripsit et p. 495, 12 *accipiat*, quod utrumque ipsius codicem praebere dicit, veram lectionem esse bene intellexit; etenim mei quoque codices omnes habent *accipiat*, Maurini autem contra libros mss. superiorum editionum lectionem *excipiat* male retinuerunt. praeterea Salinas ex suis codicibus aliquot varias lectiones adnotavit, ex altero p. 487, 3 *utile* (pro *verum*); 489, 13 *in tua non conscientia*; 491, 12 *non multi* (pro *nulli*); 494, 23 *contradictiones componet sors et inter potentes definiet*, ex altero p. 487, 5 *Christo*; 491, 8 *mysteriorum* (pro *ministeriorum*). p. 491, 24 *utile est sed* Salinas in utroque libro ms. esse affirmat idemque est in meis omnibus: editio tantum Maurinorum sicut superiores verbo *est* carent.

[3]) Interim haec opuscula edidit in CSEL vol. LII et LIII.

Epistula 211 Augustinus feminis in monasterio aliquo constitutis viuendi praecepta dabat, quae cum paulatim per alia monasteria manare coepissent, etiam in viros ita sunt translata, ut, nisi quae mutari necesse esset, cetera, quoad fieri posset, retinerentur. quam Regulam — ita enim haec praecepta vocabantur — in epistulae emendatione non nullius momenti esse eo magis patet, quod epistulae codices saeculo XIII non sunt antiquiores, ex Regulae vero codicibus, quos ut adhiberem mihi contigit, Parisinus 12634 est saec. VIII, ceteri tres saeculi IX, Monacensem 28118 dico et Ashburnhamensem 72[1]) et Laudunensem 328[bis]. neque vero horum librorum antiquitati nimis confidendum est; nam cum inter epistulae codices codex Mus. Brit. Harl. 3107 et Florentinus XXXIX 65 ceteris sint deteriores et hic illo aliquanto corruptior, Regulae codices propinqua cognatione cum his libris coniuncti sunt, maxime cum libro Florentino (cf. p. XLIX–L). ita autem Regulae codicibus usus sum, ut ea tantum adferrem, quae cum epistulae codicibus eorumque lectionibus aliqua ratione cohaererent, quae vero Regulae ad viros translatae propria essent, omitterem.

Id quod inter epistulas numero 213 signatum est, non est epistula sed acta ecclesiastica in designando Augustini successore anno 426 confecta. quae acta antiquissimis temporibus inter epistulas haberi coepta sunt. itaque in epistularum codicibus ea invenimus, quorum duo sunt genera, alterum codicis Parisini 12193 saec. IX et quos cum eo coniunctos esse diximus (cf. p. XVI–XIX), Parisini 12226 saec. IX, Sangallensis 174 saec. IX, Vaticani 3834 saec. IX—X, Palatini 209 saec. X, Parisini 1958 saec. XI, alterum Parisini 1905 saec. X[2]) et Parisini nov. acq. 1444 saec. XI, qui et ipsi magna inter se continentur cognatione. quod utrumque genus suis vitiis laborat et, quamvis illud praeferendum esse videatur universum, hoc aliquanto magis sit interpolatum, tamen neutro carere possumus. nam utrumque suas habet lacunas, velut illud in p. 375, 2; 7; 19, praecipue in p. 378, 18, hoc in p. 373, 4; 7; 8; 16 al., et deterioris generis codices soli veram servaverunt lectionem in p. 373, 2; 9; 375, 7; 12; 19; eosdem secutus sum in p. 374, 19; 375, 15.

[1]) Nunc est Florentiae cod. Laurentianus Ashburnhamensis 24 et saec. XI tribuitur.

[2]) In hoc libro ms. cum extrema folia desint, acta ecclesiastica in verbis *negotium video deo* (p. 378, 11) desinunt.

G. ‘ET ALIA MANU‘. ‘AMEN‘.

In scribendis litteris interdum extrema verba non eadem manu, qua cetera, scribebantur; aut enim, si litterae dictabantur, is, qui dictaverat, ipse sua manu in subscriptione aliquid addebat aut alius aliquis data occasione utebatur, ut alterius epistulae suo nomine aliquid adiungeret. tales epistulae cum, ut vulgarentur, describebantur, librarius id significare solebat adiuncta adnotatione velut: *Et alia manu.* exempli causa ponatur epistula 146, cuius extrema verba sunt: [*Et alia manu:*] *Memor nostri incolumis domino placeas, domine dilectissime et desiderantissime frater.* id enim Augustinus ipse in libro ‘de gestis Pelagi‘ c. XXIX 53, postquam pusillam hanc epistulam adtulit, inlustrat dicens: *In ipsa quoque subscriptione quod posui, ut domino placeat, magis hoc esse significari in eius gratia quam in sola hominis voluntate.* epistulae 248, quam Augustinus ad Sebastianum misit, Alypius haec subscripsit: *Ego Alypius impensissime saluto sinceritatem tuam omnesque tibi in domino coniunctos atque, ut hanc tamquam meam epistulam deputes, peto; etsi enim aliam propriam mittere voluissem, tamen malui huic subscribere, ut unanimitatem nostram una etiam pagina testaretur.* ad haec cf. ep. 95. 131. 168. 176. 181.[1]) 183. 201. 259; in ep. 128 duarum, in ep. 129 trium subscriptionum varietas ita adnotatur. idem significare videtur *et infra.* quod in epistula 226 p. 481, 3 interpositum est. sunt autem praeterea aliquot loci, in quibus illa adnotatio codicum auctoritate non satis est confirmata velut in ep. 78 p. 345, 7; 127 p. 29, 11; 134 p. 88, 12; 205 p. 339, 21. in ep. 135 p. 92, 12 codex Casinensis 162 habet *et alia manu*; Monacensis 6266 et Audomaropolitanus 76 *et subscriptio*, Parisinus nov. acq. 1444 *subscriptio.* denique facere non possum, quin commemorem, cum epistula 123 in omnibus libris mss. epistulam 195 subsequatur, in tribus codicibus, Augiensi LII, Atre-

[1]) In hac epistula post [*Et alia manu:*] *Bene valete fratres* unus codex Parisinus 12220 etiam habet *et ad latus datū* VI *kl Feb̄ p̄c theodosi āg* VII *et Iuni* IIII*^ii* *v̄c,* quod adulterinum esse non inmerito censueris; cf. p. LXIV.

batensi 696 (621), Einsidelensi 130 id factum esse interpositis verbis *item post subscriptionem*. librarius igitur aliquis pro additamento hanc epistulam habuit, quale additamentum Augustinus in ep. 187 p. 100, 6 indicat, cum scribit: *Hic iam oportet etiam illam, quam post epistulae tuae subscriptionem addidisti, pertractare quaestionem*, et in epistula 152 p. 395, 11—14 esse videtur.[1])

De voce *amen*, qua in libris mss. complures epistulae claduntur, plerumque difficile est iudicare, utrum ab eo ipso profecta sit, qui epistulam scripserit, an librario alicui tribui debeat. nam identidem librarii voluptatem, quam ex perfecta aliqua sui laboris parte capiebant, hac voce conabantur exprimere.[2]) quo factum est, ut in hac re codicum auctoritas, qua fere sola niti necesse est, multum labefactetur. tamen retinendam illam vocem censui in epistulis 29. 41. 53. 60. 87. 93. 105. 214. 227. 270. in aliis vero codices ita variant, ut idem facere dubitarem velut in epistulis 36 et 194. multo plures epistulae in singulis tantum codicibus voce *amen* terminantur ut epistulae 37. 98. 155. 157. 174. 187. 224; in codice Parisino nov. acq. 1672 epistulae 123 (v. p. 745, 4). 160. 161. 162. 258, in Parisino 12193 eiusque cognatis epistulae 23 (v. p. 73, 2). 111. 210, in utrisque epistula 170.

H. DE BEDAE QUAE DICUNTUR EXCERPTIS.

Priusquam de editionibus dicere instituam, librum Bedae cognomine Venerabilis opus est commemorare, quem si haberemus, qualis fuisset compositus, haud spernendum esset subsidium emendandis Augustini operibus. Beda enim commentarios in epistulas apostoli Pauli conscripsit ita, ut quae-

[1]) Ex eo, quod in epistula 137 p. 125, 7 codex Casinensis 162 scriptum habet *et alia manu recognovi*, apparet librarium hoc loco in exemplari, quod transcribebat, viri docti vidisse adnotationem: *Recognovi*.

[2]) Cf. ep. 214 p. 387, 11 *amen amen amen* in codice Coloniensi 80, *amen deo gratias* in quattuor codicibus; ep. 55 p. 213, 12 *explicit . . . . deo laudes. amen* in codice Bononiensi 58, 12 S (corr. 125); ep. 78 p. 345, 9 *explicit . . . . deo gratias. explicit amen deo gratias* in codice Parisino nov. acq. 1443.

cumque in opusculis Augustini de hac re exposita inveniret, cuncta ordine transcribenda curaret. constabant igitur illi commentarii ex solis Augustini locis et, cum confecti essent incunte saeculo VIII, antiquissimorum codicum partes exhibebant. numquam autem editi sunt neque quicquam de eis amplius auditur, nisi quod Ioh. Mabillon (a. 1632—1707) eorum codicem habuit et editurum se esse promisit, promisso vero non stetit. verum tamen consimiles commentarii Bedae nomine circumferuntur, quos idem Mabillon pro veris quondam habuerat, sed, postquam veros adeptus est, adulterinos esse cognovit veris ampliores et Floro cuidam, diacono Lugdunensi, adtribuit.[1]) qui Florus cum centum et viginti circiter annis post Bedam vixisset, etiam isti commentarii non neglegendae essent antiquorum codicum reliquiae. deest autem editio critica ratione perfecta, qua quid eorum codices habeant, certo sciri possit. recepti enim sunt inter Bedae opera, quorum editiones Colonienses a. 1612 et 1688 confectae sunt postremae, in quibus typis sunt vulgati. quae editiones quoniam ut arte critica ita etiam fide prorsus carent ob eamque causam ad nostrum usum sunt inutiles, in recensendis epistulis ab his commentariis abstinebam atque satis habebam hoc loco exponere, quasnam earum partes continerent. numeri autem, quos uncis inclusos adposui, paginas et versiculos editionum Coloniensium, quas supra dixi, significant, quarum tomus VI. eos continet:

Ep. 22 p. 55, 21—57, 6; 59, 12—60, 13 (239, 18—72).
Ep. 23 p. 67, 21—68, 16 (78, 60—79, 5).
Ep. 28 p. 109, 11—110, 9 (418, 31—41).
Ep. 40 p. 75, 12—76, 12 (635, 63—636, 8). 77, 2—13; 73, 8—13 (352, 61—353, 3).
Ep. 47 p. 133, 19—134, 1; 136, 16—20 (369, 34—42).
Ep. 48 p. 138, 19—139, 20 (581, 51—582, 5).
Ep. 54 p. 162, 4—163, 21 (381, 73—382, 36). 166, 9—167, 12 (378, 47—71). 167, 14—22 (385, 45—52).
Ep. 55 p. 172, 2—173, 3; 10—15 (664, 53—72). 173, 16—174, 9 (742, 47—61). 174, 10—175, 6 (303, 24—43). 177, 13—179, 13 (665, 24—59). 183, 20—184, 16 (537, 10—27). 190, 19—191, 3 (650, 65—71). 195, 16—197, 11 (578, 27—57). 197, 13—198, 1 (615, 14—22). 198, 2—11; 199, 16—200, 1 (100, 26—42). 199, 3—15 (637, 11—22). 203, 19—204, 11 (749, 64—750, 5). 213, 2—8 (336, 69—74).
Ep. 78 p. 338, 1—339, 15 (431, 18—47).

---

[1]) Cf. Hen. Gehle, de Bedae Venerabilis vita et scriptis. Lugduni Batavorum 1838. p. 68—70.

Ep. 82 p. 357, 3—9; 16—359, 10; 14—362, 5; 365, 18—366, 6; 367, 6—21; 374, 6—375, 14 (517, 18—519, 22). 357, 10—15; 377, 3—13 (520, 8—26). 362, 6—363, 2 (516, 55—72). 363, 20—364, 5 (802, 21—29). 364, 21—365, 16; 367, 7—21 (788, 29—66). 370, 15—16; 22—371, 9; 373, 1—9 (544, 55—545, 2). 371, 14—372, 23 (549, 62—550, 15). 378, 1—381, 2 (353, 4—73). 380, 12—20 (555, 58—66).

Ep. 92 p. 437, 10—438, 4 (299, 9—22). 438, 1—14 (734, 54—64). 439, 7—441, 9 (406, 38—73).

Ep. 98 p. 530, 21—532, 15 (100, 42—101, 7).

Ep. 99 p. 533, 19—534, 23 (393, 32—56).

Ep. 102 p. 546, 13—19 (101, 66—71).

Ep. 110 p. 638, 17—20; 641, 8—13 (234, 29—37).

Ep. 120 p. 720, 26—721, 9; 12—15 (268, 40—54). 721, 23—722, 9 (225, 34—45).

Ep. 127 p. 20, 3—8 (476, 7—12).

Ep. 130 p. 47, 13—48, 15 (723, 70—724, 18). 48, 15—49, 4 (240, 45—50). 53, 17—54, 9 (730, 9—19). 61, 4—13 (642, 58—67). 67, 12—68, 4; 11—71, 15; 72, 6—73, 14 (162, 30—163, 51). 73, 17—75, 15 (723, 31—69).

Ep. 131 p. 78, 8—22 (166, 35—48).

Ep. 133 p. 82, 16—83, 3 (642, 37—46).

Ep. 134 p. 86, 3—7; 10—12; 87, 12—88, 8 (233, 46—70).

Ep. 138 p. 141, 16—142, 2 (671, 12—20).

Ep. 140 p. 162, 15—163, 1 (534, 21—33). 164, 2—15 (622, 65—623, 4). 167, 1—14 (470, 49—62). 170, 8—171, 7; 172, 14; 17—24; 175, 7—11; 15—18; 23—177, 7 (811, 67—812, 67). 177, 17—179, 11 (813, 3—46). 190, 12—16 (629, 44—48). 192, 6—8; 11—13; 17—193, 1 (247, 12—23). 192, 17—193, 1 (669, 3—9). 194, 1—22 (821, 59—822, 5). 195, 3—14; 18—196, 2 (531, 6—28). 196, 17—197, 1; 13—199, 21; 200, 5—10 (214, 1—61). 202, 24—203, 14 (593, 53—66). 207, 18—20; 23—212, 3; 231, 7—17 (578, 57—580, 20). 212, 11—18 (422, 11—17). 216, 21—217, 9 (643, 22—36). 218, 17—26; 219, 20—220, 5; 18—221, 6 (481, 64—482, 17). 224, 16—22; 225, 1—6; 226, 12—227, 9 (442, 36—66). 228, 2—11 (558, 39—47). 229, 17—230, 2 (536, 40—48). 233, 7—22 (337, 4—18).

Ep. 141 p. 238, 21—239, 10 (383, 47—61).

Ep. 145 p. 267, 22—268, 18 (455, 56—456, 2). 268, 18—270, 3 (701, 42—74). 270, 3—272, 19 (103, 43—104, 30).

Ep. 147 p. 284, 19—285, 3 (273, 65—73). 305, 3—21 (502, 11—29). 307, 16—308, 13; 309, 11—26; 329, 23—330, 2 (581, 7—45). 327, 2—14; 311, 6—14; 17—312, 2; 302, 14—16; 303, 4—9; 310, 6—13; 311, 2—6 (405, 64—406, 37). 328, 4—10 (461, 25—32).

Ep. 149 p. 358, 12—359, 6 (584, 70—585, 13). 359, 7—10; 360, 2—11; 362, 6—14; 363, 10—364, 12 (709, 49—710, 20). 369, 3—5; 11—12; 14—16; 22—370, 3 (663, 12—19). 372, 11—15 (658, 47—50). 372, 24—373, 2 (660, 1—3).

Ep. 153 p. 398, 20—400, 9 (52, 27—55), 417, 3—418, 21 (232, 19—53).

Ep. 157 p. 461, 1—17; 462, 18—463, 3; 13—23; 464, 14—21; 465, 5—11 (109, 50—110, 25). 462, 1—5 (635, 17—20). 462, 9—16 (465, 3—9). 466, 19—468, 16; 469, 1—21 (106, 49—107, 44). 479, 8—13 (326, 52—56), 487, 6—488, 3 (428, 68—429, 14).

Ep. 166 p. 575, 12—577, 1; 578, 3—579, 4 (420, 9—53).
Ep. 167 p. 598, 10—599, 5 (335, 64—336, 6). 599, 5—11 (235, 67—73). 603, 14—604, 7 (237, 50—63). 606, 13—608, 4 (227, 23—43).
Ep. 169 p. 612, 11—614, 18 (413, 38—414, 25).
Ep. 170 p. 623, 3—624, 3 (313, 42—60). 623, 3—624, 17 (222, 1—33). 628, 15—630, 3 (617, 73—618, 27).
Ep. 173 p. 643, 17—644, 22 (401, 64—402, 21).
Ep. 186 p. 48, 15—23 (520, 48—54). 75, 17—76, 7 (187, 21—30). 76, 5—7 (417, 44—45). 77, 23—78, 6 (196, 22—30).
Ep. 187 p. 93, 8—94, 18; 99, 18—100, 5; 103, 17—104, 13; 105, 1—5; 106, 3—17; 24—107, 11 (294, 22—295, 40). 98, 6—99, 18 (386, 44—387, 3). 107, 12—108, 15 (419, 45—70). 116, 4—118, 2 (656, 66—657, 38).
Ep. 188 p. 123, 5—124, 7; 14—20 (319, 68—320, 27). 125, 18—126, 15; 129, 11—14 (627, 42—64). 127, 1—18 (558, 48—65). 129, 19—25 (226, 14—20).
Ep. 190 p. 139, 9—142, 18; 143, 14—20 (95, 60—96, 57). 142, 21—143, 13 (529, 11—23). 143, 20—144, 5 (419, 25—31). 144, 6—147, 11 (190, 61—191, 47).
Ep. 192 p. 166, 3—167, 8 (234, 38—70).
Ep. 194 p. 178, 17—179, 18 (191, 74—192, 19). 179, 18—180, 4 (180, 42—49). 180, 1—181, 13 (219, 11—40). 181, 19—182, 4 (36, 68—37, 2). 183, 8—184, 23 (226, 58—227, 18). 185, 4—19 (546, 2—14). 188, 8—190, 11 (160, 39—161, 14). 191, 5—193, 1 (105, 69—106, 43). 195, 9—196, 9; 18—197, 17 (51, 54—52, 19). 203, 1—23; 204, 8—205, 12; 16—208, 12; 193, 20—195, 2; 186, 11—188, 6; 176, 67—179, 23. 213, 21—214, 6 (166, 59—65).
Ep. 199 p. 243, 9—244, 6 (757, 67—74). 245, 6—246, 19; 247, 1—8; 254, 21—256, 8 (690, 41—691, 39). 251, 2—252, 7 (681, 70—682, 26). 252, 14—253, 17 (693, 17—40). 262, 15—265, 8 (747, 32—748, 16). 267, 9—13; 268, 18—269, 2; 270, 16—24 (694, 10—27). 275, 6—277, 15 (682, 35—683, 15). 287, 11—289, 12 (205, 20—64).
Ep. 205 p. 328, 1—337, 13 (431, 50—434, 42).
Ep. 214 p. 382, 10—383, 8 (299, 45—61).
Ep. 215 p. 388, 7—389, 3 (55, 52—69). 395, 11—16 (110, 60—65).
Ep. 217 p. 408, 20—410, 12 (649, 35—650, 10). 410, 13—411, 23 (567, 27—68). 411, 25—412, 14 (527, 46—60). 412, 14—20 (186, 56—61). 415, 7—27 (474, 1—20). 417, 22—28 (710, 74—711, 5). 420, 24—421, 9 (514, 68—515, 8). 422, 13—423, 9 (694, 32—53). 423, 14—424, 2 (565, 48—60).
Ep. 220 p. 438, 22—23; 439, 2—4; 8—440, 5 (330, 22—48).
Ep. 243 p. 578, 15—579, 1 (725, 63—69).
Ep. 245 p. 582, 4—583, 6 (371, 47—71).
Ep. 248 p. 589, 11—590, 13 (751, 37—56).
Ep. 261 p. 618, 19—619, 11 (297, 46—60).
Ep. 262 p. 621, 5—625, 17; 626, 1—627, 6; 19—631, 6 (315, 42—318, 15).
Ep. 265 p. 645, 1—646, 18 (508, 19—54).
Ep. 266 p. 648, 21—649, 9; 11—650, 4 (503, 39—68).

I. DE EDITIONIBUS.

Augustini epistulae typis primum vulgatae sunt anno 1493 hoc titulo postremae epistulae subscripto: *Divi Aurelii Augustini Hipponensis episcopi liber epistularum vigilanti accuratisimoque studio emendatarum et impressarum, argumentorum quoque novorum praenotatione succincte et dilucide expositarum atque opera magistri Iohannis de Amerbach civis Basiliensis perfectarum.* insunt autem epistulae: 132. 135. 137. 136. 138. 92. 143. 28. 40. 71. 75. 67. 68. 72. 73. 74. 39. 81. 82. 233. 234. 235. 98. 202. 195. 123. 165. 166. 167. 172. 25. 27. 30. 31. 24. 32. 109. 243. 26. 232. 16. 17. 127. 214. 215. 93. 102. 185. 154. 155. 152. 153. 117. 118. 187. 121. 149. 86. 204. 192. 18. 22. 80. 170. 227. 88. 249. 220. 6. 7. 245. 236. 250. 60. 41. 197. 198. 199. 48. 203. 244. 19. 120 (Eugippi tantum excerpta). 36. 210. 156. 157. 175. 181. 176. 182. 178. 177. 183. 184. 163. 164. 159. 162. 169. 212. 191. 194. 186. 217. 265. 211. 213. de salutaribus documentis.[1]) 147. 15. 5. 9. 14. 10. 4. 54. 55. 140. 130. 111. 257. 96. 259. 20. 100. 112. 97. 144. 101. 266. 99. 58. 110. 77. 78. 122. 260. 261. 264. ad Demetriadem. 188. 145. 248. 205. 33. 21. 38. 242. 3. 141. 46. 47. 258. 131. 190. 139. 133. 134. 49. 43. 44. 87. 53. 105. 89. 34. 35. 52. 76. 51. 66. 238. 239. 240. 241. altercatio cum Pascentio. 150. 228. ad Italicam et epistulae 16 ad Bonifatium (adulterinae). 148. 262. 196. 90. 91. 23. 173. 174. Augustini ad Cyrillum et Cyrilli ad Augustinum (adulterinae), quibus ex epistulis conspicuum est fundamenta huius editionis principis iacta esse adhibito aliquo codice ex genere Monacensis 6266, nam pleraeque inde repetitae sunt et ipse earum ordo, quamvis aliquantum sit mutatus, universus tamen cum illo codice mirum in modum congruit (cf. p. XI). aliae huius editionis epistulae ad codices spectant, qui sunt ex cognatione codicis Parisini 12193 et Laudunensis 134. tum septem epistulas, quas episcopi Africani ad Innocentium papam miserunt et Innocentius illis respondens rescripsit

[1]) Cf. Migne patrol. lat. XL p. 1047.

(175. 181. 176. 182. 177. 183. 184), ex canonum aliquo codice depromptas esse manifestum est (cf. p. LXI sq.). quae denique restant epistulae cum in aliis libris mss. inveniuntur tum in Parisino nov. acq. 1444, Parisino 12163, 2035, Coloniensi 80, Laudunensi 129, Trecensi 40. sic collectae, sic dispositae epistulae in editionibus, quae sequebantur, manserunt ita, ut numerus paulatim augeretur, ordo conservaretur, dum Maurini eum dissolverent et temporum, quibus epistulae scriptae essent, ratione habita alium constituerent.

Post editionem principem primum laudanda est, quam curavit Erasmus Roterdamus: *Secundus tomus operum divi Aurelii Augustini episcopi Hipponensis complectens illius epistulas non mediocri cura emendatas per Des. Erasmum Roterdamum. Basileae apud Io. Frobenium MDXXVIII.* qui quidem de epistularum dispositione perpauca mutavit; omisit enim epistulam 'de salutaribus documentis', quod haberet indoctam loquacitatem et omnino nihil Augustini, in cuius locum epistulam 148 collocavit; omisit ut adulterinas epistulam ad Demetriadem et epistulam ad Italicam, quae ex epistula 147 decerpta Augustini esse nequiret, et quas Amerbachius extremas posuit, Augustini ad Cyrillum et Cyrilli ad Augustinum. sedecim illas litterulas Augustini ad Bonifatium et Bonifati ad Augustinum in praefatione quidem simpliciter confictas vocat neque tamen loco movit. epistula 174 casu intercidisse videtur, nam indicata quidem est in indice, ab epistulis autem abest idque eo factum esse crediderim, quod in editione principe haec epistula atque superior per errorem eodem numero 204 sunt notatae. de libris mss. Erasmus silentium tenet, adfirmat autem vix quemquam crediturum, quantum sibi sudoris exhaustum esset in tollendis mendis ac reponenda sermonis confusissima distinctione. quod quam magni momenti fuerit, non est, cur praedicatione efferamus, nam ea erat ille vir doctissimus linguae Latinae et litterarum scientia.

Quadraginta annis post (a. 1569) ex eadem officina Frobeniana Erasmi liber iterum emissus est paucis parvisque rebus mutatis, ex quibus id unum refero, quod pro *hi* et *his* subsequente pronomine relativo nulla codicum ratione habita plerumque scribebatur *ii* et *iis* eademque scriptura in edi-

tionibus, quae insequebantur, omnibus obtinebatur. auctus est autem ille liber additis aliis duodequadraginta epistulis, quarum sedecim (189. 267. 70. 218. 208. 57. 247. 251. 1. 2. 268. 85. 59. 13. 252. 171) de exemplari Parisiensi depromptae esse dicuntur, alterae viginti duae (119. 120. 61. 125. 126. 256. 124. 114. 113. 115. 116. 253. 254. 255. 64. 65. 56. 69. 83. 63. 62. 84) beneficio Martini Lipsii accessisse. atque illud exemplar Parisiense codicem Trecensem 40 aut eius similem fuisse, cum praeter extremam epistulam 171 [1]) ceterae omnes magnam partem eodem ordine in eo inveniantur, constare videtur neque aliunde sumptas esse epistulas, quas Lipsius obtulit, eadem de causa concludi potest (cf. p. XXIV).

Hunc epistularum statum exceperunt theologi Lovanienses earumque studium editione Antverpiae anno 1576 instituta quam maxime iuverunt. quod enim ante factum non erat, magnam librorum mss., maxime Belgicorum copiam conquirebant eisque conlatis in epistularum emendationem assidue ac diligenter incumbebant. neque mediocrem operam et laborem susceperant. vix enim quemquam crediturum aiunt,[2]) quot locis genuinam lectionem adulteratam atque corruptam potius quam emendatam deprehendissent adiectis ac mutatis, subinde e medio sublatis quibusdam vocibus aut sententiis atque prava sermonis ac confusa distinctione. quod accidisse putant, dum unusquisque, quae non satis intellexisset, coniecturis ac suspicionibus vetustorum codicum manu scriptorum auctoritate destitutus immutavisset, resecuisset, addidisset vel perperam distinxisset. quid igitur mirum, si de secundo proventu gloriantur innumeris locis epistulas se emendavisse dicentes. verum etiam numerus epistularum per Lovanienses aliquantum crevit. quae enim in novissima editione Frobeniana collectae erant, ad eas undetriginta novas, tum incognitas adiungebant atque primum quidem epistulas 246. 79. 8. 160. 161, deinde quas 24 ex libris Vaticanis 495 et 499 eos adquisivisse p. XXV diximus, hoc ordine: 263. 94. 95. 269. 179. 237.

---

[1]) Infitiari non possum hanc epistulam esse potuisse in postremo folio codicis Trecensis 40 post epistulam 252, quod folium p. XXIV interisse diximus ita, ut epistulae 252 initium tantum supersit. quamquam neque in indice illius codicis est neque in codice Harleiano 3107, qui in hac parte cum Trecensi 40 congruit.

[2]) Tom. II p. 391.

103. 104. 108. 216. 142. 158. 151. 180. 209. 229. 230. 231. 106. 107. 50. 11. 12. 206. Eugippi autem ex epistula 120 excerpta, quae in editione principe et apud Erasmum pro ipsa sunt epistula, postquam in editionem Frobenianam alteram tota epistula simul recepta est, Lovanienses omiserunt et illas sedecim epistulas adulterinas Augustini ad Bonifatium et Bonifati ad Augustinum segregaverunt atque in Appendicem, quam dicunt, reiecerunt; Appendicem enim suo libro adiungendam curabant in eamque praeter illas epistulas alias tres adulterinas colligebant, epistulam ad Demetriadem et Augustini ad Cyrillum et Cyrilli ad Augustinum.

Annis 1654 et 1655 Parisiis ab Hieronymo Vignier foras datum est supplementum omnium Augustini operum ante annum MDCXIV editorum duobus tomis, quorum prior inter alia epistulas 65 continet; sunt autem eaedem, quas in editione Frobeniana altera et Lovaniensium ut novas accessisse vidimus, eodem ordine duabus (ep. 70 et 267) casu aliquo praetermissis. neque tamen ullum proprium habere videntur pretium, paucis enim mutatis repetitae sunt ex editione Lovaniensium. quae deinde in tomo posteriore epistula ad Macrobium tamquam inedita est prolata, ea errore secundum codices ex genere Parisini 12193 'Macrobio' inscripta est; nam est epistula 23 ad Maximinum data neque tum inedita, sed in omnibus a principe editionibus vulgata.

Librum solis Augustini epistulis destinatum Francofurti anno 1668 edidit Lucas Frid. Reinhart. quo in opere non recentia librorum mss. subsidia circumspexit, sed quae superiores editores congesserant, in suam rem convertens epistulas emendare conabatur Lovaniensium editionem potissimum secutus. summum autem studium in eis explicandis ponebat atque adnotationibus ad marginem scriptis, inter quas locorum ex sacris litteris adlatorum copia laudanda est, quo magis perciperentur, efficiebat. praeterea epistularum numerum aliis septem ex Augustini operibus adscitis auxit; epistulam enim 174, quae iam in editionem principem recepta fuerat, sed ab Erasmo casu aliquo praetermissa (cf. p. LXXXII) in ceteris quoque editionibus deest, ex initio librorum 'de trinitate' repetivit et in epistularum corpus transtulit, epistulas 221—224 ex initio libri 'de haeresibus ad Quodvultdeum', epi-

stulas 225 et 226 ex initio libri ‘de praedestinatione sanctorum‘.

Centum circiter annis post Lovanienses novam Augustini editionem amplissimis fundamentis magnifice institutam monachi ordinis s. Benedicti e congregatione s. Mauri Parisiis intra annos 1679—1700 paraverunt. quam ut omnibus, quibus possent, opibus exornarent et inlustrarent, permagnam undique librorum mss. multitudinem ut colligerent, nitebantur. atque Gallicos codices, in quibus mediis positi ad Augustini studia incumbebant, eos praecipue consideravisse et maximum suorum librorum numerum inde adeptos esse, id quidem minime mirum est; Belgicorum codicum lectiones maximam partem in Lovaniensium editione paratas inveniebant; Vaticani libri felici quodam casu collecti conlatique in eorum manus inciderunt. etenim papa Sixtus V anno 1587 collegium instituerat, quod Augustini opera denuo edenda curaret idque ex solis Vaticanis codicibus. itaque per selectos viros doctos illi codices conquirebantur ac conferebantur, ad ipsam vero editionem numquam ventum est. variae tamen codicum lectiones ita collectae et dispositae etiam nunc extant in libris Vaticanis 4991 et 4992, quos libros papa Clemens X Maurinis utendos concessit. atque epistularum codices, quorum lectiones liber Vaticanus 4991 (fol. 1—125) continet, Aldus Manutius contulisse videtur. hunc igitur apparatum Maurini ad emendandas Augustini epistulas adhibuerunt atque hunc solum neque ullum alium ex Vaticanis codicibus. Aldus autem Manutius cum ex duobus illis libris mss., in quibus Lovanienses 24 novas epistulas repperisse et primos edidisse diximus, id est ex Vaticanis 495 et 499 hunc tantum contulisset, Maurini quoque hunc tantum cognoverunt, illum ignorant semperque in his epistulis de uno tantum Vaticano loquuntur,[1]) quem, quoad potuerunt, plerumque sunt secuti, cum Lovanienses codicem 495 utpote meliorem praeferendum esse bene iudicaverint.

Si quis exquirere voluerit, quanam ratione Maurini in utendis libris mss. officio suo perfuncti sint, libri Vaticani prae-

[1]) Qua re aliquamdiu errore implicitus tenebar, cum Lovanienses quoque in uno tantum codice Vaticano (495) illas epistulas repperisse putabam, id quod factum est in epistulis 11. 12. 50. 79. 94. 95.

claram offerunt occasionem. qua captata Car. Vrba ostendit Maurinos non eam, quam debuissent, adhibuisse diligentiam et multis exemplis demonstravit ea, quae scriberent, saepissime leviter neglegenterque esse perscripta; varias res eos nonnumquam temere copulavisse ac confudisse, nonnulla ex libidine contra codicum auctoritatem finxisse, quae commemoranda fuissent, praetermisisse, alia ad arbitrium addidisse.[1]) neque vero in Vaticanis tantum libris ita versati sunt. egregium enim epistularum codicem Casinensem 16 novisse quidem eos p. XXII diximus neque tamen amplius esse perscrutatos. codicem Bononiensem 58, 12 S (corr. 125), quem Bertinensem longe praestantissimum appellant, primoribus tantum labris gustasse inprimis ex epistulis 119 et 120 perspicitur, quae accurata illius codicis cognitione mirum quantum profecerunt; ad ep. 120 p. 713, 4 et 21 etiam falsa referunt Bertinensem librum *finitis* et *oblita* habere adfirmantes et in epistula 193, quam antea incognitam ex eodem codice primi in lucem protulerunt, totum praeterierunt versiculum (p. 172, 16). ad epistulam 137 p. 106, 3 *exhibet* adnotant: *In omnibus prope Mss.* '*exhiberet*'; at ex meis duodecim codicibus duo inter se maxime cognati, Monacensis 6266 et Audomaropolitanus 76, habent '*exhibet alibi exhiberet*', ceteri omnes '*exhibet*'; et in eadem epistula p. 122, 1 quod Maurini scribunt: *Edd. omittunt* '*quemadmodum diligenda sunt*', non convenit in editionem principem et Erasmianam. in epistula 175, ubi episcoporum, qui in concilio Carthaginensi adfuerant, nomina enumerantur, ad nomen *Rusticianus* scribunt: *Plerique codices hoc loco* '*Rusticus*'; *postea autem in rescripto Innocentii, quae est epistula 181, habent* '*Rusticiano*', quod utrumque non est verum: nam in epistula 175 ex quindecim meis libris unus Parisinus 12220 habet *Rusticus* et in epistula 181 duodecim libri episcoporum nominibus carent, unus Parisinus 12220 ea habet ex epistula 175 transcripta, quem codicem Maurini, quamvis magnas habeat suspiciones, nimio plus adamarunt (cf. p. XLII sq.). in epistula 177 p. 670, 8—9 Maurini certissima lectione relicta amplexi sunt *aliam ex Ms. Oxon. substitutam a R. P. Quesnelio, cui vulgata lectio contumeliosa in Romanum ponti-*

[1]) „Beiträge zur Geschichte der Augustinischen Texteskritik“ (cf. Sitzungsberichte der kais. Akademie der Wissenschaften in Wien CXIX 1889 p. 37—42).

ficem videbatur. nec desunt loci, ubi suo Marte taciti mutavisse aut addidisse videantur, velut lacunas ad arbitrium expleverunt in epistula 142 p. 249, 3—5, quod Car. Vrba l. l. p. 38 indicavit. et in epistula 158 p. 496, 26. sed haec quidem hactenus; nolo enim quis suspicetur magnas Maurinorum laudes extenuantem me haec dicere; nam id unum in animo habebam, ut demonstrarem non ea, qua par esset, diligentia eos libris mss. usos esse nec, quae de eis adfirmarent aut adfirmare viderentur, sine cautione quadam esse accipienda.

Epistularum corpus, quod editores paulatim confecerant, Maurini additis sedecim aliis amplificaverunt. atque primum quidem epistulam 29 in lucem protulerunt ex codice aliquo non amplius cognito, epistulas 42 et 45 ex Parisino 11641, epistulam 193 ex Bononiensi 58, 12 S (corr. 125), epistulae fragmentum 171 A ex Primasii Commentariis super Apocalypsim et 250 A ex codice Montipessulano 233; ceteras decem ex variis Augustini aliorumque scriptis in epistulas rettulerunt: ex Augustini Quaestionibus ad Simplicianum epistulam 37, ex libro 'de gestis Pelagi' epistulas 146 et 168, ex libris 'de nuptiis et concupiscentia' epistulam 200, ex libris 'contra Iulianum' epistulam 207; ex Hieronymi epistulis epistulam 270; ex Actis conlationis Carthaginensis epistulas 128 et 129, ex canonum codicibus epistulam 201, ex Lepori Libello emendationis sive satisfactionis epistulam 219.[1]) remota est autem ex epistularum numero et merito in appendicem translata altercatio cum Pascentio, quae tum fuerat in omnibus a principe editionibus numero 178 signata.

Praecipuam laudem Maurini eo meruerunt, quod relicto pristino epistularum ordine, quippe qui caeco casu, ut vidimus, exortus nihil haberet, cui parceretur, temporum ratione habita novum instituebant. quo factum est, ut epistulae tali modo inter se aptae conligataeque facilius meliusque intellegerentur, Augustini vita cum privata tum publica clariore lumine circumfunderetur, res in Africa gestae, ecclesiasticae maxime diligentius cognoscerentur atque inlustrarentur. in quattuor igitur partes omnes epistulas diviserunt, quarum prima eas continet, quae scriptae sunt, cum Augustinus non-

[1]) Aliquanto post editionem Maurinorum ad epistularum corpus duae novae accesserunt; epistulae enim 184 A et 202 A ex codice Gottvicensi a Godofrido Besselio abbate anno 1732 editae in Patrologiam Mignianam sunt receptae.

dum erat episcopus (a. 386—395), altera epistulas ante conlationem cum Donatistis habitam Augustino episcopo scriptas (a. 396—410), tertia epistulas reliqui vitae temporis (a. 411—430); quartam partem efficiunt epistulae, quarum tempus minus est compertum. in tanta epistularum multitudine perquirere, quando quaeque scripta esset, res erat permulti laboris, quae magnam eruditionem atque doctrinam, diligentiam et perseverantiam flagitabat. in qua quaestione expedienda conficiendaque Maurini magna cum laude versati sunt: undique enim omnia temporum indicia colligebant, quae aut in ipsis epistulis earumque inter se condicionibus reperiebant aut ex litteris rebusque gestis cum profanis tum ecclesiasticis poterant investigare. magna autem est in hac re epistularum varietas. in paucissimis enim accurate subtiliterque, quando scriptae sint, constitui potest, in multis obiter inita temporis descriptione contenti esse debemus. qua re magnae inde nascuntur difficultates neque est, cur miremur, si rei, quae primum est temptata, nonnulla inhaerent, quae corrigendi opera indigeant. praecipuae autem dubitationes Maurinis oriebantur eo, quod in epistularum ordine unicuique epistulae, etsi, quando scripta esset, incerti inter complures annos fluctuarent, certus quidam locus erat adsignandus, unde facile fieri poterat, ut locus ipse, quem delegissent, temporis descriptionem turbaret, ut diligentia atque subtilitas minueretur, erroribus materia daretur. velut, unum ut ponam exemplum, epistula 49 quando scripta sit, accuratius definiri non potest, quam ut inter annos 396—410 id factum esse dicamus. ex duabus autem epistulis, inter quas Maurini eam conlocaverunt, alteram *forte anno 398* scriptam esse aiunt, alteram *forte anno 399*; quod si adfirmant epistulam 49 *circa idem tempus* scriptam esse, haud scio an nemo epistulae tempus vera cogitatione sibi depingat. cui incommodo ut mederer, in indice, quem 'de epistularum ordine atque temporibus' in hoc volumine addendum curavi, quoad fieri poterat, temporis terminos definire conabar, intra quos epistula scripta esse videretur.

Ad extremum, quae de hac ipsa editione dicenda sunt, paucis exponam. atque omnium primum id erat contendendum et laborandum, ut ea librorum mss. copia colligeretur, quae emendandis tot epistulis videretur necessaria. quorum tantum aberat ut inopia urgueremur, ut opprimeremur multitudine.

itaque antiquissimum quemque operi adhibere coepimus atque profecto plerisque epistulis hac ratione satis firma subsidia sunt comparata. verum tamen permultae sunt litterae, quae rarissimae inveniantur, ut recentioribus codicibus circumspectis usque ad saeculum XV fuerit descendendum. ad hoc cum accedat, quod epistulae aliae aliis codicibus sunt traditae et multi codices paucas tantum vel etiam singulas epistulas habent neque tamen minore consideratione digni sunt quam magni epistularum libri (cf. p. XXVIII), numerus codicum, quibus in hoc opere utendum fuit, in dies crevit, ut denique facti sint ducenti viginti tres. quorum maximam partem ipse, ut accuratissime potui, contuli; quod ubi per alios fieri necesse fuit, in praefatione suo loco id indicavi. neque, si quando utile videretur iterata cura codicem conferre, hoc labore supersedebam.

Cum tanta librorum mss. multitudo inter tam multas epistulas maxima varietate esset divisa et distracta, aptissimum esse mihi visum est suos unicuique epistulae libros mss. ad aetatis ordinem compositos nominatim adponere. qua re alteri quoque difficultati ut occurreretur, evenit. codices enim cum tam multi sint, vix fieri posse videtur, ut suum cuique signum excogitetur, et si quis nimio artificio usus id temptare voluerit, vereor ne experimento cognoscat, magnis difficultatibus se implicavisse, perspicuitatem fidemque operis imminuisse, mendis, vitiis, erroribus viam patefecisse. in eligendis igitur signis singularum tantum epistularum codices spectabam ita tamen, ut, si cui libro signum aliquod semel constituissem, id, quoad fieri posset, retinere studerem, velut codex Monacensis 6266 semper littera M, Sangallensis 174 littera S, Casinensis 16 littera C est designatus; P omnium Parisinorum littera ita est communis, ut, in qua epistula duo vel plures commemorandi sint, ei distinguantur numeris: $P^1 P^2 P^3$ etc. hac ratione contigit, ut in omnibus codicibus designandis uncialibus litteris uti mihi liceret, quod haud parvam utilitatem habere nemo non concedet. ita enim factum est, ut sperare me posse putem apparatum criticum quam maxime perspicuum esse et errorum mendorumque expertem. quamquam si quando variae epistulae inter se comparentur, necesse est, nomina potius codicum quam signa sunt observanda.

Quae verba in libris mss. transitum ab alia ad aliam epistulam significare solent (*explicit* etc., *incipit* etc.), cum ple-

rumque nullius sint momenti, in adnotationibus proferre nolebam, nisi si epistulae inscriptio aut dubia est aut variat aut omnino deest.

Simili ratione res, quae solam orthographiam spectant velut *ae, ę, e; cepit, cępit, caepit, coepit; caedo, cedo; adque, inquid, set*, inprimis autem nominum propriorum varias scripturas, quae maxime deformata esse solent, ut *Agustinus, Ippo, Cartago, Kartago, Chartago* al., nisi quae singularis causa intercedebat, neglegebam. in ipsis autem epistulis eam scribendi rationem secutus sum, quam vetustissimis optimisque libris probatam esse intellegebam.

Superiorum editionum rationem habebam ita, ut, quaecumque in epistulis aliter scriberem, atque est apud Maurinos, ea omnia adnotarem; quod cum facerem, neque ceteras editiones, si aut omnes aut aliquae cum Maurinis congruunt, neglegebam; praeterea nisi gravioribus causis commotus eas non curabam. quas porro Maurini et Lovanienses ex suis codicibus varias lectiones adferunt, eas recipere dubitabam, quoniam non ita sunt comparatae, ut fidenti animo eis uti potuerim. tantum modo ubi meis codicibus parum adiuvabar, maiorem curam editionibus adhibebam.

Libri mss. adhuc numerabantur potius, quam ponderabantur atque ex multitudine magis aestimabantur quam ex bonitate. neque ea, qua par erat, diligentia et subtilitate excutiebantur, sed strictim tantum conferri solebant carptimque. qua re factum est, ut multa errata, quae ex codicibus facile corrigi potuissent, per omnes editiones intacta manerent, id quod praecipue accidit in verborum conlocationibus. itaque in paranda hac nova editione primum et praecipuum munus erat antiquissimum quemque codicem optimumque epistularum emendationi potissimum adhibere, librorum mss. genera cognationesque investigare, quippe quae ad artem criticam bene exercendam plurimum valerent, ipsos libros quam accuratissime conferre ac perscrutari. quod quantae utilitati fuerit, quivis perspiciet, quem non pigebit perquirere, quotiens a Maurinorum ceterorumque editionibus fuerit discedendum. atque ut insignia aliqua exempla proferam, epistulam 157 memoro et epistulam 186, cui emendandae codex Vindobonensis 873 magno erat usui (cf. p. LIX—LX); codice Parisino nov. acq. 1672 permultum profectum est in epistulis 150. 160—163. 170 et in epistulis 95. 108. 151. 158, quae adhuc ex solis codicibus Vaticanis 495 et 499 saec. XV erant cognitae; atque epistula 151 nunc demum

talis est, ut penitus intellegi queat. multa, quae in editionibus desunt et interdum ita desunt. ut loci sententia eo turbata sit et interrupta, ex libris mss. ut restituerem, mihi contigit inprimis ex eodem codice Parisino nov. acq. 1672 velut in ep. 95 p. 508, 24 et 506, 9; in ep. 108 p. 613, 3 et 629, 26 et 634, 2; in ep. 150 p. 381, 20 et 22; in ep. 151 p. 386, 14 et 19; in ep. 160 p. 506, 2; in ep. 162 p. 516, 11 et 519, 8, et 520, 8; in ep. 170 p. 626, 10 et 12; ex codice Gottvicensi 14 (33) in ep. 143 p. 252, 15 et in ep. 202 A p. 313, 5; ex codice Bononiensi 58, 12 S (corr. 125) in ep. 193 p. 172, 16 (cf. p. LXXXVII); ex codice Cheltenhamensi 2173 in ep. 45 p. 123, 1; praeterea cf. ep. 140 p. 223, 7; ep. 186 p. 80 3 al. epistulam 219 codice Vallicelliano Tom. XVIII quarta parte maiorem factum esse p. XLVI demonstravimus.

Haud raro epistulae in editionibus, maxime in Patrologia Migniana prava orationis interpunctione laborant. itaque ad hanc rem diligentissime animum adtendi atque id me consecutum esse opinor, ut multis locis faciliores apertioresque sint ad intellegendum. inprimis autem id factum est, si quando Augustinus longis periodis utitur, quod interdum largissime fieri videmus; tum enim saepissime, quo modo sententiae inter se orationisque membra cohaereant, mala distinctione obscuratum est. eodem pertinet et nominatim proferendum est, quod parentheses, quas grammatici vocant, cum satis multae sint et aliquando effusissimae, editores plerumque non animadvertebant aut indicabant, qua re in easdem, quas dixi, difficultates incurrebant. ex quibus ut evaderent, quid mirum, si tales locos etiam coniecturis temptare atque corrigere conabantur? ut aliqua proponantur exempla, cf. ep. 118 p. 678, 24—679, 9; ep. 119 p. 699, 1—25; ep. 120 p. 714, 6—13; ep. 162 p. 515, 16—516, 19; ep. 177 p. 681, 8—682, 4; ep. 219 p. 428, 15—429, 16; multis parenthesibus insignis est ep. 186.

Inter viros, qui ad Augustinum scripserunt, propria orationis indole aliqui sunt maxime conspicui. quorum litteris cautio quaedam erat adhibenda, quo caveretur, ut ne scriptorem potius ipsum quam librariorum vitia corrigeremus. velut stilus papae Innocenti (ep. 181—184) durus est et gravis, quaesitis verborum conlocationibus contortus (p. 705, 3 - 4; 714, 8—10; 722, 10; 727, 2) neque satis purus, qua re eius epistulae in libris mss. sunt valde corruptae. anacoluthon admisit in p. 725, 8—13 et, cum in p. 722, 11—16 (*iubemus* . . . . .

ut . . . . . eis medicinam solitam . . . . . non negari) coniunctio *ut* omnibus novem codicibus et editione principe confirmetur, etiam hoc anacoluthon quamvis audacissimum retinendum censui. quae cum ita sint, in p. 721, 1—2 antiquissimos codices secutus scribere non dubitavi: *Sinite infantes et nolite eos prohibere ad me.* mira sane constructio, quam vocant, ad sensum! Evodius (ep. 158. 160. 161. 163) de se ipse dicit: *Inperite et rustice scripsi* atque, ut erat animo conturbato et incerto, ita eius oratio interrupta et anacoluthis insignis. Consentius (ep. 119) bene quidem latine scripsit, sed longis periodis, identidem interruptis, implicatis et tortuosis (cf. p. 699, 1—25; 700, 15—24). Longinianus (ep. 234) nimia ubertate et tumore laborat; eius oratio impedita est languida verborum continuatione (cf. p. 519, 6—520, 3). Darius (ep. 230) copulatis verbis idem significantibus gaudet: *ire ac pergere* (p. 502, 21), *in perpetuum ac semper* (p. 503, 5) et copulam *ac* adamavit. qui cum antiquorum scriptorum locos adtingere consueverit, qua re Augustinus (ep. 231) aliis ex Persio, Ennio, Horatio repetitis ei respondet, in p. 501, 20, ubi adhuc scribebatur: *quandoque te usque in caelum tollis*, ex codice Parisino nov. acq. 1672 et Laurentiano St. Crucis plut. XVII dextr. 2 *serus* pro *usque* restituere non dubitavi secundum illud Horati: *Serus in caelum redeas* (carm. I 2, 45). Marcellinus in epistula 136 satis brevi vocem partis sexies repetivit. qui cum in p. 95, 2 male scripsisset *quod ante factum non recte probaretur*, Augustinus respondens correxit *quod ante non recte factum probaretur* (ep. 138 p. 127, 10) idemque fecit de duobus vitiis, quae Macrobius admisit (cf. ep. 107 p. 611, 22 et 612, 2 cum ep. 108 p. 612, 11 et 613, 10).

Novae epistulae ad hanc editionem accesserunt duae itemque fragmentum pusillum epistulae tertiae (cf. p. XXIX et XL—XLI). quas signavi numeris 92 A; 173 A; 185 A. nam epistularum ordo atque numeri ne iterum immutarentur, tales conservare placuit, quales constituti sunt a Maurinis.

Molestissimum autem mihi erat, quod sero comperi ante hos duodecim annos G. Morin novam epistulam in codice Monacensi 8107 (Mag. 7) saec. IX invenisse et edidisse.[1]) quae ne omnino absit ab hac editione, hoc loco eam addere liceat:

[1]) Cf. Revue Bénédictine XVIII (1901) p. 241—244.
Praeterea hic codex inter alia etiam epistulas 187. 214. 215 continet, ut ob hanc quoque causam dolendum sit eum me fugisse. neque

DOMINO DILECTISSIMO ET IN CHRISTI VISCERIBUS AMPLECTENDO FRATRI VALENTINO AUGUSTINUS IN DOMINO SALUTEM.

Magnas quidem ago gratias caritati tuae, quod mihi desideranti fratrem Florum misisti, et deo nostro uberiores, quia eum talem repperi, qualem optaveram. sed quamvis tardius ad vos remeasse videatur, minus tamen, quam vellem, mecum fuit. praesente quippe ipso me imbecillitas corporis et talis et tam multis diebus tenuit, ut cum illo esse non possem, domine dilectissime et in Christi visceribus amplectende frater. unde iterum rogo, ut iam non meum solum sed utriusque nostrum desiderium implere digneris et eum rursus mittere, ut aliquamdiu nobiscum sit. existimo enim hoc et ipsi et nobis non infructuosum futurum et eius, quae per nos esse domino adiuvante poterit, abundantiorem instructionem etiam fratribus profuturam. semper deo placeas.

In epistularum igitur ordine haec epistula ponenda est inter epistulam 215 et 216. illa enim extrema Augustinus Valentinum rogavit, ut fratrem Florum sibi mitteret: *Si quid de vobis mereor, veniet ad me frater Florus.* quod factum esse et Florum ad Valentinum iam revertisse ex hac nova epistula discimus, qua Augustinus simul petivit, ut Florus iterum mitteretur. neque cunctatus est Valentinus, nam Florus is est, qui epistulam 216 ad Augustinum adtulit (cf. p. 402, 2—5).

---

tamen detrimenti quicquam inde est acceptum; nam codicum, quos in his epistulis adhibui, ea est copia atque condicio, ut hoc codice facile carere possimus, praesertim cum interpolationibus haud leviter sit corruptus velut in ep. 187 p. 90, 20 *excellentia habetur nam*; 91, 14 *corporis*; 92, 11 *eique*] *et quod*; 93, 3 *quas*] *ut quasi*; 14 *sanctum eo quod totum corpus nostra anima*; 97, 6 *qualitatibus*; 107, 8 *non eas obdurant*; 113, 17 *templum*; 116, 5 *praesens*] *ubique praesens*; 24 *arbitrabimur*; 117, 23 *datum*] *omnibus datum*; in ep. 214 p. 385, 12 sec. Vulg. *apud eum inveniri in pace et domini nostri longanimitatem salutem existimate . . . . . ,secundum datam sibi sapientiam*; in ep. 215 p. 390, 2 *rescripsi*; 392, 5 *deducet*; 395, 3 *non*] *ne*. neque vero facere possum, quin addam in ep. 187 p. 104, 14 etiam codicem Monacensem 8107 illud *et* conservasse, quod unum Parisinum nov. acq. 1672 habere diximus et, cum Graeca sacrarum litterarum interpretatione confirmetur, verum esse constat. epistulas autem 214 et 215 huius codicis ex optimo fonte fluxisse apparet, nam in p. 383, 5 *et accepisti* scriptum habent et in p. 391, 14 *deus*, quas lectiones optimorum codicum proprias esse et cum Graeca sacrarum litterarum interpretatione congruere supra p. LXX exposuimus.

Anno 1872 hanc novam Augustini epistularum editionem parandam suscepi sane non satis conscius, quantum onus humeris meis sustinere conarer. nam opus dum in manibus habebam ad eam magnitudinem crescebat, ut per amplius quadraginta annos me occupatum teneret rara neque magna umquam intercapedine facta. quod cum permultis libris mss. quam maxime variis dispersisque fundari necesse esset, in eis investigandis et perscrutandis multorum virorum doctorum opem auxiliumque expetere cogebar neque umquam desideranti mihi eos defuisse lubentissimo animo profiteor. in quibus bibliothecarum praefecti laudandi sunt, qui de thesauris custodiae suae creditis, quibus libris opus erat, eos liberalissime, ut pervestigarentur, permittebant. tum, ubi ipse sufficere non poteram, per alios viros codices conferri et, si quid dubitationis superesset, iterata cura, ut tolleretur, effici oportebat; quos in hac praefatione omnes suo quemque loco nominare non supersedebam. denique in tanta varietate rerum, quae tot et tam variis epistulis continentur, identidem facere non poteram, quin eos adirem, a quibus edoceri me posse putarem, atque summam voluntatem nusquam non reperiebam. qua re omnibus, qui hac ratione laborem nostrum tam longinquum, tam operosum adiuverunt maximas agimus gratias. imprimis autem gratum me praebere debeo Augusto Engelbrecht, viro doctissimo, qui posteaquam administrationi Corporis scriptorum ecclesiasticorum Latinorum est praepositus, de conficiendo tomo III et IV optime est meritus. etenim non modo innumerabilibus meis percontationibus postulatisque paratissimo animo respondebat sed etiam in emendandis plagulis diligentissime me adiuvare non destitit, quod cum faceret, multa me monuit, multa suppeditavit, quae operi erant utilitati.

Nec vero in tanta horum temporum necessitate mihi contigisset, ut hoc volumen viderem impressum, nisi transmarini extitissent amici, qui studiorum liberalium et artium bonarum semper fautores suis efficerent impensis, ut hac plagulae typis describerentur. quamobrem singulariter de nobis meriti sunt James H. Ropes, professor universitatis Harvardianae Cantabrigiensis, eiusque amici, quos gratissima semper prosequi par est memoria.

Scribebam Graecii Idibus Augustis 1913, recognoscebam anno 1923.

Al. Goldbacher.

TABULA LIBRORUM MSS.

Admontanus 125 p. XXVI. LXX. LXXI.
Ambrosianus G 58 sup. p. XXXII.
Ambrosianus O 210 sup. p. LVI.
Ambrosianus R 42 sup. 3 p. LXVI.
Ashburnhamensis 72 p. LXXV.
Ashburnhamensis 75 p. XLI.
Atrebatensis 644 (572) p. XLV. LXI.
Atrebatensis 696 (621) p. XLV. LVII. LXXVI.
Atrebatensis 945 (350) p. XXXIX. XLV. XLIX.
Atrebatensis 949 (339) p. XLV. XLVIII.
Audomaropolitanus 76, 8, 9 [1]) p. XI. XII. XIV. XL. XLIV. XLV. LI. LIV. LVIII. LXIX. LXXVI. LXXXVI.
Audomaropolitanus 142 p. VI. XXXVI.
Audomaropolitanus 254 p. XXXIX.
Audomaropolitanus 311 p. XXXVI—XXXVII.
Augiensis LII p. VI. LI. LIII—LIV. LV—LVI. LXXVI.
Augiensis XV p. LXXI.
Augiensis XCV p. XL.
Augiensis CXCV p. XL.
Augiensis CCXXII p. LXVII.
Aurelianensis 162 p. LXIX.
Aurelianensis M 169 v. Fragm. Aurelianensia M 169.

Bambergensis A 68 p. LXXII adn. 2.
Bambergensis A 151 p. XXXIII adn. LXXI.
Bambergensis B III 16 (120) p. LXVIII—LXIX.
Bambergensis B IV 21 p. LXXII.
Barberinus XIV 52 p. LXIII.
Bernensis 176 p. LXX. LXXII. LXXIII.
Biturigensis 83 p. LXIX.
Bodleianus 94 p. XXVI. XLIX.
Bodleianus 145 p. LXIX.
Bodleianus 516 p. XXXIX—XL.
Bodleianus 572 p. XXXVIII. XLIV.
Bodleianus 632 p. LXVI.
Bodleianus Laud. misc. 126 p. LXVIII.
Bodleianus Laud. misc. 133 p. XXXIV—XXXV. XLVIII. LIX. LXX—LXXI.
Bodleianus Laud. misc. 252 p. LIII.
Bononiensis 45 p. LXXII.

[1]) Numeros 8, 9 ex quo superesse compereram, omittebam.

Bononiensis 47 p. XXXVII.
Bononiensis 58, 12 S (corrigendum est 125) p. VI. XXIII. XXXV—XXXVI. XLV. LXXIV. LXXVII adn. LXXXVI. LXXXVII. XCI.

Carnutensis 73 p. LXXII.
Casanatensis B IV 18 p. XL.
Casinensis 11 [1] p. XLV—XLVI.[1])
Casinensis 16 [19] p. XIX—XXIII. XXVI. XXVII. LI. LVIII. LXXXVI. LXXXIX.
Casinensis 162 [17] p. XXXIII. LXXVI. LXXVII adn.
Casinensis 165 [11] p. LXXI.
Casinensis 166 [9] p. LXIX.
Casinensis 170 [9] p. LXIX.
Casinensis 232 [1] p. XLVII—XLVIII. LIX.
Casselanus Theol. Fol. 24 p. LXVII.
Cheltenhamensis 1712 (M 504) p. XXXI—XXXII.
Cheltenhamensis 2173 p. XXVI. XXIX—XXX. XLII. LVIII. XCI.
Cheltenhamensis 12261 p. XXXII.
Cheltenhamensis 12268 p. XLVI.
Cheltenhamensis 16588 p. XLVI—XLVII.
Coloniensis 33 p. XXXV. XLIV.
Coloniensis 35 p. LIII.
Coloniensis 60 p. LII.
Coloniensis 76 p. LXVIII—LXIX.
Coloniensis 78 p. XXXVIII.
Coloniensis 80 p. XXXIV—XXXV. XLII. XLVIII. LIX. LXX—LXXI. LXXVII adn. LXXXII.
Coloniensis 113 p. LXII.
Coloniensis 115 p. LXV.
Coloniensis 118 v. Fragm. cod. Coloniensis 118.

Einsidelensis 130 p. VI. LI. LIII—LIV. LV—LVI. LXXVII.
Einsidelensis 191 p. LXI.
Eporedinus 77 p. LXVIII.
Erfurtensis O 26 p. LXIX.
Erlangensis 272 p. XLVI.
Escorialensis a II 3 p. LI. LIV—LVI. LVII.
Escorialensis & I 14 p. LI. LIV—LVI. LVII.

Faesulanus, nunc Laurentianus X p. LXVII.
Faesulanus, nunc Laurentianus XV p. LXVII.
Florentinus XXXIX 65 p. XLIX. LXXV.
Fragm. Aurelianensia M. 169 p. XXX. XXXII. XXXVII.
Fragm. cod. Augiensis XCV p. XL—XLI.
Fragm. cod. Cheltenhamensis 16588 p. XLVI—XLVII.
Fragm. cod. Coloniensis 118 p. XLIII.
Fragm. cod. Herbipolitani Mp. th. 49 p. XXXVIII.

[1]) Numeros, quos in signandis codicibus Casinensibus supra adposui (1. 19. 17. 11. 9), supervacaneos esse sero me cognovisse doleo.

Fragm. cod. Mus. Brit. Harl. 3107 p. XXIII (ep. 57).
Fragm. cod. Parisini 528 p. XLI.
Fragm. cod. Parisini 2151 p. XXXVII.
Fragm. cod. Sangallensis 190 p. XXXVII.
Fragm. cod. Veronensis XXXIII 31 p. LVII.
Fragm. cod. Vindobonensis 322 p. LXVI adn. 2.

Gottvicensis 14 (33) p. XLVII. LI. LXXXVII adn. XCI.
Gratianopolitanos 152 p. LXVII.

Herbipolitanus Mp. th. 49 v. Fragm. Herbipolitani Mp. th. 49.
Herbipolitanus Mp. th. 56 p. XXXIX. XLI–XLII.

Laudunensis 129 p. XXXIX. LXXXII.
Laudunensis 130 p. LXVIII.
Laudunensis 134 p. XII adn. XXIII. XXIV. XXXIII—XXXIV. LXXXI.
Laudunensis 200 p. LXV.
Laudunensis 328bis p. LXXV.
Laurentianus Aed. Flor. eccl. 82 p. LXIII.
Laurentianus St. Crucis plut. XII 6 p. LXVII.
Laurentianus St. Crucis plut. XVII dextr. 2 p. XXVI. XXXV. XXXVIII. XLIII—XLIV. XCII.
Laurentianus St. Crucis plut. XVIII dextr. 4 p. LXVII.
Leidensis (Vossianus) Q 98 p. LXX.
Lugdunensis 608 (524) p. LXX. LXXII—LXXIII.

Marcianus 604 p. LXXII.
Marcianus 630 p. LXVIII.
Marcianus 632 p. LXVIII.
Marcianus 637 p. XXXVII. XLVIII.
Marcianus 639 p. XXXIX.
Marcianus 651 p. LXXII.
Monacensis 496 p. L.
Monacensis 6266 p. V. XI. XII—XIII. XIV. XV. XVI. XXII. XXIII. XXIV—XXV. XXVI. XXX. XXXIV. XL. XLI—XLII. XLIII—XLV. XLV—XLVIII. LI. LIV. LVII. LVIII—LIX. LXI. LXIX. LXXVI. LXXXI. LXXXVI. LXXXIX.
Monacensis 8107 (Mag. 7) p. XCII sq.
Monacensis 14491 p. LXVIII—LXIX.
Monacensis 28118 p. LXXV.
Montipessulanus 233 p. XXXIII. LXXXVII.
Mus. Brit. Add. 24902 p. LV. LVII.
Mus. Brit. Harl. 3107 p. IX. XXIII—XXIV. XXV. L. LIX. LXXV. LXXXIII adn.
Mus. Brit. Reg. 5 D VI p. XI. XIV. XXXIV. LI. LVIII.

Palatinus 202 p. LXVIII.
Palatinus 209 p. XVI—XVII. XVIII. XXIII. XXXV. LXXV.
Palatinus 210 p. XXXI—XXXII. XXXVII. XXXVIII. XLII.

Palatinus 211 p. XXXIII adn. 1. XXXVIII—XXXIX. XL. XLI—XLII. LIX. LXIX.
Parisinus 528 v. Fragm. cod. Parisini 528.
Parisinus 989 p. LIX.
Parisinus 1452 p. LXV.
Parisinus 1453 p. XLIII. LXV.
Parisinus 1454 p. LXI. LXII.
Parisinus 1455 p. LXI. LXII.
Parisinus 1546 p. LXVI.
Parisinus 1686 p. XXXII—XXXIII.
Parisinus 1790 p. LVII.
Parisinus 1798 p. XLIX.
Parisinus 1862 p. VI. IX. LVI.
Parisinus 1868 p. LI. LV adn.
Parisinus 1905 p. LXXII. LXXV.
Parisinus 1928 p. XII. XV. XXXIV.
Parisinus 1929 p. VI. XXIII. XXIV. XXVII. XXXIV. XXXVI.
Parisinus 1958 p. XVI—XVII. XVIII—XIX. XXXV. LXXV.
Parisinus 2035 p. XXXVI. LXXXII.
Parisinus 2092 p. XXXVI. XLIX.
Parisinus 2095 p. LXX. LXXII. LXXIII.
Parisinus 2101 p. LXIX.
Parisinus 2102 p. LXIX.
Parisinus 2103 p. XXXVI. LXX. LXXII.
Parisinus 2151 v. Fragm. cod. Parisini 2151.
Parisinus 2185 p. LXVII.
Parisinus 2316 p. LXV.
Parisinus 2341 p. LXXII.
Parisinus 2394 A p. LIX.
Parisinus 2715 p. XLVIII.
Parisinus 2730 p. XXXVIII.
Parisinus 2807 p. XXVI. LXX—LXXI.
Parisinus 2983 p. XXXIV. XXXV.
Parisinus 3837 p. LXV.
Parisinus 3838 p. LXV.
Parisinus 3839 p. LXV.
Parisinus 3840 p. LXV.
Parisinus 3841 p. LXV.
Parisinus 3842 A p. LXI. LXII.
Parisinus 3848 A p. LXI.
Parisinus 3852 p. LXII.
Parisinus 4278 p. LXV.
Parisinus 4883 A p. LVII.
Parisinus 9544 p. LXXII—LXXIII.
Parisinus 11641 p. XXVI. XXVIII—XXX. LVIII. LXXXVII.
Parisinus 12163 p. VI. LI—LII. LIV. LXXXII.
Parisinus 12193 p. XVI. XVII. XVIII—XIX. XXII. XXIII. XXXV. XLI. XLIV. XLVI—XLVII. LVII. LXVI adn. 2. LXXV. LXXVII. LXXXI. LXXXIV.

Parisinus 12207 XXXVII.
Parisinus 12210 p. XXXIII—XXXIV. LXX. LXXII—LXXIII.
Parisinus 12212 p. LXIX.
Parisinus 12220 p. XXXVII. XLII—XLIII. XLVIII. LXI. LXIV. LXXVI adn. LXXXVI.
Parisinus 12226 p. XVI—XVII. XVIII. XXXV. XLI. LXXV.
Parisinus 12634 p. LXXV.
Parisinus 13047 p. LII.
Parisinus 13390 p. LXVII.
Parisinus 14480 p. V. XII. XV. XVIII. XXV.
Parisinus 16860 p. LXVIII—LXIX.
Parisinus nov. acq. 1443 p. XV—XVI. XVI. XXII adn. XXXII. XLIX. LIX. LXI. LXXVII adn. 2.
Parisinus nov. acq. 1444 p. V. XI. XII. XIV. XXII. XXXVII. XXXVIII. XL. XLIV. XLVI. XLVIII. LI. LIV. LVIII. LXIX. LXXV. LXXVI. LXXXII.
Parisinus nov. acq. 1448 p. XXXI—XXXII. XXXVII—XXXVIII.
Parisinus nov. acq. 1449 p. XLIII. XLVIII. LXXII—LXXIII.
Parisinus nov. acq. 1672 p. V. XVI. XIX—XXII. XXVI—XXVII. XXXIV—XXXV. XXXVII. XLIII—XLIV. LI. LV. LVIII. LXXVII. XC. XCII. XCIII adn.

Reginensis 140 p. XLI.
Reginensis 286 p. LVII.
Reginensis 318 p. LXVIII—LXIX.
Reginensis 331 p. XXX. XXXIX. XLII. XLIX.
Reginensis 1382 p. LIX.
Rotomagensis 115 p. LXIX.

Salisburgensis X 29 p. XI. XII. XIII. XIV. XL. XLIV. LI. LVIII.
Sangallensis 29 p. LXVI.
Sangallensis 139 p. XVII adn. 4. XLIX.
Sangallensis 140 p. XXVI. LXX—LXXI.
Sangallensis 148 p. XXXIX. XLIV—XLV. XLIX. LIX.
Sangallensis 159 p. LIII.
Sangallensis 174 p. XVI—XVIII. XXXV. LXXV. LXXXIX.
Sangallensis 190 v. Fragm. cod. Sangallensis 190.
Sessorianus 97 (1542) p. LXX.

Taurinas G V 26 p. XXX.
Trecensis 5 p. LXXII—LXXIII.
Trecensis 40 p. V—VI. IX. XXIII—XXV. XXXIV. XXXVI. LXXXII. LXXXIII.
Trecensis 69 p. LXVIII. LXXII—LXXIII.
Trecensis 196 p. XII. XV.
Trecensis 201 p. XXXIX. XLIX. LXIX.
Trecensis 414 p. XXXVII.
Trecensis 804 p. XXXIX—XL.
Trecensis 813 p. XXXIX—XL.
Trecensis 2405 p. XXXII—XXXIII.

Urbinas 84 (118) p. LXVII.

Vallicellianus A 5 p. LXIII.
Vallicellianus Tom. XVIII p. XLV—XLVI. XCI.
Vaticanus 202 p. XLIII.
Vaticanus 341 p. LII.
Vaticanus 355 p. LII.
Vaticanus 445 p. LXVI.
Vaticanus 494 p. XXV.
Vaticanus 495 p. VI et adn. XXII. XXV—XXVII. XXXIV. XLIV. XLIX. LVIII. LXI. LXXI et adn. LXXXIII—LXXXIV. LXXXV et adn. XC.
Vaticanus 496 p. XXV. XXVI.
Vaticanus 499 p. V. VI et adn. XXII. XXV—XXVII. XXXIV. XLIV. XLIX. LVIII. LXI. LXXI et adn. LXXXIII—LXXXIV. LXXXV et adn. XC.
Vaticanus 503 p. LXIX.
Vaticanus 512 p. LXVIII—LXIX.
Vaticanus 1342 p. LXIII.
Vaticanus 3787 p. LXIII—LXIV.
Vaticanus 3834 p. XVI—XVII. XVIII. LXXV.
Vaticanus 4961 p. LXIII.
Vaticanus 5755 p. LXVIII.
Vaticanus 5762 p. LII.
Vercellensis 76, 46 p. LXIII.
Vercellensis 104, 47 p. LXVIII.
Vercellensis 165, 6 p. XXXIII.
Veronensis XVI 14 p. LI adn. LIII.
Veronensis XXXIII 31 v. Fragm. cod. Veronensis XXXIII 31.
Veronensis LXII 60 p. XXXIII.
Vindobonensis 322 p. LXVI. LXXI.
Vindobonensis 735 p. XLIX.
Vindobonensis 873 p. LIX—LX. XC.
Vindobonensis 875 p. XLV. LIX.
Vindobonensis 1021 p. XXXVIII.
Vindobonensis 2141 p. LXI—LXII.
Vindobonensis 2147 p. LXI—LXII.

ADDENDA.

Ad pag. L:

Quod hae epistulae omnes etiam in collectionibus Hieronymi epistularum impressis leguntur, operae pretium videtur conspectum locorum proponere, quibus singulae epistulae in novissima epistularum Hieronymianarum editione critica, quam curavit Isidorus Hilberg (CSEL vol. LIV—LVI, Vindobonae 1910. 1912. 1918), exhibentur. respondent igitur

epistulis in Augustini corpore	epistulae in Hieronymi corpore
28	56 (LIV 496 H.)
40	67 (LIV 666 H.)
67	101 (LV 232 H.)
71	104 (LV 238 H.)
73	110 (LV 356 H.)
82	116 (LV 397 H.)
166	131 (LVI 202 H.)
167	132 (LVI 225 H.)
39	103 (LV 237 H.)
68	102 (LV 234 H.)
72	105 (LV 242 H.)
75	112 (LV 367 H.)
81	115 (LV 396 H.)
123	142 (LVI 291 H.)
172	134 (LVI 261 H.)
195	141 (LVI 290 H.)
202	143 (LVI 292 H.)
74	111 (LV 366 H.)
165	126 (LVI 142 H.)
[202 A	144 (LVI 294 H.)]

Ad pag. LVIII:

Epistulae Paulini ad Augustinum 25. 30. 94. 121, ad Alypium 24, ad Romanianum 32 in editionibus Paulini (cf. G. Hartelii editio critica in CSEL vol. XXIX p. 18. 39. 379. 404. 13. 42) numeris 4. 6. 45. 50. 3. 7 signatae sunt.

SIGLORUM CONSPECTUS.

a = editio princeps Amerbachiana.
e = Erasmi editio Frobeniana.
f = editio Frobeniana altera.
l = Lovaniensium editio.
s = supplementum Vignieri.
r = Reinharti editio.
m = Maurinorum editio.
edd. = omnes epistularum editiones.
[[[[[= rasura
* = rasura unius litterae
| = finis versiculi
|| = finis paginae.

INDICES.

INDEX I.

NOMINA EORUM, AD QUOS ET A QUIBUS SCRIPTAE SUNT EPISTULAE, PRAETER IPSUM AUGUSTINUM.

[Acta ecclesiastica 213.]
Abrahae v. Petro.
Albinae 126; Albinae, Piniano et Melaniae 124.
Alypio 29. 83. 125. 227; Alypio Paulinus et Therasia 24; Alypio et Augustino Hieronymus 202; v. Innocentius; — Alypius et Augustinus Aurelio 41, Castorio 69, Iulianae 188, Naucellioni 70, Paulino 186, Paulino et Therasiae 45, Peregrino 171; v. Generoso, Innocentio, Severo.
Anapsychiae v. Marcellino.
Anastasio 145.
Antonino 20.
Apringio 134.
Armentario et Paulinae 127.
Asellico 196.
Audaci 261; —Audax 260.
Aurelio 22. 60. 174; Aurelio Alypius et Augustinus 41, Honorius et Theodosius 201; v. Innocentius. — Aurelius v. Innocentio, Marcellino, Proculo.
Auxilio 250.

Benenato 253. 254.
Bonifatio comiti 185. 185 A. 189. 220.
Bonifatio episcopo 98.

Caeciliano 86. 151.
Caelestino 18.
Caelestino 192 (diacono). 209 (pontifici Romano).
Carthaginense concilium v. concilium.
Castorio Alypius et Augustinus 69.
Casulano 36.
Celeri 56. 57.
Ceretio 237.
Christino 256.
Cillenio v. Proculo.
Cirtensibus 144.
Classiciano 250 A.
Claudio 207.
Clero, senioribus et universae plebi ecclesiae Hipponiensis 78; conclericis et universae plebi 122.
Coloniae Sufetanae v. ductoribus.
Comiti v. Deogratias.
Concilium Carthaginense Innocentio 175, Milevitanum Innocentio 176; Zertense ad Donatistas 141; — concilio Carthaginensi Innocentius 181, Milevitano Innocentius 182.
Conclericis et universae plebi 122.
Consentio 120. 205; — Consentius 119.
Cornelio 259.
Cresconio 113.
Crisimo 244.
Crispino 51. 66.
Cypriano 92 A.

Dardano 187.
Dario 229. 231; — Darius 230.
Deogratias 102; Deogratias et Theodoro et Titiano et Comiti 173 A.
Deuterio 236.
Dioscoro 118; — Dioscorus 117.

Donatistis 76. 105; ad Donatistas concilium Zertense 141.
Donato presbytero partis Donati 173.
Donato 100 (proconsuli). 112.
Ductoribus ac principibus vel senioribus coloniae Sufetanae 50.
Dulcitio 204.

Ecdiciae 262.
Eleusio v. Glorio.
Elpidio 242.
Emerito 87.
[Eraclium quando sibi successorem elegit, gesta ab Augustino confecta 213.]
Eudoxio 48.
Eufratae v. Saturnino.
Evodio 159. 162. 164. 169. v. Innocentius: — Evodius 158. 160. 161. 163; v. Innocentio.
Eusebio 34. 35.

Fabiolae 267.
Felici 252.
Felici (?) Manichaeo 79.
Felici et Hilarino 77.
Feliciae 208.
Felicibus v. Glorio.
Felicitati et Rustico 210.
Festo 89.
Florentinae 266.
Florentino 114.
Florentius v. Proculo.
Fortunatiano 148.
Fortunato 115; — Fortunatus v. Generoso.

Gaio 19.
Generoso (Constantinensi) Fortunatus, Alypius, Augustinus 53.
Generoso (Numidiae consulari) 116.
[Gesta ab Augustino confecta, quando Eraclium sibi successorem elegit 213.]
Gloria, Eleusio, Felicibus, Grammatico 43; Eleusio, Glorio et Felicibus 44.
Grammatico v. Glorio.

Hermogeniano 1.
Hesychio 197. 199; — Hesychius 198.
Hieronymo 28. 40. 67. 71. 73. 82. 166. 167; — Hieronymus 39. 68. 72. 75. 81. 123. 172. 195; Hieronymus Alypio et Augustino 202, Marcellino et Anapsychiae 165.
Hilarino v. Felici.
Hilarius (Gallus) 226.
Hilario (Syracusano) 157; — Hilarius 156.
Hilario episcopo 178.
Hipponiensi ecclesiae v. clero, plebi.
Honorato 140.
Honorato episcopo 228.
Honorato episcopo partis Donati 49.
Honorius et Theodosius augusti Aurelio 201.

Iacobus v. Timasius.
Ianuario 54. 55.
Ianuario (Donatistae) clerici catholici regionis Hipponiensium Regiorum 88.
Innocentio concilium Carthaginense 175, Milevitanum 176; Innocentio Aurelius, Alypius, Augustinus, Evodius et Possidius 177; — Innocentius concilio Carthaginensi 181, Milevitano 182; Innocentius Aurelio, Alypio, Augustino, Evodio, Possidio 183; Innocentius Aurelio et Augustino 184.
Iohanni 179.
Italicae 92. 99.
Iulianae Alypius et Augustinus 188; Probae et Iulianae 150.

Laeto 243.
Lampadio 246.
Largo 203.
Licentio 26.
Longiniano 233. 235; — Longinianus 234.

Macedonio 153. 155; — Macedonius 152. 154.
Macrobio 106. 108.
Madaurensibus 232.
Manichaeo cuidam presbytero 79; v. Felici Manichaeo.
Marcellino 133. 138. 139. 143; Marcellino Aurelius, Silvanus et universi episcopi catholici 128. 129; Marcellino et Anapsychiae Hieronymus 165; — Marcellinus 136.
Marciano 258.
Maximae 264.
Maximino 23.
Maximo (medico) Alypius et Augustinus 170. 171 A.
Maximo grammatico Madaurensi 17; — Maximus grammaticus Madaurensis 16.
Maximus et Theodorus 107.
Melaniae v. Albinae.
Memorio 101.
Mercatori 193.
Milevitanum concilium v. concilium.
Monachis 211.

Naucellioni Alypius et Augustinus 70.
Nebridio 3. 4. 7. 9. 10. 11. 12. 13. 14; — Nebridius 5. 6. 8.
Nectario 91. 104; — Nectarius 90. 103.
Nobilio 269.
Novato 84.

Oceano 180.
Olympio 96. 97.
Optato 190. 202 A.
Orontio 257.

Palatino 218.
Pammachio 58.
Pancario 251.
Pascentio 238. 239. 241. — Pascentius 240.
Paulinae 147; Armentario et Paulinae 127.
Paulino 27. 149; Paulino Alypius et Augustinus 186; Paulino et Therasiae 31. 42. 80. 95; Paulino et Therasiae Alypius et Augustinus 45; — Paulinus 121; Paulinus et Therasia 25. 30. 94; Paulinus et Therasia Alypio 24, Romaniano 32.
Paulo 85.
Pelagio 146.
Peregrino Alypius et Augustinus 171.
Petro et Abrahae 184 A.
Piniano v. Albinae.
Plebi (Hipponiensi) 268; plebi ecclesiae Hipponiensis v. clero.
Possidio 245: v. Innocentius; — Possidius v. Innocentio.
Praesidio 74.
Principibus coloniae Sufetanae v. ductoribus.
Probae 130. 131; Probae et Iulianae 150.
Proculeiano 33.
Proculo et Cillenio Aurelius, Augustinus, Florentius et Secundus 219.
Profuturo 38.
Prosper 225.
Publicolae 47; — Publicola 46.

Quintiano 64.
Quintiliano 212.
Quodvultdeo 222. 224; — Quodvultdeus 221. 223.

Restituto 249.
Romaniano 15; Romaniano Paulinus et Therasia 32.
Romulo 247.
Rustico 255; Felicitati et Rustico 210.

Samsucius v. Severo.
Sanctimonialibus 211.
Sapidae 263.
Saturnino et Eufratae 142.
Sebastiano 248.
Secundus v. Proculo.
Seleucianae 265.
Senioribus coloniae Sufetanae v. ductoribus; Senioribus ecclesiae Hipponiensis v. clero.
Severino 52.
Severo 63. 110; Severo Alypius et Augustinus et Samsucius 62; — Severus 109.
Silvanus v. Marcellino.
Simpliciano 37.
Sixto 191. 194.
Sufetanae coloniae v. ductoribus.
Theodoro 61. — Maximus et Theodorus 107.
Theodoro presbytero v. Deogratias.
Theodosius v. Honorius.
Therasiae v. Paulino; — Therasia v. Paulinus.
Timasius et Iacobus 168.
Titiano v. Deogratias.

Valentino 214. 215; [1]) — Valentinus 216.
Valerio (comiti) 200. 206.
Valerio episcopo 21.
Victoriano 111.
Victorino 59.
Vincentio 93.
Virginibus v. monachis.
Vitali 217.
Volusiano 132. 137; — Volusianus 135.

Xanthippo 65.

Zenobio 2.
Zertense concilium v. concilium.

[1]) Tertiam Augustini ad Valentinum epistulam pusillam, quam me sero cognovisse doleo, in praefationis p. XCIII addendam curavi.

Ignotum est, quis scripserit ep. 270.

INDEX II.

EPISTULARUM ORDO ANTE MAURINORUM EDITIONEM.

Maur. ed.	Ante Maur. ed.	Maur. ed.	Ante Maur. ed.	Maur. ed.	Ante Maur. ed.
1	213	34	168	67	12
2	214	35	169	68	13
3	151	36	86	69	238
4	117	37	—	70	207
5	114	38	149	71	10
6	71	39	17	72	14
7	72	40	9	73	15
8	245	41	77	74	16
9	115	42	—	75	11
10	116	43	162	76	171
11	268 (269 Reinh.*)	44	163	77	136
12	269 (270 „)	45	—	78	137
13	218	46	153	79	244
14	115	47	154	80	65
15	113	48	81	81	18
16	43	49	161	82	19
17	44	50	267 (268 Reinh.)	83	239
18	63	51	172	84	242
19	84	52	170	85	216
20	126	53	165	86	60
21	148	54	118	87	164
22	64	55	119	88	68
23	203	56	237	89	167
24	35	57	210	90	201
25	31	58	134	91	202
26	39 (40. 41)	59	217	92	6
27	32	60	76	93	48
28	8	61	223	94	249
29	—	62	241	95	250
30	33	63	240	96	124
31	34	64	235	97	129
32	36	65	236	98	23
33	147	66	173	99	133

* Epistulae 253 numero in Lovaniensium editione bis posito reliquorum deinceps numerorum 254—270 error exortus est, quem in sua editione correxit Reinhartus.

Maur. ed.	Ante Maur ed.
100	127
101	131
102	49
103	253 (254 Reinh.)
104	254 (255 „)
105	166
106	265 (266 Reinh.)
107	266 (267 „)
108	255 (256 „)
109	37
110	135
111	122
112	128
113	229
114	228
115	230
116	231
117	55
118	56
119	221
120	222. 85
121	58
122	138
123	26
124	227
125	224
126	225
127	45
128	—
129	—
130	121
131	156
132	1
133	159
134	160
135	2
136	4
137	3
138	5
139	158
140	120
141	152
142	257 (258 Reinh.)
143	7
144	130
145	144
146	—
147	112 . 181
148	111
149	59
150	179
151	259 (260 Reinh.)
152	53
153	54
154	51
155	52
156	88
157	89
158	258 (259 Reinh.)
159	100
160	246
161	247
162	101
163	98
164	99
165	27
166	28
167	29
168	—
169	102
170	66
171	220
172	30
173	204
174	272 Reinh.
175	90
176	92
177	95
178	94
179	252
180	260
181	91
182	93
183	96
184	97
184 b	—
185	50
186	106
187	57
188	143
189	205
190	157
191	104
192	62
193	—
194	105
195	25
196	200
197	78
198	79
199	80
200	—
201	—
202	24
202 b	—
203	82
204	61
205	146
206	270 (271 Reinh.)
207	—
208	209
209	261 (262 Reinh.)
210	87
211	109
212	103
213	110
214	46
215	47
216	256 (257 Reinh.)
217	107
218	208
219	—
220	70
221	273
222	274
223	275
224	276
225	277
226	278

Maur. ed.	Ante Maur. ed.
227	67
228	180
229	262 (263 Reinh.)
230	263 (264 „)
231	264 (265 „)
232	42
233	20
234	21
235	22
236	74
237	253
238	174
239	175
240	176
241	177
242	150
243	38
244	83
245	73
246	243
247	211
248	145
249	69
250	75
251	212
252	219
253	232
254	233
255	234
256	226
257	123
258	155
259	125
260	139
261	140
262	199
263	248
264	141
265	108
266	132
267	206
268	215
269	251
270	—

Ante Maur. ed.	Maur. ed.
1	132
2	135
3	137
4	136
5	138
6	92
7	143
8	28
9	40
10	71
11	75
12	67
13	68
14	72
15	73
16	74
17	39
18	81
19	82
20	233
21	234
22	235
23	98
24	202
25	195
26	123
27	165
28	166
29	167
30	172
31	25
32	27
33	30
34	31
35	24
36	32
37	109
38	243
39 (40.41)	26
42	232
43	16
44	17
45	127
46	214
47	215
48	93
49	102
50	185
51	154
52	155
53	152
54	153
55	117
56	118
57	187
58	121
59	149
60	86
61	204
62	192
63	18
64	22
65	80
66	170
67	227
68	88
69	249
70	220
71	6
72	7
73	245
74	236

Ante Maur. ed.	Maur. ed.	Ante Maur. ed.	Maur. ed.	Ante Maur. ed.	Maur. ed.
75	250	118	54	161	49
76	60	119	55	162	43
77	41	120	140	163	44
78	197	121	130	164	87
79	198	122	111	165	53
80	199	123	257	166	105
81	48	124	96	167	89
82	203	125	259	168	34
83	244	126	20	169	35
84	19	127	100	170	52
85 (fragm. op. 222)	120	128	112	171	76
86	36	129	97	172	51
87	210	130	144	173	66
88	156	131	101	174	238
89	157	132	266	175	239
90	175	133	99	176	240
91	181	134	58	177	241
92	176	135	110	178	App. 20
93	182	136	77	179	150
94	178	137	78	180	228
95	177	138	122	181. 112	147
96	183	139	260	182—197	App. 1–16
97	184	140	261	198=111	148
98	163	141	264	199	262
99	164	142	App. 17	200	196
100	159	143	188	201	90
101	162	144	145	202	91
102	169	145	248	203	23
103	212	146	205	204	173
104	191	147	33	205	189
105	194	148	21	206	267
106	186	149	38	207	70
107	217	150	242	208	218
108	265	151	3	209	208
109	211	152	141	210	57
110	213	153	46	211	247
111	148	154	47	212	251
112. 181	147	155	258	213	1
113	15	156	131	214	2
114	5	157	190	215	268
115	9. 14	158	139	216	85
116	10	159	133	217	59
117	4	160	134	218	13

Ante Maur. ed.	Maur. ed.	Ante Maur. ed.	Maur. ed.	Ante Maur. ed.	Maur. ed.
219	252	237	56	254 (255 Reinh.)	104
220	171	238	69	255 (256 „)	108
221	119	239	83	256 (257 „)	216
222 : 85	120	240	63	257 (258 „)	142
223	61	241	62	258 (259 „)	158
224	125	242	84	259 (260 „)	151
225	126	243	246	260 (261 „)	180
226	256	244	79	261 (262 „)	209
227	124	245	8	262 (263 „)	229
228	114	246	160	263 (264 „)	230
229	113	247	161	264 (265 „)	231
230	115	248	263	265 (266 „)	106
231	116	249	94	266 (267 „)	107
232	253	250	95	267 (268 „)	50
233	254	251	269	268 (269 „)	11
234	255	252	179	269 (270 „)	12
235	64	253	237	270 (271 „)	206
236	65	253 (254 Reinh.)	103		

INDEX III.

DE EPISTULARUM ORDINE ATQUE TEMPORIBUS.

Cum Augustinus ab autumno a. 386 usque ad Aprilem a. 387 in rure Cassiciaco versaretur, scriptae sunt epistulae

1. 2. 3. 4. 13.

atque epistula **1** paulo post libros contra Academicos sub finem a. 386 confectos; epistula **3** non multo post soliloquiorum libros sub initium a. 387 emissos; epistula **4** post ep. 3. — epistulam **13** eodem tempore scriptam esse omnia conveniunt et res cum Nebridio tractata de natura sensibili atque intellegibili ut in ep. 3 et 4 et quod dicit Augustinus: *Ex quo abii abs te* et *hiemales nimis longae noctes;* Nebridium enim Mediolani reliquerat, cum ipse hiemem in rure Cassiciaco transigebat.[1])

Cum ab autumno a. 388 ferme triennio apud Tagasten vitam monachorum similem degeret Augustinus, Nebridius in rure suo haud procul a Carthagine habitaret, inter eos datae sunt epistulae

5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 14.

epistula **7** respondetur epistulae **6**, epistulae 8 epistula **9**; praeterea epistula 7 memoratur in ep. 9. — epistula **10** et **11** eo inter se iunctae videntur, quod in utraque sermo est de desiderio una vivendi. — quod est in ep. **12** *sermocinationum nostrarum*, id significare videtur ep. 11 c. 2—4. — in ep. **14** p. 34, 10—12 tangit Augustinus quaestionem de homine Christo a Nebridio propositam, quae fusius explicata est epistula 11.

Eidem tempori, antequam Augustinus presbyter factus est, adscribendae sunt epistulae

15. 16. 17. 18. 19. 20.

epistula **15** scripta est, cum in eo esset, ut Augustinus librum de vera religione Romaniano mitteret, quem librum a. 389—390 composuerat. — epistulam **17**, qua respondetur epistulae **16**, scriptam esse veri simile est ante legem de prohibendo idolorum cultu pridie Kal. Mart. a. 391 latam. — epistula **18** data est confectis aliquot adversum Manichaeos libris, qui quin eidem fuerint atque opus libris quinque confectum vel Pentateuchus, quae in ep. 24 p. 74, 14 et in ep. 25

[1]) Maurini hanc epistulam in secessu Tagastensi a. forte 389, certe ante a. 391 scriptam esse censuerunt.

p. 78, 12 et 79, 17 memorantur, non est, quod dubitemus, id est 'de moribus ecclesiae catholicae et de moribus Manichaeorum' libri duo, 'de genesi contra Manichaeos' libri duo, 'de vera religione', qui omnes a. 388—390 scripti et una editi esse videntur; praeterea epistulae **18. 19. 20** in omnibus codicibus iunctae sunt et inter epistulas huius aetatis traditae, ad quas etiam similitudine quadam accedunt.

Ab anno 391 ineunte ad exeuntem annum 395, cum Augustinus presbyter erat Hipponiensium Regiorum, scriptae sunt epistulae

21—30.

epistula **21** Augustinus *parvum tempus velut usque ad pascha* a Valerio episcopo impetrare voluit, ut ad subeundum presbyteri officium praeparare se posset; scripta est igitur a. 391 aliquanto ante pascha. — epistulam **22** ad Aurelium, episcopum Carthaginensem, de opprimendis in ecclesiis et cimiteriis comissationibus et ebrietatibus scripsit, cuius mali tantam esse pestilentiam, *ut sanari prorsus nisi concilii auctoritate non possit.*[1]) neque frustra fuisse videtur eius conatus; in concilio enim Hipponiensi VIII Id. Octobris a. 393 habito placuit, *ut nulli episcopi vel clerici in ecclesia conviventur, nisi forte transeuntes hospitii illic necessitate reficiant; populi etiam ab huius modi conviviis, quantum potest fieri, prohibeantur.*[2]) scripta est igitur epistula paulo ante illud concilium circa a. 392. — epistula **24** et **25** altera ad Alypium altera ad Augustinum data est a Paulino presbytero, postquam ex Hispania in Italiam transgressus relictis omnibus bonis voluntaria paupertate a. 394 Nolae consederat;[3]) utraque epistula eisdem diebus scripta est ante hiemem[4]) a. 394 atque epistula 25 prior;[5]) Augustini responsum habet epistula **27**, quae nondum in Paulini manus pervenerat, cum ille impatiens data occasione alteram epistulam, id est ep. **30** ad Augustinum misit. — simul cum ep. 27 scripta esse videtur epistula **26** et eidem perlatori Romaniano data, qui eam Licentio filio redderet, prius autem una cum Licenti carmine Paulino legendam proponeret.[6]) — epistulam **28** adhuc presbyterum se ad Hieronymum mittendam praeparavisse ipse Augustinus dicit in ep. 71 p. 249, 13—14. accedit, quod p. 104, 2—3 Alypius *beatissimus nunc episcopus* appellatur. unde efficitur scriptam esse hanc epistulam a. 394 aut 395. quam cum is, cui data est, ne perferret, impediretur,[7]) evenit, ut nisi multis annis post ab

[1]) p. 57, 22; cf. p. 55, 21.
[2]) Mansi concil. coll. III p. 923 C.
[3]) p. 76, 13—19; 81, 14—18. [4]) p. 123, 9—10. [5]) p. 74, 18.
[6]) p. 99, 10—14; 102, 5—7.
[7]) II p. 249, 15—250, 3; 255, 12—256, 1.

Augustino iterum missam Hieronymus non acceperit neque ante respondere potuerit, quam scripsit epistulam 75. — epistula **29** Augustini ad Alypium cum scribebatur, Alypius iam aliquamdiu erat episcopus Tagastensium; [1]) episcopus autem factus est a. 394 aut 395 ante quam Augustinus.[2]) qua epistula de tumultu agitur, qui inter Hipponienses sollemnitatis causa exortus erat, cum quae convivia in ecclesiis agitari solebant, tum ex concilii Hipponiensis decreto prohiberentur. sollemnitas autem, ut ex epistulae titulo comperimus, die natali Leonti fuit, qui celebrabatur IV Non. Maias.[3]) Alypium igitur, qui ante ipsum tumultum Hippone fuerat,[4]) Augustinus, quid post eius discessum accidisset, certiorem facit. quae si reputaverimus, concludere non dubitabimus Alypium a. 494 episcopatum inisse; mense Aprili a. 495 Hippone cum Augustino versatum esse; unde cum discessisset, quam primum, qua ratione interim declinatum esset illius sollemnitatis periculum, hac Augustini epistula accepisse.

Epistulae **33** et **36** utrum a presbytero an ab episcopo Augustino scriptae sint, haud satis constat. id quidem certum est illam vivo etiam tum episcopo Valerio,[5]) id est non post a. 396, quo ille videtur decessisse,[6]) scriptam esse; in hac autem Augustinus de Ambrosio episcopo ut de homine vivo loquitur; [7]) mortuus est autem Ambrosius pridie Non. Aprilis a. 397.

Episcopus designatus est Augustinus a. 395 imminente Christi die natali.

In ep. **31** p. 4, 11—12 Augustinus Paulinum et Therasiam certiores facit coepiscopatus sarcinam sibi inposuisse Valerium simulque mittit libros de libero arbitrio [8]) a. 395 confectos. scripta est igitur haec epistula exeunte a. 395 aut ineunte a. 396.

Epistula **32** superiorem quam brevissimo temporis spatio subsecuta est; postridie enim, quam epistulam 31 acceperunt, Paulinus et Therasia novam Augustini dignitatem Romaniano rettulerunt (c. 1 et 2).

Epistula **34** et **35** Eusebio inscriptae sunt atque posterior responsum habet ad ea, quae Eusebius priori responderat; hoc Eusebi responsum non extat. igitur cum tempore non multum distare vide-

---

[1]) Cf. epistulae titulum — inscriptio enim deest — et ipsius epistulae p. 122, 16—18.

[2]) Baron. ann. eccl. IV p. 700 D.

[3]) Rauschen, Jahrbücher der christl. Kirche p. 459.

[4]) p. 114, 13—17. [5]) p. 21, 15.

[6]) Gams, series episcoporum p. 466.

[7]) p. 62, 3—4; cf. p. 161, 2. [8]) p. 7, 2—6.

antur et Augustinus p. 26, 21 episcopatus se appellet tironem, utramque primis episcopatus annis esse attribuendam apparet.

Epistulam **37** scripsit Augustinus, cum libros duos de diversis quaestionibus ad Simplicianum mitteret eique commendaret. quos libros a. 397 confectos esse non est quod dubitemus.

Epistula **38** scripta est *dies ferme viginti quattuor a depositione corporis* Megali, Numidiae primatis,[1]) id est circa medium fere annum 397. etenim in concilio Carthaginensi V Kal. Septembris a. 397 habito Aurelius litteras a Crescentiano ad se datas proposuit, in quibus ille se Numidiae primatem factum esse significavisset.[2]) Megalius igitur paulo ante erat defunctus.

Epistula **39** Hieronymi et **40** Augustini eodem fere tempore sunt scriptae. in utriusque enim initio sermo est de epistula quadam, quam Hieronymus pro salutatione ab Augustino in alterius epistula subscripta reddiderat, quae epistula non amplius extat. atque Hieronymus anno praeterito eam se misisse dicit, Augustinus pro accepta gratiam refert neque vero simul epistulae 39 mentionem facit, quo hanc epistulam tum nondum ad eum pervenisse concludi potest. praeterea epistula 39 Augustino iam episcopo scripta est, cum eodem nomine sicut Alypius episcopus appelletur papa, et primam fuisse epistularum ab Hieronymo ad Augustinum missarum, quae quidem ad nostram memoriam manserunt, eo apparet, quod nullum in ea est vestigium illius offensionis Augustini epistula 40 concitatae, cum epistulae, quas deinceps Hieronymus ad Augustinum scripsit, 68, 72, 75, 81 omnes ea sint refertae. quonam autem tempore confecta sit epistula 40, perspicuum praebet indicium Hieronymus in epistula 72 a. circiter 403—404 scripta, cum dicit fratrem Sisinnium *eam in insula Hadriae ante hoc ferme quinquennium reperisse*,[3]) id est anno ferme 398. etenim epistula 40 simili fortuna usa est atque epistula 28 neque ad Hieronymum pervenire potuit[4]) sed Romam ablata est et in Italiam, ubi in insula aliqua Hadriae Sisennius eam describendam curavit et exemplar sine subscriptione ad Hieronymum pertulit.[5]) flagitante demum Hieronymo, ut eadem epistula Augustini subscripta manu sibi mitteretur,[6]) Augustinus, sicut iam ante decreverat,[7]) hanc una cum 28 iterum misit et Hieronymus ad ea, quae ille reprehenderat, longiore epistula 75 respondit. scriptae igitur sunt epistulae 39 et 40 a. circiter 396 aut 397 vel potius 397: nam cum Hieronymus in epistula 39 Augustino de episcopatus honore gratulatus non sit, consentaneum est, quod Maurini

---

[1]) p. 65, 11—13. [2]) Mansi concil. coll. III p. 733 B.
[3]) p. 256, 5—7. [4]) p. 268, 9—269, 3; 383, 5—14.
[5]) p. 255, 10—12; 256, 3—7. [6]) p. 257, 11—12.
[7]) p. 249, 7—9; 13—250, 4.

censuerunt, id eum fecisse in ea epistula, quam anno praeterito se misisse dicit, qui annus nisi 396 esse non potuit.

Epistula **41** Alypius et Augustinus episcopi gratias agunt Aurelio episcopo, quod presbyteris, sermones ad populum praesente episcopo ut haberent, concessisset. itaque cum Possidius in c. V vitae Augustini tradat episcopum Valerium idem Augustino concessisse dicens: *Eidem presbytero potestatem dedit coram se in ecclesia evangelium praedicandi ac frequentissime tractandi contra usum quidem et consuetudinem Africanarum ecclesiarum, unde etiam ei nonnulli episcopi detrahebant,* quis dubitabit, quin Aurelius Valeri exemplo commotus illud fecerit? quod si ita se habet, epistulam paulo post, quam Augustinus episcopatum inierat, scriptam esse dicemus.

Epistula **42** ad Paulinum et Therasiam data Augustinus conqueritur, quod iam diu nullam ab eis accepisset epistulam: *Quid est, qui duas aestates easdemque in Africa sitire cogamur?* [1]) novissimam autem epistulam, id est ep. 30 Paulinus a. 395 ad Augustinum miserat; itaque hanc aestate anni 397 scriptam esse efficitur.

Epistulam **43** Augustinus ad Glorium, Eleusium, Felices, Grammaticum Donatistas, ut ea, quae in disputatione cum eis habita egerat, denuo breviter dissereret, misit florente etiam tum Optati Tamugadensis episcopi Donatistae Gildoniani potentia,[2]) quae Gildone seditionis in Africa auctore a. 397 condemnato et a. 398 devicto atque interfecto dilapsa est. cum hac temporis descriptione congruit, quod c. 26 Augustinus de discidio inter ipsos Donatistas orto loquitur et consentaneum fuisse videtur etiam commemorare, quantis id damnis Optati Tamugadensis interventu a. 397 esset compositum. quod cum factum non sit, epistulam ante illud tempus intra a. 396 et ineuntem 397 esse scriptam veri simile est.

Ad idem tempus spectat epistula **44**, quoniam Ambrosius, episcopus Mediolanensis, qui pridie Non. Aprilis a. 397 decessit, p. 115, 9 ita commemoratur, ut eum tum in vita fuisse recte possit concludi.[3]) data est autem haec epistula ad eosdem Donatistas, ad

[1]) p. 84, 8.

[2]) p. 106, 8—9.

[3]) Cf. ep. 36 p. 62, 3 et ep. 54 p. 161, 2. igitur conloquium cum Fortunio accidisse videtur paulo post, quam Augustinus episcopatum erat adeptus, ineunte forte a. 396, cum ad episcopi ordinationem Cirtam pergeret. ordinandus vero episcopus non fuit successor Profuturi, Fortunatus, id quod Maurini censuerunt, sed ipse Profuturus, qui postquam sub finem fortasse anni 395 ab Augustino presbytero epistulam 28 ad Hieronymum perferendam accepit, cum proficisci pararet, episcopus Cirtensium factus et brevi defunctus est (p. 249, 15—250, 3). quae si ita se habent, fieri potuit, ut Fortunatus eodem tempore, quo Megalius, episcopus Calamensis, mortuus est, id est

quos epistula 43, ad Eleusium, Glorium, Felices, quibuscum Augustinus conloquii eventum communicat, quod in itinere, cum ad episcopum ordinandum Cirtam pergeret, Tubursicu cum Fortunio episcopo Donatista habuerat; laudat Fortuni facilitatem humanitatemque et viam inventam esse sperat, qua miserum illud discidium sanari posset; commonerent itaque episcopum suum, quae in conloquio promisisset, et, ut res coepta perageretur, gnaviter instarent; [1]) denique locum proponit, quo iterum convenire et susceptum tam magnum negotium conficere possent; rescriberent sane, quid de hac re vel ipsis vel illi videretur.[2]) quae cum ita sint, non est quod dubitemus, quin disputatio, quam cum Glorio, Eleusio, Felicibus habitam esse ex epistula 43 cognovimus, quamvis Fortunius ibi non nominetur, sive particeps fuerit sive non fuerit, ea ipsa sit, quae ut confieret, in extrema epistula 44 ab eisdem Donatistis, Glorio, Eleusio, Felicibus flagitat Augustinus. cui sententiae etiam ipsae epistulae suffragantur. etenim in epistula 44 magnam ostendit liberalitatem benignitatemque, Donatistas ad restituendam concordiam paratos esse laetatur, id unum agit, ut opportunum illud tempus ne praetermittat; in epistula 43 autem post disputationem, in qua frustra operam consumpsisse videtur, quanta esset Donatistarum iniuria, magna cum severitate ac tristitia denuo exponit eosque, ut ad ecclesiam catholicam redirent, hortatur; quod qua animi affectione fecerit, extrema verba satis demonstrant: *Erit autem*, inquit, *vobis hic sermo correctio, si velitis, testis vero, etsi nolitis.*[3]) erravisse igitur Maurinos in harum epistularum ordine et epistulam 43 post epistulam 44 ponendam esse nemo non concedet.

Epistula **45** p. 122, 5: *Ecce per totum biennium, ex quo Romanus et Agilis ad vos remeaverunt, nullas a vobis litteras sumpsimus.* Romanus et Agilis epistulam 30 a Paulino ad Augustinum pertulerant [4]) et paulo post accepto Augustini responso ad Paulinum redierant.[5]) quod cum accidisset circa finem a. 395 aut initium a. 396, hanc epistulam ineunte fere a. 398 scriptam esse apparet.

Epistula **46** Publicolae ad Augustinum episcopum et **47**, quae Augustini habet responsum, scriptae sunt inter a. 396 et 399, quippe cum de idolorum sacrificiis sermo sit ita, ut eorum usum etiam tum publicum fuisse perspiciamus necdum cognitam legem XIII Kal.

---

sub medium a. 397 Profuturo succederet itaque Possidio, Megali successori, episcopatus dignitate praestaret (cf. ep. 176 p. 663, 5), id quod Maurinos in describendo harum epistularum tempore perturbavit (cf. Migne patrol. lat. XXXIII p. 21, 22—37).

[1]) p. 120, 19—21. [2]) p. 121, 8—25.
[3]) p. 109, 10—12; cf. p. 86, 18. [4]) ep. 30 p. 125, 1.
[5]) ep. 31 p. 2, 6; 23.

Septembris 399 proconsuli Africae missam, qua, illa sacrificia ne fierent, interdictum est.[1])

Epistula **48** p. 139, 26: *Nunc fratres, qui venerunt a vobis Eustasius et Andreas bonum Christi odorem de vestra sancta conversatione ad nos adtulerunt, quorum Eustasius in eam requiem praecessit, quae nullis fluctibus sicut insula tunditur, nec Capraria desiderat, quia nec cilicio iam quaerit indui.* quorum virorum in Africam adventus si factus est in expeditione, qua Mascezel ad opprimendam seditionem Gildonianam profectus *Capraria insulam adiit, unde secum sanctos servos dei aliquot permotos precibus suis sumpsit,*[2]) haec epistula Gildone a. 398 superato, cum Andreas Capraria reverteretur, scripta est.

Epistula **49** episcopi Augustini ex eo genere est, de quo in epistula 43 p. 85, 19 dicit: *Unde factum est, ut etiam ad nonnullos Donatistarum primarios scriberemus non communicatorias litteras sed privatas,* velut ep. 23. 33. 43. 44. 51. 52. 56. 57. 66. 87. 93. 106. 108, quarum postrema ex anno 410 esse videtur. itaque cum tempus accuratius describi non possit, eam intra annos 396 et 410 cadere censebimus.

Epistula **50** Augustinus loquitur de tumultu, qui ob eversum Herculis simulacrum in colonia Sufetana modo erat exortus. quod si subsecutum est illam legem, qua a. d. VI Id. Iul. a. 399 data paganorum templa ut diruerentur, praeceptum erat,[3]) haec epistula haud multo post scripta esse videtur.

Epistula **51** scripta est mortuo Optato Tamugadensi,[4]) qui paulo post Gildonis seditionem a. 398 oppressam in carcere interfectus est, et vivo etiam tum Praetextato Assuritano,[5]) quem Augustinus in extremo libro III contra epistulam Parmeniani[6]) nuper defunctum esse dicit. quod opusculum cum a. 400 confectum esse constet, hanc epistulam intra a. 399 et 400 scriptam esse efficitur.

De epistula **52** idem dici potest atque de ep. 49, nisi quod tum iam extincta fuisse videtur decennalis (a. 388—398) Optati Tamugadensis potentia.[7])

Epistula **53** scripta non est ante annum 398, quo Anastasius episcopatum Romae iniit,[8]) neque post annum 400, quo Praetextatum Assuritanum diem supremum obiisse modo diximus; etenim tum eum vixisse ex p. 157, 3—15 patet.

Epistulas **54** et **55** Augustinus ipse in opusculorum suorum ordine inter libros septem de baptismo et librum de opere monacho-

---

[1]) Theodos. lib. XVI 10, 17 et 18. [2]) Oros. hist. VII 36, 5.
[3]) Theodos. lib. XVI 10, 16. [4]) p. 147, 4.
[5]) p. 147, 14—19. [6]) Migne patrol. lat. XLIII p. 108, 29.
[7]) p. 151, 11—13; cf. p. 106, 6—9. [8]) p. 154, 8.

rum posuit,[1]) quod utrumque opusculum anno 400 exaravisse existimatur.

Epistulae **56** et **57** non certiorem temporis descriptionem admittunt quam ep. 49, quippe cum Augustinus episcopus Celerem quendam Donatistam, virum primarium, qui postea a. 429 pro consule in Africa fuit, cum eius amicis et scripta suppeditans, quae in Donatistas composuerat, et conloquia offerens ab illo errore revocare conetur.

Epistulam **58** Augustinus Romam ad Pammachium senatorem [2]) ut mitteret, dedit quibusdam fratribus, qui ut de haereticorum insidiis conquererentur, eo erant profecturi. *insidias*, dicit in extrema epistula, *quas ipsi haeretici distorto corde moliuntur, quoniam risi eos arbitratos valere aliquid in possessione Christi animo tuo, nec scribere volui; audies tamen haec a fratribus meis, quos plurimum commendo eximietati tuae.* qui fratres cum concilii alicuius legati fuisse videantur, Maurini de concilio Carthaginensi anno 401 habito cogitabant. illo autem anno duo erant concilia alterum XVI Kal. Iulias, cui legationem ad Anastasium, episcopum Romanum mittere placuit, alterum post tres menses Idibus Septembribus, postquam legati cum Anastasi responso reverterunt.[3]) epistulam igitur Augustinus si his legatis tradidit, circa mensem Iulium a. 401 id eum fecisse perspicuum est. verum tamen ex aliis quoque conciliis Carthaginensibus a. 404. 407. 408 legationes de eadem Donatistarum causa in Italiam missae sunt,[4]) quarum item rationem habere possimus; anno autem 410 Pammachius mortuus est.

Ex epistula **59** comperimus contentionem tunc fuisse inter Victorinum et Xanthippum episcopos, cum uterque primatum Numidiae vindicaret. Xanthippus autem in synodo Milevitana VI Kal. Septembris a. 402 habita cum *episcopus primae sedis Numidiae appelletur*,[5]) hanc epistulam ante scriptam esse apparet neque vero multo ante, quoniam Augustinum iam per aliquot annos episcopum fuisse ex ipsa epistula cognoscitur.[6])

In epistula **60** ad Aurelium episcopum data agitur de duobus fratribus, qui monasterio sua sponte deserto ad Aurelium pervenerant, ut in clerum reciperentur. quorum alter cum iam ordinatus esset, antequam de hac re aliquid in concilio Idibus Septembribus a. 401 Carthagine habito statueretur,[7]) de altero Augustinus senten-

---

[1]) Rectract. II 20. [2]) p. 217, 14; 218, 7.
[3]) Hefele, Conciliengeschichte [2] II p. 80—82.
[4]) Hefele, Conciliengeschichte [2] II p. 98. 100. 102.
[5]) Mansi concil. coll. III p. 783 C. [6]) p. 219, 17.
[7]) p. 222, 8. statutum est autem, *ut si quis de alterius monasterio susceptum vel ad clericatum promovere voluerit vel in suo*

tia sua graviter exposita sperare se dicit Aurelium facturum, quod membris ecclesiae salubre perspexisset. epistula igitur non multo post illud concilium scripta est, id quod etiam ex primis eius verbis: *Litteras nullas tuae venerabilitatis, ex quo ab invicem corporaliter digressi sumus, accepi,* conici potest.

Epistula **61** Theodoro presbytero interroganti, quo modo suscipiendi essent clerici ex parte Donati, si vellent esse catholici, Augustinus respondet sic eos se suscepturum, ut non solum baptismum Christi, quem accepissent, ipsum haberent sed etiam honorem pactimonii et continentiam.[1]) cuius rei potestatem habuit concilii Idibus Septembribus a. 401 Carthagine habiti decreto, quo, si qui clerici Donatistae correcto consilio ad catholicam unitatem transire vellent, secundum uniuscuiusque episcopi catholici voluntatem atque consilium, qui in eodem loco gubernaret ecclesiam, si hoc paci Christianae prodesse visum esset, in suis honoribus susciperentur.[2]) itaque et interrogatio et responsum ad proximum post illud concilium tempus spectant.

In epistula **62** et **63** Timothei causa agitur, qui cum Severo, episcopo Milevitano iuravisset se ab eo omnino non recessurum, postea in dioecesi Hipponiensi apud Subsanam diaconus ordinatus est. quam ob rem cum irasceretur Severus, Augustinus una cum Alypio Tagastensi et Samsucio Turrensi episcopo eum placare conatus est et, cum ille satis acriter respondisset,[3]) altera epistula exponit praeter suum consilium et voluntatem ordinatum esse Timotheum. itaque se illius voluntati iam obtemperavisse atque Timotheum remisisse. ceterum considerandum esse Timotheum iam ante, quam illud ius iurandum dedisset, lectorem fuisse in dioecesi Hipponiensi, quoniam et Subsanae et in aliis civitatibus legisset; par igitur esse a Severo idem fieri, quod ipse fecisset, et Timotheum sibi remitti. ex qua Augustini argumentatione epistularum tempus constitui videtur posse. etenim cum in concilio Milevitano a. d. VI Kal. Septembris a. 402 habito decretum sit, *ut quicumque in ecclesia vel semel legerit, ab alia ecclesia ad clericatum non teneatur*,[4]) facile concludas Timothei causam huius decreti ansam dedisse neque multo ante scriptam esse utramque epistulam.

In epistula **64** p. 231, 14—17 loquitur Augustinus de recenti concilio, quo statutum esset, ut, de aliquo monasterio qui recessissent

monasterio maiorem monasterii constituerit, episcopus, qui hoc fecerit, a ceterorum communione seiunctus suae tantum plebis communione contentus sit (Mansi concil. coll. III p. 779 D).

[1]) p. 222, 18—19; 224, 15—17.

[2]) Mansi concil. coll. III p. 771 E; 774 A—B.

[3]) p. 226, 19—26.

[4]) Mansi concil. coll. III p. 787 C.

vel proiecti fuissent, non fierent alibi clerici aut praepositi monasteriorum. quod cum, ut supra ad ep. 60 adnotavimus, Idibus Septembribus a. 401 in concilio Carthaginensi factum sit atque illud concilium recens appelletur, hanc epistulam brevi post scriptam esse efficitur, certe ante concilium Milevitanum, quod insecutum est VI Kal. Septembris a. 402. neque enim ea, quae sunt in p. 231, 20—25 ita scripsisset Augustinus, si antecessisset illud decretum concilii Milevitani de lectoribus, quod modo ad superiorem epistulam commemoravimus.

Epistula **65** p. 233, 21: *Audivi causam eius, cum centum dies essent ad dominicum paschae, qui futurus est VIII Id. Aprilis.* centesimus dies ante VIII Id. Aprilis est V Kal. Ianuarias; scripta est igitur epistula intra diem V Kal. Ianuarias et VIII Id. Aprilis mense Ianuario aut Februario aut Martio atque eo anno, quo dies dominicus paschae erat VIII Id. Aprilis, quem annum 402 fuisse temporum computatores confirmant.[1])

Mappaliensium rebaptizatio, quae Augustinum, ut epistulam **66** ad Crispinum, Calamensem episcopum Donatistam, mitteret, permovit, quando facta sit, accurate definiri non potest. dicit tamen Augustinus de ea re in libro II contra litteras Petiliani c. 83: *Quid nuper, quod ipse adhuc lugeo, nonne Crispinus vester Calamensis, cum emisset possessionem et hoc emphyteuticam, non dubitavit in fundo catholicorum imperatorum, quorum legibus nec in civitatibus esse iussi estis, uno terroris impetu octoginta ferme animas miserabili gemitu mussitantes rebaptizando submergere?*[2]) qui liber exaratus esse videtur a. 401.[3])

Epistulam **67** Augustinus per Asterium hypodiaconum, qui iterum[4]) in Palaestinam proficiscebatur, ad Hieronymum misit[5]) atque Hieronymus epistula **68** respondit eamque epistulam eidem Asterio in Africam revertenti ad Augustinum perferendam dedit.[6]) cuius epistulae in parte extrema Hieronymus Rufinum maledicum sibi misisse opusculum[7]) conqueritur, sed ipsum iam breviter ex parte respondisse[8]) dicit et eius libelli exemplum una cum epistula se mittere latius opus, cum opportunum esset, primo missurum tempore. Rufini autem maledicta conscripta esse dicuntur a. 400 aut 401, Hieronymi responsio prior a. 402; tempore, quod inter hanc et

---

[1]) Mas Latrie, Trésor de Chronologie p. 107.
[2]) Migne patrol. lat. XLIII p. 316, 39—317, 2.
[3]) Ribbeck, Donatus und Augustinus, Elberfeld 1858, p. 391.
[4]) p. 67, 4. [5]) p. 240, 4—5. [6]) p. 264, 2—4.
[7]) Rufini apologiae in Hieronymum libri duo (Migne patrol. lat. XXI p. 541—624).
[8]) Hieronymi apologiae adversus libros Rufini libri duo (Migne patrol. lat. XXIII p. 397—456).

latius opus, quod Augustino promittit neque multo post composuit,[1]) intercedebat, epistula 67 et 68 missae sunt.

Maximianus, Bagaiensis episcopus, cum ob varia incommoda episcopatu se abdicavisset, Augustinus et Alypius epistula **69** eius fratrem Castorium exhortabantur, ut ipse in fratris locum succederet. illa autem Maximiani abdicatio eo potissimum orta esse videtur, quod in actis concilii Milevitani VI Kal. Septembris a. 402 habiti legimus: *De Maximiano autem Bagaiensi et ad eum et ad ipsam plebem placuit de concilio litteras dari, ut et ipse ab episcopatu discedat et illi sibi alium requirant.*[2]) quae cum ita sint, Augustini et Alypi epistulam paulo post illud concilium scriptam esse apparet.

De tempore epistulae **70** nihil aliud statui potest nisi eam scriptam esse, posteaquam a. 397 Felicianus Mustitanus ex Maximiani schismate in integro rursus episcopatus sui honore a Donatistis receptus est, id quod in epistula disputatur, vel, si quid ex silentio conicere licet, post a. 400, quo Praetextatus Assuritanus mortuus esse videtur,[3]) quippe qui in eadem condicione fuerit qua Felicianus, in superioribus epistulis 51 et 53 semper una cum Feliciano nominetur, in hac vero epistula ut in epistula 76 sileatur. quando autem post illud tempus scripta sit, cum omni indicio careat, praeterquam quod recentem eius rei memoriam significare videatur, frustra perquiras.

Epistulam **71** Augustinus Cypriano diacono ad Hieronymum perferendam dedit sperans eum Hieronymi responsum esse relaturum;[4]) ipsum enim duas iam epistulas misisse, nullam autem Hieronymi postea recepisse; easdem ipsas igitur rursus se mittere velle credentem eas non pervenisse; primam etiam, quam etiam tum presbyter praeparavisset, sed perlatoris causa mittere nequivisset, tunc mittere velle.[5]) quae tres epistulae sunt epistula 28. 40. 67. Augustinus igitur cum scriberet epistulam 71, nondum habebat epistulam 68, sicut Hieronymus cum scriberet epistulam 68, respondebat epistulae 67 neque dum noverat epistulam 71. itaque epistulas 71 et 68 simul in via fuisse et eodem fere tempore scriptas esse intellegitur, id est a. 202—203.

Deinde id, quod Augustinus speraverat, evenit: Cyprianus epistulam 71 Hieronymo reddidit et Hieronymus respondens epistu-

[1]) Liber tertius vel ultima responsio Hieronymi adversus scripta Rufini (Migne patrol. lat. XXIII p. 457—492).

[2]) Mansi concil. coll. III p. 787 A.

[3]) Augustinus in libro de unitate ecclesiae, quem anno 402 adtribuere solent: *Nonne Praetextatus Assuritanus, in quo damnatus erat honore, susceptus et in vestra communione defunctus est?* (Migne patrol. lat. XLIII p. 426, 39—43).

[4]) p. 248, 5—249, 1. [5]) p. 249, 8—250, 4.

lam **72** scripsit, quam idem Cyprianus in Africam rediens ad Augustinum perferret. quo facto cum etiam epistulae 28 et 40, quas Augustinus mittere se velle dixerat neque vero una cum epistula 71 miserat,[1] in Hieronymi manus pervenissent, Hieronymus confestim ad ea, quae Augustinus in illis epistulis iuvenili quodam ardore ductus ei exprobraverat, epistula **75** satis longa respondit eamque epistulam eidem Cypriano dedit.[2]) quae dum geruntur, Augustinus quo epistulae 68 responderet, epistulam **73** scripsit[3]) et ad Hieronymum mittendam curavit, priusquam Cyprianus ad eum rediit.[4]) itaque perlator epistulae 73 et Cyprianus cum epistulis 72 et 75 simul in itinere fuisse et illae tres epistulae intra breve temporis spatium a. 403—404 scriptae esse videntur. cum qua temporis descriptione congruit, quod est in epistula 75 p. 289, 15: *Quid dicam de Iohanne, qui dudum in pontificali gradu Constantinopolitanam rexit ecclesiam?* amotus est enim ab episcopatu Iohannes Chrysostomus medio anno 403.

Lecta epistula 68 cum perspexisset Augustinus, quanta offensione Hieronymum affecisset, non satis habuit quam primum epistula 73 id, quod peccavisset, corrigere, sed etiam Praesidi auxilium imploravit eique illam epistulam tradidit rogans, ut ipse eam Hieronymo mitteret suisque litteris adiuvare non gravaretur. id factum est epistula **74** simul cum epistula 73 scripta.

Epistula **76** scripta est non multo post concilium VIII Kal. Septembris a. 403 Carthagine habitum. in quo concilio cum decretum esset, ut Donatistarum episcopi convenirentur et ad conlationem provocarentur, qua, quicquid quaestionis esset, quod illorum a catholicis separaret communionem, cum pace disputaretur et tandem aliquando finem veternosus error acciperet,[5]) illi responderunt *verbis dolo, maledictione, amaritudine plenis*[6]) et Proculeianus, episcopus Donatista Hipponiensis, cum primo dixisset episcopos partis suae concilio facto, quid respondere deberent, deliberaturos esse, deinde omnem pacificam conlationem recusavit.[7]) qua re Augustinus hac epistula ipsam Donatistarum plebem appellat et, quo cognoscerent, quae eorum episcopi disputare nollent, discidii causam breviter exponit; *vobis laicis*, dicit in extrema epistula, *ad ista respondeant episcopi vestri, si nobiscum loqui nolunt; si lupi concilium fecerunt, ut pastoribus non respondeant, qua re oves consilium perdiderunt, ut ad luporum speluncas accedant?*

---

[1]) cf. p. 257, 11—12. [2]) p. 381, 5—6; 387, 6.
[3]) p. 264, 2—4. [4]) p. 263, 4—6.
[5]) Mansi concil. coll. III p. 791 C—794 C.
[6]) cf. Aug. contra Cresconium l. III c. 45 (Migne patrol. lat. XLIII p. 523, 6—21).
[7]) ep. 88 p. 413, 8—16.

Epistula **77** et **78** eo inter se iunctae sunt, quod in utraque Bonifati et Spei causa tractatur. atque prior est epistula 77, quoniam in hac Augustinus Bonifati nomen de numero presbyterorum neque delere neque supprimere se audere dicit,[1]) in illa vero addit se non adversari, si placeret, ut nomen eius ex clericorum tabula non recitaretur.[2]) tempus autem epistularum eo circumscribi potest, quod legimus in p. 342, 9—12, ubi de lapsu duorum diaconorum disseritur, qui ex parte Donati venerant atque ex disciplina Proculiani, episcopi Donatistae Hipponiensis. illi enim diaconi ab Augustino in suo quisque honore suscepti sunt, id quod ex decreto concilii Carthaginensis Idibus Septembribus a. 401 habiti unicuique episcopo suo arbitratu facere permissum est[3]) et Augustinus in epistula 61 p. 224, 14—17 se facturum esse pronuntiavit; et Proculianus non infra a. 408 mortuus est.[4]) itaque epistulae scriptae sunt intra a. 401—408.

Epistula **79** sine inscriptione nobis tradita non habet nomen eius, ad quem data est, sed Manichaeum fuisse, quem Augustinus ad disputationem provocat, quamquam ipsius provocationis verba interciderunt, satis patere videtur; nam *si paratus es*, inquit, *solve quaestionem, in qua defecit praecessor tuus Fortunatus;* Fortunatus autem Manichaeus publica disputatione devictus est ab Augustino presbytero a. d. V et IV Kal. Septembris a. 392 Hippone Regio. qua re cum a. 404 a. d. VII et pridie Id. Decembris Augustinus disputaret cum Felice Manichaeo, dubitari non potest, quin haec epistula ad Felicem missa sit, qua ad disputandum eliceretur. accedit, quod in Retractationum quoque l. II c. 8 Felix cum Fortunato comparatur atque illo versutior dicitur et id, quod est in epistula p. 345, 12: *Bene, quia non times mortem* merito referri potest ad id, quod Augustinus in actis cum Felice Manichaeo I c. 12 ex. refert publice eum clamitavisse cum codicibus suis se paratum esse incendi, si aliquid mali in ipsis fuisset inventum. epistulam igitur a. 404 ante ipsam disputationem scriptam esse dicemus.

In epistula **80** p. 347, 7—11 Augustinus reditum Theasi et Evodi episcoporum iam iamque se sperare dicit. qui cum XVI Kal. Iulias a. 404 concilii Carthaginensis decreto ad imperatorem Romanum missi essent,[5]) epistulam aliquot mensibus post illud concilium scriptam esse apparet proficiscentibus etiam tum Theasio et Evodio.

Epistulam **81** non ita multo post epistulam 75 Hieronymus ad Augustinum dedisse videtur. illa enim epistula cum ea, quae

---

[1]) p. 330, 5—12. [2]) p. 336, 19—337, 3; 337, 12—18.

[3]) Mansi concil. coll. III p. 771 E; 774 A—B.

[4]) cf. ep. 107 paulo ante a. 410 scriptam, ubi Macrobius Proculiani successor se nuper ordinatum esse dixisse dicitur (p. 612, 1).

[5]) Mansi concil. coll. III p. 794 D.

Augustinus in eius scriptis reprehenderat, non sine acerbitate refutare conatus esset, veritus, ne amici animum dolore affecisset, facere non potuit, quin priusquam responsum acciperet, occasione oblata hac brevi epistula se purgaret ostendens provocatum se causam tantum suam defendisse et, si qua culpa subesset, multo maiorem esse provocantis quam defendentis.

Epistula **82** Augustinus respondit ad epistulam 81 neque ad eam solam sed simul etiam ad epistulas 72 et 75, ad quas nondum rescripserat.[1]) cuius epistulae in initio cum superiorem ipsius epistulam, id est epistulam 73 intra a. 403—404 scriptam iam pridem se misisse dicat, est, quod contendamus ante a. 405 eam scriptam non esse neque vero multo post, quoniam arte cohaeret cum epistula 75 item intra a. 403—404 scripta neque veri est simile Augustinum longiorem respondendi moram interposuisse superveniente etiam atque urgente epistula 81.

Epistula **83** duos habet locos, qui in tempore constituendo adferri possunt. alter est p. 390, 23, ubi Augustinus dicit Thiavensium causam, quae tunc agebatur, Samsucio, episcopo Turrensi, se narravisse. Samsucius autem, qui iam episcopus erat, cum Augustinus episcopatum iniret[2]) et una cum Alypio et Augustino paulo ante a. 402 epistulam 62 ad Severum misit, nisi in hac epistula 83 non amplius memoratur. alter locus est p. 388, 13: *Qui* (id est Thiavenses) *nunc catholicae paci accesserunt;* cogitare enim fortasse velis de illo tempore, quo severissimis legibus a. 405 in Donatistas editis permultae eorum plebes ad catholicam ecclesiam reverterunt.[3]) verum tamen utrumque locum incertissimam tantum temporis circumscriptionem admittere nemo negaverit.

Epistula **84** data est ad Novatum, episcopum Sitifensem, atque, ut ex p. 392, 11—14 intellegitur, primis episcopatus annis. episcopus autem factus esse videtur paulo post Possidium, qui a. 397 episcopatum adeptus est; etenim in serie episcoporum, qui concilio Milevitano adfuerunt et in epistula 176 enumerantur, proximus est a Possidio. deinde compertum habemus eum anno 411 in conlatione Carthaginensi interfuisse et auctoritate floruisse.[4]) quae si consideraverimus, epistulae tempus aliquot annos distare dicemus hinc ab anno 397 illinc ab anno 411.

Valde incertum est tempus epistulae **85** Paulo episcopo missae. qui quando episcopatum adsecutus sit, ignoramus; defunctus autem iam erat anno 408 eique successerat in episcopatu Cata-

---

[1]) p. 387, 5. [2]) ep. 34 p. 27, 1—7.

[3]) Ribbeck, Donatus und Augustinus, Elberfeld 1858, p. 451 usque ad 456.

[4]) Mansi concil coll. IV p. 52 D; 80 D; 142 B.

quensi Bonifatius, ut ex epistulis illius anni 96 et 97 apparet.[1]) neque vero prioribus episcopatus annis haec epistula attribuenda est; Augustinus enim narrat Paulum in Christo Iesu per evangelium a se genitum multos in ecclesiam catholicam collegisse et paulatim tantum curis saecularibus impeditum veram episcopalem vitam cultumque reliquisse, ita ut amplius ei communicare nequiret.

Epistula **86** Augustinus Caecilianum rogat, ut, quantum per alias Africae terras unitati catholicae mirabili efficacia consuluisset, tantum etiam regionem Hipponiensium Regiorum et ei vicinas partes praesidiali edicti sui vigore adiuvaret. Caecilianus quidem quo anno Africam administraverit, incognitum est, sed id quod Augustinus de unitate catholica dicit, mire quadrat ad illud tempus, quo acerrimis legibus a. 405 mense Februario in Donatistas latis res catholica tantopere superabat, ut non illi aut illi homines, sed multae civitates, quae fuissent Donatistae, tum essent catholicae[2]) et Idatius scribere posset eo anno intra catholicos et Donatistas unitatem esse factam.[3]) neque abhorret ab hac temporis ratione, quod idem, ut videtur, Caecilianus a. 409 praefectus praetorio fuisse traditur.[4])

In exordio epistulae **87** cum Augustinus Emeritum se neque nosse neque umquam cum eo conlocutum esse significet, uterque autem in conlatione Carthaginensi a. 411 habita interfuerit principemque locum obtinuerit, sequitur epistulam ante illum annum scriptam esse. ex altera parte in c. 4 et 5 de Optati Tamugadensis potentia, quae a. 398 fracta est, ita fit mentio, ut complures annos intercessisse manifestum sit, et, quod in c. 7 et 8, maxime p. 404, 8—19 de implorata principum et magistratuum potestate disseritur, nisi de legatione a. 404 ex concilio Carthaginensi missa et de severitate legum ineunte anno 405 in Donatistas promulgatarum intellegi non potest. inserenda igitur est epistula inter a. 405 et 411.

Epistulam **88** aliquamdiu post leges anno 405 datas scriptam esse ex eo apparet, quod illae leges p. 412, 14 recentiores appellantur earumque inter Donatistas effectus p. 414, 8—415, 10 describitur. deinde p. 416, 20—22 legatio quaedam commemoratur Donatistarum. quae in Italiam navigavisset et apud praefectos dixisset se audiri venisse. quam legationem eandem esse atque illam, de qua in actis conlationis Carthaginensis a. 411 habitae disseritur, non est quod dubitemus. legimus enim in actis diei III c. 124: *Fortunatianus episcopus ecclesiae catholicae dixit: 'Si praecipis, gesta recitamus in iudicio habita praefecturae, ubi se pars adversa audiri tantopere flagitavit'*, quod quando

[1]) p. 515, 2; 6; 13—14; 518, 15. [2]) p. 461, 11—13.
[3]) Migne patrol. lat. LI p. 912, 52.
[4]) Theodos. lib. IX 2, 5; 6; 3, 7; 16, 12; 31, 1; 36, 2; 37, 4; XI 8, 3; 39, 13.

factum sit, discimus ex c. 141: *Martialis exceptor recitavit: 'Exemplum actorum habitorum sub die tertio Kalendas Februarias Ravennae D. N. Arcadio PP. Augusto et Probo IV consulibus'*,[1]) i. e. anno 406. denique cum p. 416, 11—417, 18 a Donatistis gravissime postuletur, ut cum episcopis catholicis pacifice conferre ne gravarentur, quod nisi ante illam conlationem mense Iulio a. 411 habitam fieri non potuisse patet, scripta est epistula inter annos 406 et 411.

Epistula **89** et ipsa ante a. 411, i. e. ante conlationem Carthaginensem scripta est, quae si iam facta fuisset, ea est epistulae ratio, ut taceri omnino non potuerit. deinde manifestum est p. 420, 1—7 eas leges significari, quae a. 405 mense Februario in Donatistas sunt constitutae. inter utrumque igitur terminum epistula est collocanda.

Epistulae **90** et **91** Nectari ad Augustinum et Augustini ad Nectarium scriptae sunt in causa Calamensium, a quibus *contra recentissimas leges*, ut ait Augustinus p. 432, 17—21, *Kalendis Iuniis festo paganorum s a c r i l e g a s o l l e m n i t a s a g i t a t a e s t nemine prohibente tam insolenti ausu, ut petulantissima turba saltantium ante fores transiret ecclesiae* ipsamque identidem lapidaret. neque dubium est, quin lex recentissima, contra quam Calamenses ista perpetravisse dicuntur, fuerit ea, quae data est Romae a. d. XVII Kal. Decembris a. 407 et proposita Carthagine in foro Nonis Iuniis a. 408, qua non licebat *omnino in honorem s a c r i l e g i r i t u s quicquam s o l l e m n i t a t i s a g i t a r e*.[2]) de qua iniuria ut querelam deferret Possidius, episcopus Calamensis catholicus, ad imperatorem profectus est, Nectarius autem, quo civibus suis veniam impetraret suppliciaque deprecaretur, epistulam 90 ad Augustinum misit. cui cum epistula 91 responderet Augustinus, Possidius, priusquam in Italiam transmitteret, cum eo erat mense, ut videtur, Augusto; id enim cognoscimus ex epistula 104, ubi Augustinus alteram Nectari epistulam, id est ep. 103 se accepisse dicit VI Kal. Aprilis post menses ferme octo, quam rescripsisset ad priorem.[3]) haec autem epistula 104 scripta esse videtur mense Aprili paulo post Possidi reditum, quippe cuius opera iam usus est Nectarius in reddenda epistula 103.[4]) deinde Possidius concilio, quod medio Iunio a. 410 habebatur, interfuit.[5]) quae cum ita sint, Calamensem illam Kalendarum Iuniarum sollemnitatem fuisse constat anno 408 aut 409, cum Augustino fuit Possidius mense ferme Augusto a. 408 aut 409, ex itinere rediit ante extremum mensem Martium a. 409 aut

[1]) Cf. Mansi concil. coll. IV p. 207 A et 210 E.

[2]) Theodos. lib. XVI 10, 19 cum const. Sirmond. 12, ed. Mommsen, p. 903 et 917.

[3]) p. 582, 5—9. [4]) ep. 104 p. 582, 8.

[5]) Mansi concil. coll. III p. 810 D.

410. scripta igitur videtur epistula 91 mense Augusto a. 408 aut 409 et paulo ante mense Iunio vel Iulio epistula 90.

Epistula **92** ad Italicam quando scripta sit, si perquirere volueris, adiumento erit epistula 99 item ad Italicam data. in hac enim prima Romae obsessio sub finem anni 408 ab Alarico facta ut res novissima significatur, cuius tunc nondum amplius quam incerta fama Hipponem pervenisset.[1]) quantum autem temporis inter utrasque litteras intercesserit, accuratius unde conicias non habebis nisi ex eo, quod in illa Augustinus Italicam de morte coniugis consolatur, in hac eius p a r v u l o s resalutat et in Christo grandescere optat. praeterea duas interim ab Italica accepit epistulas alteram, qua priorem Augustini epistulam, id est ep. 92 pervenisse indicabat, alteram, quae benivolentissimam pro eo curam continebat, cui responsum est epistula 99.[2])

Una cum epistula 92 missa est epistula **92 A;** in hac enim Augustinus Cyprianum presbyterum rogat, ut illam ad Italicam ipse perferre ne gravetur.

In epistula **93** Augustinus de legibus loquitur mense Februario a. 405 in Donatistas constitutis,[3]) cum eas comprobat prosperumque eventum laudat, quo factum esset, ut multorum iam correctione ecclesia gauderet, qui veraciter unitatem catholicam tenerent atque defenderent et a pristino errore se liberatos esse laetarentur.[4]) neque illos aut illos homines sed multas civitates, quae fuerunt Donatistae, tunc esse catholicas, detestari vehementer diabolicam separationem, diligere ardenter unitatem.[5]) quod Augustinus adfirmare ut potuerit, ex quo illae leges promulgatae sunt, unum aut alterum annum transisse cum necesse sit, epistula ante annum 407 scribi potuisse non videtur. alter autem terminus, post quem epistula non sit conlocanda, nisi ex silentio statui nequit. etenim cum Augustinus Donatistarum causam longo sermone exponat, fieri non potuit, ut de conlatione Carthaginensi medio anno 411 habita taceret, si epistulam post a. 410 scripsisset. quin etiam post a. 408 vix ponendam esse censuerim. Stilicone enim mense Augusto illius anni interfecto Donatistae denuo se erigebant, leges contra se latas iam nihil valere arbitrabantur et iactabant, mendaciis totam Africam implebant.[6]) de qua re nullum est in epistula 93 indicium, quamquam de illis maxime legibus disseritur. itaque scriptam esse hanc epistulam intra annos

---

[1]) p. 533, 14—534, 4. [2]) p. 533, 7—14.

[3]) p. 464, 1—13; 447, 12; 462, 24; 471, 8; 493, 13; 22; cf. Theodos. lib. XVI 6, 4.

[4]) p. 445, 15—17. [5]) p. 461, 11—14; 462, 1—6.

[6]) cf. ep. 97 p. 517, 13—19; ep. 100 p. 538, 2—4; ep. 105 p. 599, 3.

407 et 410 adfirmare potueris, atque adeo cum dicas intra annos 407 et 408, a vero haud scio an non aberraveris.

Epistula **94** et **95** Paulini ad Augustinum et Augustini ad Paulinum ex eo sunt tempore, quo Calamensem tumultum exarsisse supra p. 27 diximus. Possidius enim, Calamensis episcopus, ob eam causam ad imperatorem Romam profecturus cum mense, ut videtur. Augusto a. 408 aut 409 Augustinum convenisset, epistulam 95 ad Paulinum perferendam accepisse videtur.[1]) Paulinus tunc nondum erat episcopus, id quod ex epistulae inscriptione apparet, factus est autem episcopus a. 409; anno enim 410, cum Nola a Gothis diriperetur, iam erat episcopus.[2]) alteram epistulam 94 cum Paulinus ipse Idibus Mais se ad Augustinum dedisse scribat[3]) eique mense Augusto ab Augustino responsum esse videatur, utramque epistulam eodem anno intercedentibus tribus ferme mensibus conscriptam esse veri est simillimum, i. e. anno 408 aut 409; ea enim erat inter illos viros epistularum assiduitas.[4])

Epistulae **96** et **97.** Stilichone X Kal. Septembris a. 408 interfecto Olympius in eius locum successerat. quod simulac fama in Africam pertulit, quamquam, utrum vera esset, nondum satis erat confirmatum,[5]) Augustinus oblata occasione usus Bonifati, episcopi Cataquensis, causam quandam Olympio epistula 96 commendare peravit. neque multo post media hieme ad eundem alteram epistulam dedit.[6]) etenim cum Olympius litteris interim missis benivolum atque benignum erga ecclesiam catholicam animum aperuisset,[7]) Augustinus iterum eum adiit flagitans, ut inimicis ecclesiae quam primum ostenderet leges illas, quae de idolis confringendis et haereticis corrigendis vivo Stilichone in Africam missae essent, voluntate imperatoris esse constitutas neque Stilichonis morte earum auctoritatem posse aboleri. cuius epistulae fructus fuisse videtur lex XVIII Kal. Februarias a. 409 in illam sententiam lata.[8])

---

[1]) Cf. p. 506, 16—18. Maurini epistulam 95 hieme conscriptam esse censuerunt inducti prava lectione 'hiemares' in ep. 121 p. 736, 7, quo factum est, ut epistulam, de qua ibi loquitur Paulinus, epistulam 95 esse putarent. eodem errore epistulam 121 in annum 410 rettulerunt, ut modico eam temporis intervallo cum ep. 95 coniungerent. ceterum neque quod in ep. 121 a Paulino neque quod in ep. 149 p. 349, 12—15 ab Augustino de illa epistula memoratur, ille minime quidem congruit cum ep. 95.

[2]) Aug. de civ. dei I c. 10. [3]) p. 505, 17—19.

[4]) Cf. ep. 42 p. 84, 8 et ep. 45 p. 122, 5.

[5]) p. 514, 7—10; 516, 16—17. [6]) p. 517, 10; 518, 13—15.

[7]) p. 516, 19—22.

[8]) Theodos. lib. XVI 5, 46 cum const. Sirmond. 14, ed. Mommsen, p. 870 et 918.

Epistula **98** Bonifatio episcopo est inscripta. qui si idem fuit atque episcopus Cataquensis Bonifatius, cuius causa Augustinus epistulam 96 ad Olympium misit, episcopum factum esse paulo ante, quam Augustinus ad Olympium scripsit, id est paulo ante medium annum 408 illa ipsa epistula ostendit et epistula 98 cum ad episcopum data sit, ante illud tempus scripta esse nequit. eundem autem esse utrumque Bonifatium ex eo patere videtur, quod, quae de utroque prodit Augustinus, mirifice congruunt. illum enim dicit solitum esse vehementer cavere mendacium,[1]) hunc, cum episcopus fieret, agros aliquos a Paulo praecessore cum fisci fraude comparatos suscipere noluisse totumque confessum esse, ut eos agros ecclesia non occulta episcopi iniquitate sed manifesta Christiani imperatoris liberalitate possideret.[2]) verum tamen ut exploratum habere videmur, ante quod tempus epistula 98 scribi non potuerit, ita occultum manet, quando scripta sit, ex quo Bonifatius episcopus factus est; nullum enim huius rei extat indicium. ceterum Bonifatium, Cataquensem episcopum, conlationi Carthaginensi a. 411 interfuisse audimus[3]) et, quem Augustinus a. 412 in epistula 139 et 143[4]) et a. 414 in epistula 149[5]) sanctum fratrem et coepiscopum suum Bonifatium appellat, quin et ipse fuerit episcopus Cataquensis, non est quod dubitemus.

Epistula **99**, v. ep. 92.

Epistula **100** Augustinus adlocutus est Donatum, cum a. 408 provinciam Africam pro consule administrabat, rogans, per edicta faceret, ut novissent haeretici Donatistae manere leges contra errorem suum latas, quas iam nihil valere arbitrarentur et iactarent.[6]) quod idem cum Augustinus isdem fere verbis in epistula 97 ab Olympio peteret, quoniam inimici ecclesiae leges vivo Stilichone in Africam missas illo interfecto inritas esse factas sive dolose iactarent sive libenter putarent,[7]) utramque epistulam ut eodem consilio ita eodem quoque tempore, id est sub finem anni 408 scriptam esse facile conicias alteram ad Donatum proconsulem alteram ad Olympium magistrum officiorum. cui temporis rationi documento est etiam, quod Augustinus priore epistulae parte a Donato flagitat, ne supplicia exercere vellet in puniendis Donatistis; spectat id enim ad rescriptum VIII Kal. Decembris eiusdem anni ad ipsum Donatum missum, in quo dictum est: *In eos igitur, qui aliquid, quod sit catholicae sectae contrarium adversumque, temptaverint, supplicium iustae animadversionis expromi praecipimus.*

---

[1]) p. 528, 10. [2]) p. 515, 14—20.
[3]) Mansi, concil. coll. IV p. 53 A; 80 D; 265 D.
[4]) p. 150, 14; 250, 12. [5]) p. 349, 21.
[6]) p. 538, 1—4. [7]) p. 517, 13—17.
[8]) Theodos. lib. XVI 5, 44.

Epistulam **101** Augustinus Possidio, episcopo Calamensi, ad Memorium episcopum perferendam dedit.[1]) quod quando factum sit, facile coniectura adsequi poteris. cum Augustino enim erat Possidius, uti supra ad ep. 90. 91 et 94. 95 ostendimus, anno 408 aut 409 mense, ut videtur, Augusto, cum propter paganorum iniurias in Italiam erat profecturus. ea igitur occasione Augustinum ut epistulam 95 ad Paulinum ita epistulam quoque 101 ad Memorium exaravisse et utramque Possidio dedisse concludimus ferendam alteram Nolam alteram Capuam, quippe cum non sit, quod dubitemus, quin hic Memorius Iuliani Campani[2]) fuerit pater, quem Augustinus secum non parvam dicit[3]) inisse amicitiam conloquio litterarum.

De tempore epistulae **102** nihil aliud statui potest, nisi quod ex ordine, quo Augustinus in Retract. l. II. c. 31 hunc libellum posuit, eum inter annum 406 et 412 confectum esse cognoscitur.

Epistula **103. 104.** In epistularum commercio inter Nectarium et Augustinum epistula 90 Nectari, ut supra exposuimus, statim ex tumultu Calamae Kalendis Iuniis a. 408 aut 409 exorto ad Augustinum missa est. cui Augustinus epistula 91 mense, ut videtur, Augusto respondit. quo facto octo ferme menses transierunt, donec alteram Nectari epistulam (ep. 103) VI Kal. Aprilis a. 409 aut 410 Augustinus accepit. neque se scire dicit, utrum Nectarius tam sero scripserit an mora facta sit in reddendis epistulis.[4]) paulo post acceptas litteras 103, quo tempore, quid impetravisset Possidius, nondum erat compertum,[5]) mense fortasse Aprili Augustinus responsum dedit epistula 104.

Epistula **105** ante extremum annum 408 scripta non est. nam quod legimus p. 599, 3: *Mendacio vestro subito totam Africam implestis*, aperte significat rumores, quos Stilichone anno 408 a. d. X Kal. Septembris interfecto Donatistae spargebant, leges, quae Stilichone vivo in se datae essent, imperatore nesciente vel nolente esse constitutas.[6]) ex altera autem parte in hac epistula Donatistis inscripta ne minimum quidem est indicium conlationis a. 411 ineunte mense Iunio cum Donatistis Carthagine habitae, quamquam. si illa conlatio iam fuisset vel etiam institisset, ea est epistulae ratio, ut silentio praeteriri omnino non potuerit.[7]) igitur cum primus

[1]) p. 539, 18.

[2]) Prosperi Aquit. in Augustini obtrectatorem epigr. v. 6 (Migne patrol. lat. XLV p. 1857).

[3]) Aug. contra Iulianum I 4, 12 (Migne patrol. lat. XLIV p. 647, 37).

[4]) ep. 104 p. 582, 4—12. [5]) p. 582, 13—27.

[6]) ep. 97 p. 517, 13—17.

[7]) cf. p. 596, 10—12; 600, 24—601, 2; 602, 11—12; 604, 26; 610, 2—3.

gradus instituendae conlationis factus sit edicto pridie Id. Octobris a. 410 ad Marcellinum dato,[1]) sequitur epistulam scriptam esse intra a. 409 et Septembrem anni 410.

Epistulam **106** Augustinus per Maximum et Theodorum ad Macrobium, episcopum Donatistam, misit, ne subdiaconum quendam rebaptizaret; epistula **107** illi renuntiant reddidisse se epistulam, Macrobium autem, quod flagitaretur, recusasse; quo facto Augustinus longiore epistula **108** Macrobio exponit, quae esset in iterando baptismo iniuria et quae vanitas in tota Donatistarum separatione. rei igitur similitudine haec epistula prope accedit ad epistulam 105 eademque de causa, qua illam, etiam hanc nisi ante conlationem Carthaginensem scribi non potuisse certum est. sed tempus multo accuratius definiri potest eo, quod est in p. 632, 17: *Ante istam legem, qua gaudetis vobis redditam libertatem.* neque enim alia lex est, quae hoc loco significatur, nisi ea, qua Honorius exeunte anno 409 omnibus haereticis liberam in rebus sacris voluntatem concesserat. quae lex quo rescinderetur, cum ex concilio XVIII Kal. Iulias a. 410 Carthagine habito legatio ad imperatorem missa esset,[2]) libertas illa sublata est alia lege VIII Kal. Septembris a. 410 data, qua priores in haereticos poenae sunt restitutae.[3]) illo brevi igitur temporis spatio ab extremo anno 409 usque ad mensem Augustum a. 410 scripta esse videtur epistula 108, quippe cum Augustinus de libertate loquatur etiam tum vigente; proxime autem antecesserant epistulae 106 et 107.

Epistula **109** Severi episcopi ecclesiae Milevitanae ad Augustinum episcopum et epistula **110** Augustini responsum ad Severum haud quicquam habent, quo, quando scriptae sint, investigari possit, et eo incertiores sumus, quod eodem ferme tempore uterque episcopus factus est[4]) neque amplius quinque annis Augustinus Severo superstes fuit.[5]) id unum tamen Severi epistula constare videtur Augustinum tunc maxima iam floruisse auctoritate.

Epistula **111** p. 643, 2: *Totus mundus affligitur cladibus . . . . . quae modo in regionibus Italiae, quae in Galliis nefaria perpetrata sint, etiam vos latere non arbitror; de Hispanis quoque tot provinciis, quae ab his malis diu videbantur intactae, coeperunt iam talia nuntiari.* quae ut novissima memoratur res, cuius tunc primi nuntii in Africam pervenissent, Alanorum, Sueborum, Vandalorum inruptio est in Hispaniam autumno anni 409 facta, unde efficitur epistulam scriptam esse extremo anno 409.

---

[1]) Migne patrol. lat. XLIII p. 816, 63 sqq.
[2]) Mansi, concil. coll. III p. 810 D.
[3]) Theodos. lib. XVI 5, 51.
[4]) ep. 32 p. 8, 21—9, 1; ep. 31 p. 8, 5—6.
[5]) ep. 213 p. 374, 2—6.

Epistula **112** ad Donatum scripta est, postquam magistratum, quem pro consule, ut supra ad ep. 100 diximus, anno 408 in Africa obtinuerat, deposuit, atque recens illius administrationis memoria ostentat haud longum temporis spatium inde intercessisse. quamquam si quis quaerat, quando Donatus magistratu se abdicaverit, nihil aliud potest adfirmari, nisi anno 410 Macrobium quendam ibidem pro consule fuisse; ad eum enim missa est lex a. d. VII Kal. Iulias a. 410 Ravennae data.[1]) itaque huius epistulae tempus intra annum 409 et 410 verissime constitueris.

Epistulas **113—116** Augustinus omnes uno fere tempore in Faventi cuiusdam causa scripsit primam ad Cresconium, alteram ad Florentinum, tertiam ad Fortunatum, ad quem simul quartam misit rogavitque, ut eam Generoso, consulari Numidiae, redderet. quam causam ut defenderet, legem adfert, *qua concessum est*, inquit, *eis, qui praecipiuntur ab aliqua potestate iudiciis exhiberi, ut ad gesta municipalia perducantur atque illic interrogentur, utrum velint triginta dies in ea civitate, ubi tenentur, agere sub moderata custodia ad parandos sibi fructus vel rem suam, sicut necesse fuerit, ordinandam.*[2]) hanc legem esse eam, quae imperatore Honorio a. d. XII Kal. Februarias a. 409 Ravennae data est: *Si quos praecepto iudicum praemisso inscriptionis vinculo reos factos adminiculum curiae propriae dirigere iussum fuerit, municipalibus actis interrogentur, an velint iuxta praeceptum triumphalis patris nostri XXX diebus sibi concessis sub moderata et diligenti custodia propter ordinationem domus propriae parandosque sibi sumptus in civitate residere,*[3]) ex verborum similitudine nemo non intelleget. sicut autem non ante annum 409 scribi potuerunt epistulae, ita non post annum 423, quo Honorius mortuus est. quod enim dicit Augustinus '*quod imperatoris lege praecipitur*', '*quod lex imperatoris iubet, cuius rei publicae militas*', '*ut ab imperatore praeceptum est*',[4]) nisi vivo Honorio dici non potuit. scriptae sunt igitur inter a. 409 et 423.

Epistulae **117. 118. 119. 122. 124. 125. 126** omnes scriptae sunt circa id tempus, quo Augustinus valitudinis infirmitate, ut aliquamdiu ruri esset, ab Hippone discedere coactus erat.[5]) quod quando factum sit, ex epistula 124 discimus, qua se modo regressum Hipponienses de absentia sua periculosissime scandalizatos comperisse dicit.[6]) namque misit hanc epistulam ad Albinam, Pinianum, Mela-

---

[1]) Theodos. lib. XI 28, 6.
[2]) p. 660, 23—27; cf. p. 660, 6—10; 662, 5—8; 21—23.
[3]) Theodos. lib. IX 2, 6.
[4]) p. 660, 6; 661, 5—6; 662, 21.
[5]) Ep. 118 p. 698, 5—6.
[6]) p. 2, 9—10.

niam, qui eo anno, quo Gothorum turbae duce Alarico Roma expugnata direptaque Italiam pervagabantur, i. e. anno 410 profugi Tagasten pervenerant,[1]) et se excusat, quod propter duram hiemem et ecclesiae suae condicionem ad eos visendos advolare non possit. scripta est igitur epistula **124** hieme anni 410—411 et Augustinus a. 410 Hippone relicta rus se abdiderat. quod cum tenemus, ceterae epistulae facile adiungentur. etenim epistulam **117** Dioscori Augustinus aeger Hippone, priusquam rus abiit, accepit; epistula autem **118**, i. e. Augustini responsum, etsi quam celerrime sequi dedebat,[2]) illo discessu factum est, ut tardius, quam posset, mitteretur.[3]) Augustinus tum annum agebat quinquagesimum sextum, ita ut Alypius, quem in Confessionum l. VI 7, 11 se natu minorem dicit, in hac epistula senex appellari possit.[4]) neque minus congruens est, quod in ep. 118 c. 12, ubi multae haereses nominatim adferuntur, Donatistarum, Maximianensium, Manichaeorum, Arrianorum, Eunomianorum, Macedonianorum, Cataphrygarum, Marcionistarum, Sabellianorum, Pelagianae haeresis nulla fit mentio; haec enim non ante extitit quam anno post Pelagi et Caelesti Carthaginem adventu. — Epistulam **119** Consentius Augustino ad villam misit, quo se valitudinis causa contulerat.[5]) — Epistulam **122** Augustinus ex rure clericis et plebi Hipponiensium scripsit absentiam suam excusans et misericordiae opera commendans. in qua epistula quod Augustinus de contritione mundi huius loquitur, cui talia acciderent, qualia dominus et redemptor noster ventura praedixisset, optime referri potest ad a. 410, quo urbe a Gothis occupata direptaque tanta mala in imperium Romanum inruebant, ut *mundi huius ruina crebrescentibus tribulationibus propinquare* putaretur.[6]) — Epistulae **125** et **126** ea fuit causa, quod, cum Pinianus visendi gratia ad Augustinum Hipponem venisset, Hipponienses hominem praedivitem magna importunitate apud se retinere et ad clericatum in ipsorum civitate suscipiendum cogere conabantur, qua re avaritiae suspicionem sustinebant. itaque altera epistula Augustinus cum Alypio de hac re communicat, altera Albinam de eo, quod Piniano genero acciderat, consolatur, nimias eius suspiciones diluit, rem, quo modo gesta sit, enarrans avaritiae famam defendit. quod si Pinianus, ut consentaneum esse videtur, cum primum hiems prae-

---

[1]) Cf. Rufini epistulam ad Ursacium typis expressam in adnot. Valesi ad Eusebi eccl. hist. l. VI c. 38 (ed. Gul. Reading Cantabrigiae 1720 p. 300); Palladi hist. Laus. c. 118 (Migne patrol. gr. XXXIV p. 1229, 13—19; 39—47); de vitis patrum II. praeludia (Migne patrol. lat. LXXIII p. 725, 52—726, 8).

[2]) p. 664, 11; 15; 18; 665, 5—6; 698, 5—9.

[3]) p. 698, 7—9. [4]) Ep. 117 p. 664, 1.

[5]) p. 698, 16—18. [6]) p. 743, 20—21; 26—744, 1.

teriit, salutandi causa Hipponem properavit, epistulae scriptae sunt vere anni 411 atque epistula 125 prior.[1])

Epistula **120**, quam Augustinus ad Consentium rescripsit, nihil continet, quo tempus perspici possit, nisi quod in p. 715, 19—21 libros de trinitate in manibus se habere dicit et propter magnitudinem tam difficilis quaestionis nondum posse explicare. quamquam id haud multum nos iuvat, quippe cum Augustinus in ep. 174 p. 650, 15 hos libros iuvenem se inchoavisse, senem edidisse dicat.

Ad epistulam **121** Paulini respondit Augustinus epistula 149. neque vero hoc primum eius responsum fuit, sed interciderunt inter illas litteras duae aliae, quarum altera Augustinus continuo rescripserat ad ea, quae quaesita erant in ep. 121,[2]) altera Paulinus prosperum Quinti adventum nuntiaverat.[3]) neque plures litteras scriptas esse hoc temporis spatio ex epistulae 149 c. 1 et 2 bene colligi potest; cuius enim p. 349, 12—22 mentionem facit Augustinus, antecesserat epistulam 121; eadem enim est atque ea, quae in hac ipsa significata est p. 736, 5—7. quae cum ita sint, pro litterarum inter Augustinum et Paulinum frequentia[4]) recte ac merito dicere poterimus epistulam 121 vix amplius biennio ante epistulam 149 esse scriptam;[5]) epistula autem 149 data est circa a. 414—416.

Epistula **123** p. 746, 2: *Capta Hierusalem tenetur a Nabuchodonosor nec Hieremiae vult audire consilia; quin potius Aegyptum desiderat, ut moriatur in Taphnes et ibi servitute pereat sempiterna.* quam allegoriam si ita recte interpretamur, ut Alaricum significatum esse dicamus, qui urbe Roma Augusto anni 410 capta et direpta insatiabili terrarum expugnandarum cupidine ductus in Siciliam et Aegyptum expeditionem parabat, haec scida scripta est autumno anni 410 ante Alarici mortem.

Epistulam **127** Augustinus paulo post Romam ab Alarico extremo mense Augusto anni 410 captam compilatamque scripsit, quod perspicue significavit dicens: *Modo cum ipsa Roma, domicilium clarissimi imperii, barbarico vastaretur incursu, quam multi vitae huius temporalis amatores, ut eam vel infeliciter producendam nudamque redimerent, dederunt omnia, quae illi non solum oblectandae et ornandae verum etiam sustentandae tuendaeque servabant!*[6])

---

[1]) ep. 116 p. 16, 13.

[2]) p. 349, 5—12; 22—23. [3]) p. 348, 5—7; 349, 6—7.

[4]) Cf. quae diximus ad ep. 95.

[5]) Maurini hanc epistulam anno 410 attribuerunt, quo eam propius ad ep. 95 admoverent. quod cur factum sit, ad ep. 95 adn. 1 breviter exposuimus.

[6]) p. 23, 4—9.

Marcellinus ab imperatore Honorio in Africam missus, ut disputatione inter episcopos catholicos et Donatistas instituta eorum controversias componeret, ineunte anno 411 edictum proposuerat, quod locum, tempus, alias condiciones illius disputationis habebat, et admonuerat utramque partem, ut sibi indicarent, num ea, quae statuisset, placerent. qua re episcopi catholici epistulam **128** ei miserunt, Donatistae notoriam, quam vocabant. quae notoria cum data esset a. d. VIII Kal. Iunias,[1]) catholicorum quoque epistulam mense Maio scriptam esse non dubitamus contendere; Kalendae enim Iuniae iam primus erat conlationis Carthaginensis dies. simulac autem episcopi catholici Donatistarum notoriam cognoverunt, altera epistula i. e. ep. **129**, quid contra sentirent, Marcellino aperuerunt. etiam hanc epistulam ante Kalendas Iunias scriptam esse probabile est.

Ep. **130.** Eodem anno eademque de causa, qua Albinam cum suis Tagasten venisse supra ad epistulam 124 diximus, Proba quoque ex nobilissima Aniciorum gente cum Iuliana nuru eiusque filia Demetriade, postquam urbe ab Alarico expugnata in Gothorum manus inciderunt, captivitatem effugientes Africam petiverunt.[2]) ubi cum Proba Augustinum adisset, ut de orando deo sibi aliquid scriberet, Augustinus id se facturum esse promisit, promissum epistula 130 persolvit,[3]) id quod, quoniam Probā sub finem demum anni 410 in Africam venisse videtur, ante annum 411 fieri non potuit. neque dubium est, quin epistula prius scripta sit, quam Demetrias perpetuae virginitatis votum susceperit. nam Augustinus Demetriadis ipsius, quamquam non deerat occasio,[4]) nullam facit mentionem, quod profecto non praetermisisset, si iam tum monacha fuisset facta, quippe qui in ep. 150 tanta animi elatione illud votum concelebret. recepta autem in monacharum coetum esse videtur Demetrias anno 413. in libro enim de bono viduitatis a. 414 scripto, ubi Probae de oratione epistulam (i. e. ep. 130) se scripsisse commemorat[5]) Augustinus, Demetriadem m o d o monacham esse coepisse dicit[6]) et Hieronymi quoque epistulam 150, qua monacham recentem patrio animo cohortatus est, ad eundem annum 414 referunt. itaque epistula 130 scripta est intra annum 411 et 413 ante Demetriadis consecrationem.

Epistula **131** ad eandem Probam data sicut epistula 130 ante annum 411 scribi non potuit, cum ex utraque constet quaestionum

---

[1]) Mansi concil. coll. IV p. 60 B.

[2]) Cf. Hieron. ep. 130 c. 4—7 (Migne patrol. lat. XXII p. 1109, 41—50; 20—21; 1110, 39—50; 1111, 36—37; 42—1112, 2; 1112, 34—38).

[3]) p. 40, 5—9. [4]) Cf. p. 76, 4—6.

[5]) c. 29 (Migne patrol. lat. XL p. 450, 31—33).

[6]) c. 24 (Migne patrol. lat. XL p. 446, 51).

sacrarum consuetudinem iam fuisse Probae cum Augustino. neque aliud temporis indicium praesto est, nisi quod addi licet Augustinum in libro de bono viduitatis narrare Probam iam grandaevam fuisse, cum de oratione epistulam i. e. ep. 130 ei scriberet.[1])

Epistulam **133** Augustinus ad Marcellinum tribunum misit, cum Donatistae crudelissima quaedam facinora in catholicos commisissent atque in eo esset, ut supplicium in aliquos constitueretur. cui epistulae adiecit alteram i. e. ep. **134**, quam Marcellinus ipse redderet Apringio, qui eius frater erat et Africam tum pro consule administrabat.[2]) rogat Augustinus utrumque, ne legum severitate sed Christiana mansuetudine malefici punirentur. quae epistulae cum in ep. 139 hieme anni 411—412 scripta commemorentur,[3]) colligi potest scriptas esse a. 411 post conlationem Carthaginensem ineunte mense Iunio habitam, cuius eventu Donatistae exasperati ad tam scelesta ac nefanda facinora ablati esse videntur, ut lege III Kal. Februarias a. 412 data[4]) superiores poenas, quae in eos constitutae erant, renovari et novas severioresque addi placuerit.

Ep. **132. 135. 136. 137. 138. 139. 140. 141.**

Epistula **132** Augustini est ad Volusianum, cui Volusianus epistula **135** respondit. porro utriusque huius epistulae mentionem facit Marcellinus in ep. **136** ad Augustinum data[5]) et Augustinus ad epistulam 135 Volusiani et 136 Marcellini rescripsit missis epistulis **137** et paulo post **138.** quae omnes litterae parvo temporis intervallo disiunctae fuisse videntur,[6]) quando autem scriptae sint, cognosci potest ex ep. **139**, in qua epistulae 137 et 138 ut recens missae commemorantur.[7]) huius enim epistulae tempus satis accurate definiri potest. nam cum Apringio etiam tum proconsule scripta sit,[8]) pridie autem Kal. Martias a. 412 iam Eucharius eius successor in Africa fuerit,[9]) deinde Breviculus conlationis Carthaginensis antecesserit,[10]) quod opusculum satis operosum sub finem a. 411 confectum est, intellegitur epistulam 139 hieme a. 411—412 scriptam esse,[11]) paulo ante ceteras, quo ordine modo diximus, epistulas.

---

[1]) c. 23, 29; cf. c. 19, 24 (Migne patrol. lat. XXII p. 450, 32—33; 446, 26—31).

[2]) p. 83, 15—18; 85, 7. [3]) p. 151, 8—13.

[4]) Theodos. lib. XVI 5, 52.

[5]) p. 93, 4—5; 8—10; 14—94, 3.

[6]) p. 97, 4—6. [7]) p. 153, 5—7. [8]) p. 151, 8—13.

[9]) Theodos. lib. VI 29, 9; VIII 4, 23; XI 1, 32; 7, 19; 20.

[10]) p. 152, 20—153, 2.

[11]) Maurini circa mensem Maium a. 412 id factum esse statuerunt; putabant enim Donatistas lege III Kal. Februarias a. 412 data ad illa nefanda facinora esse ablatos, cum contra lex facinora sit consecuta, sicut supra ad ep. 133 et 134 exposuimus.

neque hanc temporis descriptionem turbat, quod Augustinus in ep. 139 dicit epistulam **141** ad laicos Donatistas se modo aliquot lucubrationibus terminavisse,[1]) in ipsa autem illa epistula extrema additum est: *Haec ad vos scripsimus XVIII Kal. Iulias piissimo Honorio Augusto VIIII cons.* id est a. 412. ex Retractationum enim l. II c. 40 apparet Augustinum illam epistulam primo ipsum per se Donatistis misisse, postea autem, quam in concilio Zertensi eam proposuerit, omnibus placuisse et die adscripta concilii epistulam esse factam. — Denique epistulam **140** de gratia novi testamenti ad Honoratum in manibus se habere atque c o n t i n u o absolvere debere in eadem epistula 139 Augustinus confirmat.[2])

Epistulam **142** post conlationem Carthaginensem cum Donatistis scriptam esse ex c. 3, quamvis lacunis, id quod dolendum est, sit corruptum, satis intellegitur. praeterea in eodem capite inter hanc epistulam et epistulam 141 ea est sententiarum verborumque similitudo,[3]) ut Maurini recte iudicavisse videantur, cum censerent utrasque litteras tempore quoque haud multum inter se distare.

Epistula **143** Augustinus respondit ad Marcellini quandam epistulam, quam acceperat per episcopum Bonifatium.[4]) Bonifatius autem cum Marcellino fuerat, quo tempore scribebatur epistula 139,[5]) id est hieme a. 411—412. quo circa cum dubitare non possimus, quin ea occasione Bonifatius illam Marcellini epistulam ad Augustinum pertulerit, Augustini responsum a. 412 redditum esse probabile est. sed etiam cum ep. 137 ad Volusianum data aptissime cohaeret epistula 143. in illa enim Augustinus interrogatus c. 2—10 de mirabili virginis Mariae partu locutus erat. quae cum Marcellinus quoque legisset[6]) atque sibi non sufficere videri scripsisset, Augustinus in extrema epistula 143 respondens: *De virginitate autem*, inquit, *sanctae Mariae si hoc, quod scripsi, non persuadet fieri potuisse, neganda sunt omnia, quae mirabiliter in corporibus acciderunt.* brevi igitur temporis spatio concluduntur epistulae 137. 139. 143.

Epistulam **144** Augustinus episcopus Cirtensibus misit, qui a Donatistis ad catholicorum partem se transisse ei nuntiaverant. in cuius epistulae initio cum legatur: *Si duritia cordis humani resistens*

[1]) p. 153, 3—5.

[2]) p. 153, 7—10; cf. Retract. II 36: *Eo ipso tempore, quo contra Donatistas vehementer exercebamur et contra Pelagianos exerceri iam coeperamus, amicus quidam mihi misit quinque a Carthagine quaestiones.*

[3]) Cf. p. 249, 2—3; 6—12 cum p. 238, 5—7; 12—13; 24—239, 5; 240, 8—14.

[4]) p. 250, 12—13. [5]) p. 150, 14—15.

[6]) Ita etiam epistulam 132 et 135 Volusianus cum Marcellino communicavit (p. 93, 1 et 94, 3—5).

manifestissimaè et quodam modo publicae veritati eiusdem potentia veritatis evicta est et in epistula 141, id est in epistula concilii Zertensis p. 246, 10—12: *Si autem . . . . . manifestissima veritate convictam partis Donati falsitatem adhuc sequi desideratis*, Maurini concludi posse putaverunt Cirtensium conversionem coniunctam fuisse cum illa concilii epistula ideoque epistulam 144 scriptam esse circa a. 412 post concilii epistulam XVIII Kal. Iulias datam. verum tamen quam levi causa nitantur Maurini, quis non intellegit? atque mirum videri necesse est, quod tota epistula nullum conlationis cum Donatistis medio a. 411 habitae deprehendi potest vestigium, atque eo magis mirum, quod in capite 3, ubi Augustinus eos appellat, qui nondum transgressi erant, et transmarinorum iudiciorum, in quibus victi essent Donatistae, eos commonet, illius conlationis etsi tali occasione oblata mentio fit nulla. qua re haud scio an propius ad veritatem accedamus dicentes epistulam 144 ante a. 411 esse conscriptam.

Epistula **145** ex eo est tempore, quo primum Pelagiana haeresis in Africa divulgari coepta est. quam doctrinam Augustinum hac epistula impugnare manifestum est neque vero eos, propter quos disserit, nomine appellat, sed: *Propter quosdam*, inquit, *qui nimium adrogant humanae voluntati, quam lege data putant ad eam implendam sibi posse sufficere nulla super doctrinam legis gratia sanctae inspirationis adiutam.*[1]) quod idem Augustinum observavisse in primo, quod a. 412 contra Pelagium exaravit, opere commemoratione dignum est; dicit enim ipse de eo in libro de gestis Pelagi c. 23, 47: *Nec tamen operi meo, quo eundem librum refelli, Pelagi nomen inserui facilius me existimans profuturum, si servata amicitia adhuc eius verecundiae parcerem, cuius litteris iam parcere non deberem.* epistula igitur scripta esse videtur a. 412 aut 413.

Eiusdem temporis essé probabile est epistulam **146** ipsi Pelagio inscriptam brevissimam quidem eandemque frigidissimam. neque caret aculeo, quippe cum Augustinus Pelagium, qui praeconiis eum cumulaverat, admoneat, ut potius oret pro ipso, quo talis a domino fieret, qualem se iam esse arbitraretur. nam orare Pelagiani supervacaneum esse putabant, cum sufficere dicebant hominis voluntatem.[2]) ceterum hanc epistulam Augustinus in libro de gestis Pelagi a. 417 emisso adtulit et interpretatus est,[3]) unde ad nostram pervenit memoriam.

Epistula **147** de videndo deo ad Paulinam missa cum episcopus quidam se laesum putaret, Augustinus commonitorium, id est epistulam **148** ad Fortunatianum. episcopum Siccensem. dedit

---

[1]) p. 272, 22—25. [2]) Cf. ep. 145 p. 272, 22—273, 4.
[3]) c. 26, 51—29, 53.

flagitans, ut illum videre et rogare dignaretur, ut ignosceret, si quid durius et asperius in se dictum accepisset.[1]) simul idem argumentum, quo modo deus videatur, iterum tractat. coniunctissimae igitur sunt epistulae 147 et 148, qua re etiam una eas recensuit Augustinus in Retractationum l. II c. 41 dicens utramque se invenisse in eodem suo codice. quo Retractionum loco quoniam opera, quae antecedunt, a. 412 confecta sunt et opera, quae subsequuntur, a. 415, medio tempore, id est circa a. 413 et 414 scriptas esse epistulas efficitur.

Quae ratio intercedat inter ep. **149** et 121 ad hanc epistulam iam exposuimus. ipsa autem epistula 149 scribebatur, quo tempore Urbanus Peregrino diacono comitatus, ut episcopatum susciperet, Siccam perrexerat; necdum Peregrinus Hipponem remeaverat, salvos tamen eos esse et litteris eorum et fama nuntiante Augustinus cognoverat.[2]) Urbanus enim Fortunatiani successor fuit, qui, cum epistula 148 ad eum data est, etiam tum episcopus erat Siccensis.[3]) quam epistulam cum circa a. 413—414 scriptam esse supra dixerimus, epistulam 149 ante a. 414 scriptam non esse veri est simillimum, neque vero post a. 416, quoniam scripta est, quo tempore Urbanus episcopus factus est, episcopus autem factus est non infra annum 416. id intellegitur ex eius contentione cum Apiario, presbytero Siccensi, qui propter varia delicta ab eo a munere remotus et excommunicatus erat. etenim Apiarius Romam profectus a suo episcopo appellavit episcopum ecclesiae Romanae Zosimum et Zosimus appellatione admissa controversiam ita diiudicavit, ut Urbani iudicium improbaret et Apiarium excommunicatione sublata in integrum restitui iuberet. gravissimae inde offensiones concitatae sunt in ecclesia Africana ob eamque causam in concilio Kal. Mais a. 418 Carthagine habito decretum est, ut presbyteri, diaconi vel ceteri inferiores clerici in causis, quas habuissent, si de iudiciis episcoporum suorum questi fuissent, a vicinis episcopis audirentur et inter eos, quicquid esset, finiretur; quod si et ab eis provocandum putavissent, non provocarent nisi ad Africana concilia vel ad primates provinciarum suarum; ad transmarina autem qui putavisset appellandum, a nullo intra Africam in communionem susciperetur.[4]) quibus rebus gerendis cum anni spatium vix suffecisse credideris, haud inmerito Urbanum non infra a. 416 episcopatum inisse concludas, ita ut epistula 149 circa annos 414—416 data esse videatur.

Epistula **150** Augustinus gaudio exultans Probae et Iulianae, eius nurui, gratulatus est, cum certior factus esset Demetriadem, Iulianae filiam, sanctimoniam virginalem esse professam. quod

---

[1]) p. 332, 3—8. [2]) p. 380, 5—10.
[3]) Augustin. Retract. II 41.
[4]) Mansi concil. coll. III p. 822 D; 830 E—835 A.

a. 413 factum esse ad ep. 130 certis argumentis confirmatum esse existimo, quae si reputaveris, hanc gratulationem a. 413 exeunte aut ineunte a. 414 missam esse invenies.

Epistulae **151** tempus definitum est seditione Heracliani a. 413 facta. quam cum comes Marinus vixdum exortam uno certamine oppressisset, Carthaginem profectus simul cum seditionis auctore etiam Marcellinum tribunum *incertum*, inquit Orosius,[1]) *zelo stimulatus an auro corruptus* occidit. de cuius morte Augustinus recenti dolore affectus tota hac epistula ad Caecilianum data agit mortuum amicum omnibus laudibus ornans, id quod extremis anni 413 mensibus eum fecisse probabile est. interfectus est enim Marcellinus, ut ex Augustini verbis colligi posse videtur, die tertio ante beati Cypriani sollemnitatem,[2]) id est pridie Idus Septembris.

Epistulae **152. 154** Macedoni Augustino et **153. 155** Augustini Macedonio scriptae esse videntur intra annos 413 et 414. etenim epistula **152** Macedonius Augustinum cum interrogavisset, cur Christiani officium sacerdotii sui esse dicerent intervenire pro reis et, nisi obtinerent, offendi, ipsum enim vehementer ambigere, utrum istud ex religione descenderet, ad extremum commonet scripta aliqua eum sibi promisisse neque misisse; proinde nunc mitteret et ad hanc epistulam suam responderet. tum in epistula **153** Augustinus respondet ad ea, quae erat interrogatus. interea Macedonius scripta, quae expectaverat, accepit, quae cum in ep. **154** laudat, libros de civitate dei fuisse cognoscimus. accuratius autem ex Augustini responso (ep. **155**) comperimus tres priores libros de civitate dei Macedonium accepisse, quippe cum locus ex primo libro adferatur.[3]) iam vero constat illud opus non totum sed per partes ab Augustino esse editum atque primam partem tres priores libros continentem confectam esse a. 413. itaque epistulas 152—155 intra illum et insequentem annum datas esse patet.

Epistula **156** Hilarius Syracusanus Augustinum de nonnullis quaestionibus Pelagianis potissimum consuluit, epistula **157** Augustinus, quam primum potuit, respondere properavit.[4]) quod responsum a. 414 aut ineunte a. 415 datum esse certissima sunt documenta. atque primum quidem Paulus Orosius a. 415 ab Hippone in Palaestinam profectus epistulam 157 ab Augustino sumptam III Kal. Augustas Hierosolymis in sacerdotum conventu legit eamque epistulam n u p e r ab Augustino in Siciliam missam esse dixit.[5]) deinde

[1]) Hist. adv. pag. l. VII 42, 17; cf. Hieron. dial. adv. Pelag. III 19 (Migne patrol. lat. XXIII 2 p. 588, 44—589, 1).

[2]) p. 386, 22—387, 7; 387, 16—18.

[3]) p. 432, 6—10. [4]) p. 449, 13.

[5]) Oros. lib. apolog. 3, 5; 7, 1; cf. Nicophori Call. Xanthop. eccles. hist. l. VIII c. 50 in.

Hieronymus in dialogo contra Pelagianos, qui sub finem anni 415 emissus est, Augustinum libros de baptismo parvulorum a. 412 exaratos d u d u m scripsisse dicit, epistulam autem ad Hilarium n u p e r.[1]) denique in synodo Diospolitana mense Decembri a. 415 habita librum ad Hilarium, id est epistulam 157 commemoratam esse apud ipsum Augustinum legimus in libro de gestis Pelagi 11. 23.

Epistulae **158. 159. 160. 161. 162. 163. 164** inter Evodium et Augustinum datae.

Ad Evodi epistulam **158** Augustinus respondit epistula **159**, quod ut c e l e r i t e r fieret, Evodius optaverat.[2]) porro epistulae **160** et **161** Evodi sunt nulla Augustini epistula intercedente, ut ex ipso epistulae 161 exordio cognoscimus. itaque Augustinus ad utramque simul responsum dedit missa epistula **162.** necdum Evodius hanc acceperat, cum superioribus duabus epistulis tertiam addidit, ita ut epistulae 162 et **163** eodem tempore perferrentur altera ad Evodium altera ad Augustinum.[3]) Augustinus deinde ad epistulam 163 respondit epistula **164.** atque haec de harum epistularum ordine. quo autem tempore scriptae sint, de epistula 159 et 162 statui potest. in illa enim Augustinus de duodecimo libro eorum, quos de genesi scripsisset, loquitur;[4]) est autem hic liber postremus illius operis et circa a. 415 confectus, quoniam opus ipsum inter annos 401 usque ad 415 est compositum. epistula igitur multo ante a. 415 scripta esse non potest neque vero post illum annum, cum in epistula 162 libri de genesi nondum editi dicantur.[5]) qua re utraeque litterae scriptae esse videntur, quo tempore Augustinus libros de genesi, ut mitterentur, paratos habebat. de ceteris denique litteris id unum adfirmari potest omnes brevissimis temporum intervallis esse disiunctas. nam tale erat Evodi in litteris scribendis studium, ut alias super alias non expectato Augustini responso mitteret. ita ante ipsam epistulam 158 alteram miserat, quam cum iam Augustinus perdidisset, non habemus;[6]) ita deinceps post epistulam 160 misit epistulam 161 et post epistulam 161 epistulam 163; in extrema epistula 158 ab Augustino, c e l e r i t e r ut rescriberet, flagitat et Augustinus epistulam 162 incipit dicens: *Multa quaeris ab homine multum occupato et ea putas p r a e c i p i t a r i debere dictando, quae tam sunt difficilia.* denique Augustinus in epistula 162 n u p e r r i m e se epistulam 159 misisse scribit.[7]) quae cum ita sint, litteras, quas supra dixi, omnes brevi spatio annorum 414—415 includi haud scio an recte adfirmaverim.

---

[1]) III 19 (Migne patrol. lat. XXIII 2 p. 588, 43—589, 12).
[2]) p. 497, 12. [3]) p. 520, 12—15; 541, 1—4.
[4]) p. 499, 17—18. [5]) p. 513, 2—3.
[6]) p. 488, 15—16; 498, 8; 520, 7—8; 541, 7—11.
[7]) p. 513, 21.

Epistulam **165** Hieronymus ad Marcellinum tribunum in Africam misit, quem cum ab imperatore Honorio ad componendas Donatistarum controversias missum sub finem anni 410 Carthaginem venisse et ibidem III Idus Septembris a. 413 inter socios seditionis ab Heracliano factae interfectum esse ad ep. 105 et 151 narraverimus, hanc epistulam intra hoc tempus scriptam esse constat, qua Hieronymus de origine animae hominis interrogatus alio responsionem derivat dicens: *Certe habes ibi virum sanctum et eruditum Augustinum episcopum, qui viva, ut aiunt, voce docere te poterit et suam, immo per se nostram explicare sententiam.*[1]) accuratius autem epistulae tempus significatum habemus in epistula 190, ubi Augustinus: *A me autem,* inquit, *cum quaesisset amicus mihi carissimus et divinarum studiosissimus litterarum* (id est Marcellinus) *quid de hac quaestione sentirem, eique remota verecundia hinc aestus meos et ignorantiam fassus essem, scripsit inde longe trans mare ad doctissimum virum. cui rescripsit ille, ut potius me consuleret, nesciens, quod iam fecerat nec aliquid a me certum ac definitum audire potuerat.*[2]) priusquam igitur Marcellinus Hieronymum adisset, rogavit Augustinum et Augustinus in epistula 143 quattuor opinionibus de origine animae distinctis, quaenam eligenda sit, ingenue se ignorare fatetur.[3]) quae epistula cum a. 412 scripta sit, Hieronymi epistulam, id est epistulam 165 aliquanto posteriorem aut eodem etiam anno 412 datam esse necesse est aut anno 413, antequam Hieronymus Marcellini mortem rescivit. verum tamen Augustinum in hac re narranda non sibi constitisse videmus. nam in epistula 166 ad Hieronymum eum audimus dicentem: *Sic enim ad Marcellinum scripsisti, in qua epistula etiam mei commemorationem benivolentissime facere dignatus es, quod hic me haberet in Africa, qui ei possem istam facilius explicare sententiam. quod si potuissem non ille hoc abs te tam longe posito inquireret, si tamèn id tibi ex Africa scripsit. nam quando scripserit, nescio; tantum scio, quod de hoc bene cognoverit cunctationem meam, unde me inconsulto facere voluit.*[4]) tunc igitur se nescire dixit, quando Marcellinus Hieronymum interrogavisset, utrumne ex Africa ei scripsisset an iam antea, atque se inconsulto eum id facere voluisse neque vero eo, quod est in epistula 143, Augustini responso commotum, ita ut dubitare possis de illa accuratiore temporis descriptione, quam ex epistula 190 supra eruimus, nisi si Augustinum, cum scriberet epistulam 190, de harum rerum ordine melius instructum fuisse sumas quam tribus annis ante, cum scriberet epistulam 166.

---

[1]) p. 542, 3—543, 9.
[2]) p. 155, 15 156, 2.
[3]) p. 255, 1—261, 24.
[4]) p. 558, 1—9.

De epistulis **166** et **167** dicit Augustinus in Retractationum l. II c. 45: *Scripsi etiam duos libros ad Hieronymum presbyterum sedentem in Bethleem unum de origine animae hominis alterum de sententia Iacobi apostoli de utroque consulens eum.* simul igitur utramque epistulam misit[1]) idque anno 415 — nam inter huius anni opera in Retractationibus sunt enumeratae — per Orosium, quem, ut discendi causa ad Hieronymum iret, ipse hortatus erat.[2]) Orosium autem iam III Kal. Augustas illius anni Hierosolymis sacerdotum conventui interfuisse ad ep. 157 docuimus; itaque sequitur, epistula 166 et 167 vere anni 415 ut sint compositae.

Brevi epistula **168** Timasius et Iacobus Augustino gratias egerunt, quod librum de natura et gratia ad eos miserat. quem librum a. 415 compositum esse omnes consentiunt.

In epistula **169** Augustinus opera commemorat, quae eo ipso anno, quo hanc epistulam scribebat, *ante pascha propinquante quadragesima inchoata* conscripsisse se dicit.[3]) sic tribus prioribus libris de civitate dei duos alios addidit;[4]) sic duos libros sive epistulas (166 et 167) ad Hieronymum de origine animae hominis et de sententia Iacobi apostoli misit;[5]) sic Orosio ad quaedam interrogata libro contra Priscillianistas et Origenistas respondit;[6]) sic librum composuit de natura et gratia contra Pelagium.[7]) atque ut epistulas 166 et 167 vere anni 415 datas esse supra demonstravimus, ita cetera quoque omnia eodem anno exarata sunt, qua re etiam una cum illis epistulis in Retractationum libro II quattuor deinceps capitibus 42—45 alterum post alterum recensentur. itaque epistulam 169 Augustinum anno 415, postquam illis laboribus functus sit, ad Evodium dedisse constat.

Epistulae **170. 171. 171 A.**

Epistulam **170** Alypius et Augustinus ad Maximum dederunt, cum a Peregrino episcopo audivissent illum ipsum quidem ex Arriana haeresi ad catholicam fidem redisse neque vero effecisse, ut sui quoque idem facerent. quod ut acriore studio agitaret, eum adhortantur simulque quid de trinitate contra Arrianos tenendum esset, exponunt. neque multo post veriti, ne Maximus se laesum putaret, epistula **171** ad Peregrinum data se excusaverunt eumque interrogaverunt, numquid illa adhortatione profecissent. quae epistulae quo tempore missae sint nisi ex Peregrini episcopatu colligi non potest. neque enim episcopus Peregrinus alius fuisse videtur

[1]) Cf. etiam ep. 167 p. 586, 3—587, 3; ep. 169 p. 620, 28—621, 16; ep. 172 p. 636, 6—637, 2.

[2]) ep. 166 p. 547, 5—548, 9; ep. 169 p. 621, 12—16.

[3]) p. 611, 9—10. [4]) p. 611, 11—15.

[5]) p. 620, 28—621, 16. [6]) p. 621, 16—20.

[7]) p. 621, 20—23.

atque is, qui in epistula 139 et 149 diaconus appellatur.[1]) epistula autem 149 cum inter a. 414—416 scripta sit, sequitur Peregrinum post a. 414 episcopum factum esse neque ante datas esse epistulas 170 et 171; quanto autem post, incertum est. denique epistulam **171 A,** cuius fragmentum in Primasi commentariis super Apocalypsim servatum est, ad eundem Maximum fuisse missam ex iterata et inopinata trinitatis commemoratione[2]) est quod concludas; temporis autem vestigium frustra quaesieris.

Epistulam **172** Hieronymus ad Augustinum misit paulo post, quam dialogum adversus Pelagianos composuerat; nuper enim eum se edidisse in epistula dicit.[3]) editus est autem ille dialogus sub extremum annum 415.

Epistulam **173** Augustinus ad Donatum, presbyterum partis Donati, dedit de violenta ratione cum eo disserens, qua ille ab sua se parte ad catholicam ecclesiam trahi questus est. quod quando factum sit, si quaeris, factum esse invenies post conlationem illam catholicorum cum Donatistis medio anno 411 habitam, quippe cum de ea agatur capite 7. qua conlatione cum Donatistae essent devicti, lege III Kal. Februarias a. 412 data poenae, quae antea in eos erant constitutae, renovatae et novae severioresque sunt additae idemque iterum factum est a. 414 lege X Kal. Iulias data.[4]) annis igitur ab illis legibus proximis Donato vim inlatam et epistulam 173 scriptam esse manifestum est, annus autem ipse incertus.

Epistula **173 A** p. 650, 8: *Servate vos ad legendos de trinitate libros, quos in nomine domini edere iamque dispono.* epistula igitur scripta est a. 416, quoniam paulo post editi sunt libri de trinitate. quos cum deinde ad Aurelium, episcopum Carthaginensem, mitteret, una ad eum misit epistulam **174.**

Epistulae **175. 176. 177. 181. 182. 183. 184.**

Epistulam **175** episcopi provinciae Carthaginensis et epistulam **176** episcopi Numidiae ad Innocentium papam scripserunt ex concilio Carthaginensi alteri, alteri Milevitano utroque a. 416 contra Pelagianam haeresim habito atque Milevitano paulo post Carthaginense.[5]) quibus epistulis suam quoque ipsorum (ep. **177**) quinque episcopi addiderunt,[6]) Aurelius, Alypius, Augustinus, Evodius, Possidius. quo facto omnes tres simul per episcopum Iulium Romam missae et Innocentio sunt redditae.[7]) responsa autem, quae Innocentius ad singulas litteras dedit, sunt epistula **181. 182. 183,** quarum altera

---

[1]) p. 150, 15; 154, 7; 380, 5.
[2]) p. 633, 3—4; 635, 2—3; 15. [3]) p. 638, 1.
[4]) Theodos. lib. XVI 5, 52; 54.
[5]) p. 668, 9—11. [6]) p. 669, 5—7.
[7]) p. 703, 6—7; 715, 8—11; 724, 4—6.

et tertia diem adscriptum habent, altera: *Dat. VI Kl. Febr. Honorio et Constantio uu. cc. conss.*, id est a. 417, tertia: *Dat. VI Kl. Febr.* in prima quoque quin idem adscriptum fuerit, sed temporum iniuria perierit, non est quod dubites, ita ut uno die Innocentius ad omnes illas litteras respondisse videatur. — Brevissima denique epistula **184** Innocentius salutem tantum modo nuntiavit Aurelio et Augustino per presbyterum Germanum, cum in Africam revertebatur. cuius epistulae tempus ut definias, nihil aliud adiumento erit, nisi quod Innocentius IV Id. Martias a. 417 mortuus est et, si ille Germanus presbyter idem est atque is, qui episcopus concilio Carthaginensi intererat,[1]) epistulam ante a. 416 scriptam esse patet.

Epistulam **178** Augustinus ad Hilarium scripsit paulo post, quam conciliorum Africanorum epistulae (ep. 175 et 176) ad Innocentium papam datae erant; dicit enim: *Iam cum ista scriberemus, cognoveramus in ecclesia Carthaginensi adversus eos episcopalis concilii conditum fuisse decretum per epistulam sancto et venerabili papae Innocentio dirigendum et nos de concilio Numidiae ad eandem apostolicam sedem iam similiter scripseramus.*[2]) necdum Innocenti responsa, quibus Pelagius et Caelestius ecclesiastica communione privabantur,[3]) in Africam pervenerant; alioquin Augustinus non questus esset: *Nova quaedam haeresis inimica gratiae Christi contra ecclesiam Christi conatur exsurgere, sed nondum evidenter ab ecclesia separata est.*[4])

Epistulam **179** Augustinus ad Iohannem, episcopum Hierosolymitanum, a. 416 misit paulo post synodum Diospolitanam extremo mense Decembri a. 415 habitam petens ab eo, ut ecclesiastica gesta sibi transmittere dignaretur. cuius synodi tunc nihil nisi fama tantum incerta in Africam pervenerat, qua cum Pelagius purgatus esse perhiberetur, Augustinus et multi cum eo episcopi valde sunt perturbati, et pro gestis defensio quaedam ab ipso Pelagio conscripta, qua se dixerat obiectis respondisse Herotis et Lazari Gallorum.[5]) nondum igitur Orosius ex Palaestina reverterat neque concilium fuerat Carthaginense, quod cum haberetur, Orosius litteras Herotis et Lazari congregatis episcopis tradidit.[6]) nam epistula scripta est eo tempore, quod inter synodum Diospolitanam et Carthaginensem intercedebat. atque si consideramus, quanto studio Augustinus illa gesta adquirere conatus sit — iam antea enim scripserat alteram ad Iohannem epistulam neque responsum acceperat, et hanc ut mitteret, occasione perlatoris factum est, quem cito

---

[1]) ep. 175 p. 653, 7. [2]) p. 690, 12—17.
[3]) p. 711, 3—712, 11; 721, 3—722, 10.
[4]) p. 689, 14—16. [5]) p. 695, 9—12; 14—17.
[6]) ep. 175 p. 653, 11—654, 1.

rediturum esse compererat[1]) —, veri simillimum est futuro concilio Carthaginensi ea gesta Augustinum praeparare voluisse.

In epistula **180** ad Oceanum data Augustinus Hieronymi dialogum adversus Pelagium commemorat et opus appellat recentissimum, quod modo edidisset.[2]) qui dialogus cum sub extremum annum 415 exaratus sit, epistulam haud multum ab illo tempore distare putandum est. accedit quod Augustinus ab Oceano librum Hieronymi petit, quem ille ab Orosio describendum accepisset;[3]) Orosius igitur ex Palaestina iam redierat, id quod factum esse constat a. 416 concilii Carthaginensis tempore.[4])

Si quis tempus epistulae **184 A** indagare voluerit, non habebit, quo nitatur, nisi quod Augustinus, cum hanc epistulam scriberet, librum quartum decimum de civitate dei in manibus se habuisse dicit.[5]) quod quando factum sit, coniectura adsequi poteris, si consideraveris librum IV et V intra annum 415 eum inchoavisse simul ac perfecisse;[6]) libro undecimo institisse, cum Orosius in praefatione historiarum adversum paganos esset occupatus,[7]) id est anno, ut videtur, 416—417; ipsum autem librum quartum decimum iam praesto fuisse, cum Augustinus contra adversarium legis et prophetarum scriberet,[8]) quod opus ineunti anno 420 adtribuitur. quae cum ita se habeant, liber quartus decimus et una cum eo epistula 186 in annum circiter 418 incidisse videntur.

Epistulam **185** de correctione Donatistarum ad Bonifatium anno 417 scriptam esse apparet. etenim in Retractationum l. II 48 Augustinus eam post librum de gestis Pelagi et ante librum de praesentia dei sive epistulam 187 posuit, quod utrumque opusculum a. 417 est compositum, et nominatim adfirmavit eodem tempore eam esse scriptam, quo librum de gestis Pelagi.

In epistula **186** Augustinus cum Alypio ad Paulinum de Pelagiana haeresi scribunt: *Missae sunt ex duobus conciliis, Carthaginensi et Milevitano, relationes ad apostolicam sedem. scripsimus etiam ad beatissimae memoriae papam Innocentium praeter conciliorum relationes litteras familiares. ad omnia nobis ille rescripsit eo modo, quo fas erat atque oportebat apostolicae sedis antistitem.*[9]) ad Africanorum enim episcoporum epistulas 175. 176. 177

---

[1]) p. 691, 15—21; 695, 12—14.
[2]) p. 700, 3—4. [3]) p. 700, 13—16.
[4]) Ep. 175 p. 653, 11—654, 1. [5]) p. 735, 20—21.
[6]) Cf. ep. 169 p. 611, 11—15.
[7]) Orosius hist. adv. pag. I praef. § 11.
[8]) Aug. contra adversarium legis et prophetarum I 14, 18 (Migne patrol. lat. XLII p. 613, 42—43): *De qua re uberius in aliis et maxime in quarto decimo libro de civitate dei disputavimus.*
[9]) p. 47, 2—11.

Innocentius, ut supra exposuimus, respondit epistulis 181. 182. 183 VI Kal. Februarias a. 417 datis et 45 diebus post IV Id. Martias ipse decessit. itaque ante mensem Aprilem a. 417 epistula 186 scripta non est neque vero multo post, nam nullum omnino verbum de Zosimo, Innocenti successore, facit Augustinus. verum tamen Zosimus XI Kal. Octobris eiusdem anni ad Africanos episcopos epistulam misit, qua cum Pelagium et Caelestium tueretur, credulitatis temeritatisque illos insimulabat: *Non decet,* inquit, *episcopalem auctoritatem et praecipue prudentiam vestram ad levium susurronum scripta pendere.*[1]) quod Alypius et Augustinus, cum ad Paulinum scriberent, si iam cognovissent, tacere non potuerunt. inter Aprilem igitur et Septembrem a. 417 epistulam datam esse censendum est.

Epistulam **187** sive librum de praesentia dei ad Dardanum Augustinus in Retractationum l. II c. 49 post librum de gestis Pelagi et librum de correctione Donatistarum utrumque a. 417 conscriptum posuit et ante libros de gratia Christi et de peccato originali duos. qui libri cum Carthagine exarati sint, ubi Augustinus propter concilium Kal. Mais a. 418 habitum aliquantum temporis versabatur. epistula autem 187 aestate[2]) scripta, sequitur hanc epistulam datam esse aestate anni 417.

Alypius et Augustinus cum legissent librum quendam sine nomine scriptum, qui ad Demetriadem, Iulianae filiam, missus esset, epistulam **188** dederunt ad matrem monentes, ut caverent Pelagianum illum librum et sciscitantes, quisnam eum scripsisset.[3]) in libro vero de gratia Christi Augustinus Pelagium ipsum fuisse scriptorem habet compertum,[4]) unde epistulam antecessisse apparet, id est scriptam esse ante Maium anni 418, quo illud opus Augustinum in manibus habuisse supra ostendimus. neque vero ultra Octobrem anni 417 eam repetere licet. nam Pelagius litteras quondam ad Innocentium papam dederat, quae Innocentio interim mortuo post aliquot menses Zosimo successori sunt redditae; Zosimus autem epistulae suae XI Kal. Octobris a. 417 ad Africanos episcopos datae eas adiunxit.[5]) quas cum Augustinus in epistula 188 extrema commemoret, hanc epistulam non ante scriptam esse constat. scripta est igitur inter Octobrem a. 417 et Aprilem a. 418.

Epistulam **189** ad Bonifatium datam Augustinus sic incipit: *Iam rescripseram caritati tuae, sed, cum epistulae dirigendae occasio quaereretur, supervenit dilectissimus filius meus Faustus pergens ad eximietatem tuam. qui cum ipsas litteras, quas iam*

---

[1]) Mansi concil. coll. IV p. 353—355. [2]) p. 82, 9.
[3]) p. 122, 11—14.
[4]) 37, 40 (Migne XLIV p. 378, 49 sqq.
[5]) Mansi concil. coll. IV p. 355 C; Aug. de gratia Christi et de pecc. orig. II 17, 19 (Migne XLIV p. 394, 26—29).

feceram, accepisset tuae benivolentiae perferendas, suggessit mihi multum te desiderare, ut aliquid tibi scriberem, quod te aedificet ad sempiternam salutem. si, quam iam rescripserat Augustinus neque dum miserat, erat epistula 185 — quod nihil est cur dubites; neque enim alia est epistula, de qua cogites, et ut epistula 185 de correctione Donatistarum, id est de rebus ecclesiasticis agit, ita epistula 189 Bonifatium ipsum spectat pietatisque excitationem habet [1]) — si igitur illa epistula erat epistula 185, quam anno 417 scriptam esse statuimus, hanc vixdum perfectam subsecuta est epistula 189, ita ut utramque idem Faustus perferendam acciperet.

Concilio Carthaginensi Kal. Mais a. 418 habito Augustinus, ut ad ep. 187 dictum est, aliquamdiu Carthagine commoratus inde in Mauretaniam cum profectus esset, Caesareae epistulam **190** conscripsit.[2]) Caesareae autem Augustinum fuisse constat XII Kal. Octobris; eo enim die ibidem cum Emerito, Donatistarum episcopo, disputavit.[3]) scripta est igitur epistula 190 extrema aestate aut ineunte autumno anni 418. cui temporis descriptioni congruit, quod in ipsa epistula Zosimi papae litterae sunt commemoratae, *quae universaliter ad omnes episcopos de apostolica sede manarunt*, id est tractoria, quam vocant,[4]) quae missa est aestate anni 418.

Postquam igitur Augustinus autumno anni 418 ex Mauretania Hipponem rediit, epistulas se absente eo missas accepit unam Sixti, alteram Caelestini, tertiam Mercatoris; sed a Mercatore iam prius Carthagine epistulam acceperat neque vero aut ibidem aut Caesareae respondendi occasionem habuerat; tunc Hippone alias querela exasperatas litteras invenit. ad quas omnes sub extremum, ut videtur, annum 418 rescriptae sunt epistulae **191. 192. 193** atque prima, quae occurrebat, perlatoris opportunitate per eundem Albinum acolithum simul missae.[5])

Post epistulam 191 brevissimo temporis intervallo ad eundem Sixtum Augustinus epistulam **194** dedit. etenim cum Sixti epistulam

---

[1]) Quod Maurini contra dicunt epistulam 185 ab Augustino in Retractationibus (II 48) non epistulam sed librum vocari, haud multum valet, quoniam in amplioribus litteris idem saepius occurrit velut in ep. 54 et 55 (Retract. II 20 *quorum librorum prior epistula est, habet quippe in capite, quis ad quem scribat; sed ideo inter libros adnumeratur hoc opus, quoniam sequens, qui nomina nostra non habet, multo est prolixior et in eo multo plura tractantur);* 140, 147; 148; 166; 167; 187.

[2]) p. 137, 8—138, 9; ep. 193 p. 167, 13—168, 3.

[3]) Aug. de gestis cum Emerito Donatistarum episcopo c. 1 (Migne patrol. lat. XLIII p. 697, 20—22).

[4]) p. 157, 17—20; 159, 6—19.

[5]) p. 162, 14—163, 4; 165, 16—166, 2; 167, 13—168, 12.

presbyter Firmus prius Hipponem pertulisset, quam Augustinus ex Mauretania rediit, et, postquam rediit, Firmus iam inde discessisset, Augustinus prima rescribendi occasione usus per Albinum acolithum brevem epistulam 191 ad Sixtum misit prolixiorem per Firmum se missurum esse promittens. itaque cum Firmus per Hipponem in Italiam reverteretur, id quod paulo post factum esse probabile est, huic quoque alteram multo longiorem perferendam dedit, id est epistulam 194.[1])

Epistula **195** Hieronymus Augustinum summis laudibus ornat et conditorem antiquae rursum fidei veneratur, *qui*, inquit, *contra flantes ventos ardore fidei perstitisti maluistique, quantum in te fuit, solus liberari de Sodomis quam cum pereuntibus commorari; scit, quid dicam, prudentia tua.* qua imagine quid significaverit, satis est perspicuum. Zosimus enim fallaciis circumventus cum primis pontificatus mensibus Pelagium et Caelestium haeresis convictos et condemnatos tueretur, Augustinus cum ceteris Africanis episcopis in suo iudicio perstiterunt atque pervicerunt, ut Zosimus ipse patefactis haereticorum dolis consentire cogeretur et tractoria, quam vocant, medio anno 418 ad omnes episcopos missa Pelagium et Caelestium condemnaret. hanc in defendenda fide victoriam Hieronymus epistula 195 Augustino quam primum videtur esse gratulatus.

Epistula **196** p. 220, 24: *Hoc genus hominum capita sibi invenerat Pelagium et Caelestium, impietatis huius assertores acerrimos, qui recenti iudicio dei per diligentes et fideles servos eius etiam catholica communione privati sunt et propter cor inpaenitens adhuc in sua damnatione persistunt.* haec igitur epistula sicut superior scripta est post Zosimi tractoriam aestate anni 418 emissam. quando autem post illam tractoriam id factum sit, nisi quod recens dicitur iudicium dei, accuratius definiri nequit neque quicquam conducit, quod Donatianus ut in epistulae exordio *(ad venerabilem senem Donatianum)* ita etiam in actis concilii Carthaginensis Kal. Mais a. 418 habiti[2]) primatum tunc provinciae Byzacenae obtinuisse significatur.

Epistulis **197. 198. 199** 'de fine saeculi' inter se disputant Augustinus et Hesychius, episcopus Salonitanus. atque primum qui-

---

[1]) p. 162, 14—163, 4; 176, 5: *In epistula, quam per carissimum fratrem nostrum Albinum acolithum misi, prolixiorem me missurum esse promisi per sanctum fratrem et conpresbyterum nostrum Firmum, qui nobis litteras adtulit sinceritatis tuae.* quae promissio cum non inveniatur in epistula 191, qualem nunc habemus, excidisse eam est quod conicias in extrema epistula, quippe quae iusto exitu carere videatur.

[2]) Mansi concil. coll. III p. 823 B; IV p. 377 B.

dem Hesychius Augustinum rogavit, ut de ea re sibi aliquid scriberet, quae Hesychi epistula non amplius extat. cui Augustinus epistula **197** respondit per eundem Cornutum, qui Hesychi epistulam ad eum pertulerat, ex Africa Salonas revertentem petens, ut rescriberet, quid ipse de hac quaestione sentiret, et, si quid ei deus melius patefecisset sive patefaceret, id secum communicare dignaretur.[1]) itaque Hesychius alteram epistulam misit, id est epistulam **198**[2]) eamque sic conclusit: *Ego autem*, inquit, *ne petitioni beatitudinis tuae contemptor essem, haec, quem ad modum sensi, scripsi ad tuam caritatem. plenius autem dignare nos verbo gratiae tuae rescribendo instruere et laetificare.* neque frustra se rogari passus est Augustinus, sed amplissima epistula **199** totam quaestionem, qua potuit subtilitate, tractavit. cuius epistulae tempus ipse apertissime indicat dicens: *A nativitate autem domini hodie computantur anni ferme 420, a resurrectione autem vel ascensione eius anni plus minus 390.*[3]) neque deest indicium, quo, quando ortum sit hoc litterarum commercium, possimus suspicari. Hesychius enim tunc *in uno tempore et signa in caelo et pressuram gentium in terris ab hominibus videri et sustineri* scribit,[4]) ex anno autem 418 portentosa signa nobis narrantur: XVI Kal. Augustas circa octavam diei horam solem tantopere defecisse ait Philostorgius, ut stellae quoque visae essent, tantamque siccitatem secutam esse, ut permagnus numerus hominum et animalium consumerentur; fulgorem quoque quendam in caelo apparuisse et a media aestate per plus quam quattuor menses ad exitum ferme autumni perseverasse; et insequenti anno terrae motus coepisse simulque ignem e caelo demissum omnem salutis spem praeclusisse.[5]) quae cum ita sint, quid est probabilius quam Hesychium illis ostentis commotum de fine saeculi Augustinum consuluisse? haec igitur prima ex quattuor epistulis non ante autumnum anni 418 scripta esse videtur. denique in epistula 197 et 198 Hieronymi ita fit mentio,[6]) ut eum tunc in vivis fuisse manifestum sit; mortuus est autem pridie Kal. Octobris a. 420.

Epistula **200** simul cum libro priore de nuptiis et concupiscentia ad Valerium comitem missa est, ad quem Augustinus illum librum paulo post damnationem Pelagi Caelestique scripsit[7]) extremo, ut videtur, anno 418.

---

[1]) p. 231, 2—8; 12—14; 234, 23—25.
[2]) p. 235, 5—6; 12—16.
[3]) p. 260, 14—17. [4]) p. 240, 11—12; cf. p. 273, 6.
[5]) G. Reading, Eusebii hist. eccles. Cantabr. 1720. III p. 548 usque ad 549.
[6]) p. 234, 20; 241, 24.
[7]) Aug. contra duas epist. Pelag. I 5, 9 (Migne patrol. lat. XLIV p. 555, 1—8).

Epistula **201** imperatorum Honori et Theodosi ad Aurelium episcopum p. 299, 1: *Data V Idus Iunias Ravennae.* quod autem in editionibus additum est 'Monaxio et Plinta consulibus', id est a. 419, cum in nullo omnino codice reppererim, delendum curavi. ab editoribus enim huc translatum esse videtur ex scriptis, quae Aurelius imperatorum in hac epistula iussu[1]) ad quosdam episcopos Africanos continuo misit, quae sunt *data Kal. Augustis Carthagine Monaxio et Plinta consulibus.*[2])

Superatis damnatisque Pelagianis Hieronymus epistulam **202** ad Alypium et Augustinum scripsit perferendamque Innocentio presbytero dedit.[3]) Innocentius autem decreto concilii Carthaginensis III Kal. Iunias a. 419 habiti ad Cyrillum Alexandrinum missus erat, ut veriora ab eo exemplaria actorum synodi in Nicaena civitate habitae impetraret. cui desiderio Cyrillus quam primum satis fecit, quo facto episcopi Africani illa exemplaria VI Kal. Decembris eiusdem anni Bonifatio papae proposuerunt.[4]) in hoc itinere Innocentium ad Hieronymum quoque venisse atque ab eo epistulam Alypio et Augustino reddendam accepisse pro certo habere possumus. quod si ita est, epistulam neque ante extremam aestatem neque post ineuntem Novembrem anni 419 scriptam esse efficitur. atque paulo ante, quam epistulam scriberet, Eustochiae obitum magno dolore se affecisse scribit Hieronymus.[5]) quam cum Palladius in historia Lausiaca, quae circiter annum 420 composita esse videtur, etiam tunc monacham exerceri in Bethleem et conventum quinquaginta virginum habere dicat,[6]) Palladius aut illud scribebat, quo tempore Eustochia nondum decesserat, aut illam iam esse mortuam ignorabat. ita etiam hoc indicium cum illo tempore valde congruit.

Epistula **202 A** Augustini Optato p. 302, 11: *Quinque ferme anni ecce evoluti sunt, ex quo in orientem misi librum non praesumptionis sed consultationis meae et adhuc rescripta non merui.* his verbis Augustinus librum de origine animae hominis significat, id est epistulam 166, quam ad Hieronymum vere anni 415 eum misisse supra exposuimus. itaque cum hanc ad Optatum epistulam quinque ferme annis post se scripsisse adfirmet, id factum esse apparet vere ferme anni 420.

Epistula **203** Augustinus respondet Largo cuidam, qui prospera ante fortuna usus cum aspera esset perpessus, ab Augustino

---

[1]) p. 297, 11—298, 5.
[2]) Mansi concil. coll. IV p. 447 A—C.
[3]) p. 300, 2—3; 299, 7.
[4]) Mansi concil. coll. III p. 835 D—E et 838 A; 838 C—D.
[5]) p. 300, 12—13.
[6]) Palladius hist. Laus. c. 126 (Migne patrol. gr. XXXIV p. 1231 D).

litterarum consolationem desideravisse videtur. quem cum Augustinus insignem et praestantissimum filium appellet, eximietatis nomine exornet, periculosam sublimitatem ut caveat, hortetur, est quod de magistratu aliquo maiore cogitemus. Largus autem quidam pro consule Africam anno 418 et 419 administrabat.[1]) qui si fuit ille, ad quem data est epistula 203, hanc epistulam eum aut in ipsa muneris administratione aut paulo post desiderasse et accepisse veri est simillimum.

Dulcitius tribunus et notarius cum in Africa esset executor imperialium iussionum contra Donatistas datarum,[2]) Augustinum rogavit, ut duas epistulas Gaudenti, Tamugadensis Donatistarum episcopi, refelleret. Augustinus autem, quoniam tum ipsum erat occupatissimus, interim epistula **204** ei subministrabat, quem ad modum eum oporteret haereticis respondere. deinde illos duos contra Gaudentium Donatistarum episcopum libros conscripsit anno circiter 420. paulo igitur epistula 204 hos libros antecessit.[3])

Epistulam **205** Augustinus ad Consentium quendam dedit, quem se novisse neque vero umquam vidisse adfirmat,[4]) quippe qui trans mare habitaret, sicut ex eo liquet, quod est in extrema epistula: *Cum ista dictarem, perlator iam ventum expectans me vehementer, ut navigaret, urguebat.* hunc Consentium esse eundem atque illum, ad quem Augustinus librum contra mendacium misit, non sine causa conieceris. nam hic liber item trans mare missus est, in Hispaniam scilicet, de Hispana enim est Priscillianistarum haeresi; deinde et in epistula et in libro Augustinus scribendi festinationem excusat dicens perlatorem iam navigare cupientem diutius se retinere noluisse;[5]) denique et hic et illic Consentius, qui utrimque frater dilectissimus vel carissimus appellatur, Augustinum quaestionum scriptorumque multitudine onerat.[6]) quo posito de epistulae tempore est quod reperias eo loco, ubi Augustinus ad ea se respondere dicit, quae Consentius praeter epistulam in alia chartula a se quaerenda misisset.[7]) respondit enim ad ea, quae erant in chartula, quae autem quaerenda miserat in epistula, in aliud tempus distulit. qua re quis non inclinat eo, ut, quae Con-

---

[1]) Theodos. lib. X 9, 3; 10, 27 et 28; Baron. ann. eccl. V p. 439 C—E.

[2]) cf. Aug. Retract. II 59.

[3]) p. 317, 6—8; 319, 12—15; 322, 16—23.

[4]) p. 323, 3—8.

[5]) p. 339, 18—21; Aug. contra mendacium 1, 1 (Migne patrol. lat. XL p. 517—518).

[6]) p. 323, 2; 324, 8—10; Aug. contra mendacium 1, 1 (Migne patrol. lat. XL p. 517).

[7]) p. 324, 8—10.

sentius in epistula expetivisset, ad ea Augustinum credat rescripsisse libro contra mendacium, praesertim cum, ex quo haec rescripta praeparavisset, annum emensum esse ipse dicat.[1]) quae si ita sunt, epistula 205 data est circiter annum ante librum contra mendacium, quem editum esse perhibent a. ferme 420. cui tempori ita definito non repugnat, neque quod Augustinus librum de fide et operibus commemorat,[2]) quem iam ineunte anno 413 composuerat, neque quod quietioribus et tranquillioribus rebus humanis Consentium oculis se visurum esse sperat, ut id honestae caritatis sit potius quam molestae necessitatis;[3]) nam Hispania iam per decem annos Vandalorum, Gothorum, aliarum gentium inruptionibus vexabatur.

De tempore epistulae **206** nihil dici potest, nisi quod commendaticia est ad eundem Valerium comitem data, ad quem Augustinus extremo, ut videtur, a. 418 librum priorem de nuptiis et concupiscentia misit simul cum epistula 200, ut supra vidimus.

Epistula **207** una cum libris sex contra Iulianum, haeresis Pelagianae defensorem, ad episcopum Claudium missa est; illos autem libros perscriptos esse constat a. 421 aut paulo post.

Epistula **208** et **209.**

Epistula **209** Augustinus Caelestino primum gratulatus est, quod Bonifatio papa pridie Non. Septembris a. 422 mortuo in sede apostolica cunctis suffragiis erat constitutus, unde paulo post hanc epistulam scriptam esse constat. deinde Fussalensium causam, in qua iam Bonifatius fuerat occupatus,[4]) ut quam diligentissime cognosceret atque iudicaret, ei commendavit. etenim Fussala erat castellum Hipponiensi territorio confine. paucos habuerat illa terra catholicos; ceteras plebes Donatistarum haeresis obtinuerat. sed postquam magnis laboribus et periculis actum erat, ut omnis illa terra ad catholicam se applicaret ecclesiam, Augustinus episcopum ibi ordinandum constituendumque censuit et adulescentem quendam Antoninum designandum curavit.[5]) verum Antoninus illa dignitate se indignissimum praebuit et res ad tantum scandalum venit, ut in causis dicendis stuprorum crimina capitalia, intolerabilis dominatio, rapinae, oppressiones, contritiones ei obicerentur et Fussalenses dolore iusto, ut sibi praeesset, ferre omnino se non posse ostenderent, ne cum suo illiusque periculo in aliquod scelus forsitan erumperet inpatientia sui doloris.[6]) rogat igitur Augustinus papam Caelestinum, ut eius *misericordiam utrique mereantur, illi, ne mala patiantur, iste, ne faciat, illi, ne oderint catholicam, si a catholicis episcopis maximeque ab ipsa sede apostolica contra catholicum non*

---

[1]) Aug. contra mendacium 1, 1 (Migne patrol. lat. XL p. 517).
[2]) p. 338, 22—339, 3. [3]) p. 324, 5—8.
[4]) p. 350, 15—16; 351, 22—24. [5]) p. 348, 1—349, 8.
[6]) p. 349, 12—350, 2.

eis subvenitur episcopum, iste autem ne se tanto scelere obstringat, ut, quos molitur invitos facere suos, a Christo faciat alienos.[1])

Quibus cum rebus fortasse coniunctum fuisse id, quod in epistula **208** tractatur, Maurini coniecerunt. Felicia enim virgo, quae ex parte Donati ad catholicam ecclesiam transierat,[2]) scandalis in ecclesia exortis graviter est perturbata, ut periculum esset, ne fastidio tantarum iniquitatum a catholica communione averteretur. de cuius salute sollicitus Augustinus has litteras ad eam misit monens, ne nimis commoveretur illis scandalis; duo enim esse pastorum genera: alios propterea tenere pastorales cathedras, ut Christi gregibus consulerent, alios vero propterea in eis sedere, ut suis honoribus temporalibus et commodis saecularibus gauderent.[3]) propter hos filios iniquitatis pascua ne desereret unitatis neve virginitatis suae fructum cum perditis perderet aut periret; si enim de isto saeculo exiret separata ab unitate corporis Christi, nihil ei prodesse servatam corporis integritatem.[4]) quae cum ita sint, facile adducimur, ut credamus Antoninum illum fuisse malum pastorem, de quibus Augustinus Feliciam consolatur, et epistulam 208 eo tempore scriptam esse; quo Antonini causa agebatur. quamquam similia tunc in Africa haud ita rara fuisse ecclesiae illius condiciones faciunt probabile.

Epistulae **210** et **211.**

Epistulam **210** ad matrem Felicitatem et fratrem Rusticum et sorores, quae cum ipsis erant, Augustinus dedit, id est ad feminarum monasterium, in quo cum propter reprehensiones aliquas exortae essent indignationes et dissensiones, oboedientiam et concordiam restituere conatur. simillima est ratio sequentis epistulae **211**, quae inscriptione omissa tradita sed et ipsa ad feminarum monasterium missa est, ubi sorores tumultuantes praepositam mutare gestiebant et praepositus quoque aliquas in dissensione partes habebat.[5]) qua re cum Augustinus, ut praesens pacem inter eas conciliaret, sollicitaretur,[6]) hanc epistulam misit additis subtilibus praeceptis. ad quae vitae disciplinam instituerent. utramque epistulam in eadem causa ad idem monasterium missam esse, cuius praepositam fuisse Felicitatem et Rusticum praepositum, nihil impedit, quin statuamus. quo autem tempore scriptae sint, ut definiamus, epistula 210 nihil habet, quo nitamur; in epistula 211, quam ut austeriorem et graviorem ita posteriorem esse patet, germanam Augustini sororem, quam Possidius viduam deo servientem multo tempore usque in diem obitus

---

[1]) p. 352, 16—21.
[2]) p. 343, 7—8; 346, 9—10; 28—347, 3.
[3]) p. 343, 17—20. [4]) p. 346, 8; 21—24.
[5]) p. 358, 15—16; 22; 359, 2—11.
[6]) p. 356, 5—357, 4.

sui praepositam ancillarum dei vixisse narrat,[1]) illius monasterii, quae tunc erat, praepositam aliquot annos praecessisse significatur.[2]) quamquam cum, neque qua aetate fuerit neque quando mortua sit, compertum habeamus, haud multum inde in constituendo epistulae tempore proficimus.[3])

Africa sub caeli ferventiore plaga est II 469, 18. quamquam sanctorum martyrum corporibus plena est, tamen nusquam ibi talia fiunt, qualia Mediolani apud memoriam sanctorum II 336, 7. ecclesiae membra per totam Africam tabefacta miserabiliter iacent I 70, 3. vastatio Africae IV 436, 10. ut Africa tanta mala patiatur, suis debent inputare homines peccatis IV 437, 6. sunt in Africa barbarae innumerabiles gentes, in quibus nondum est praedicatum evangelium IV 284, 15. Africa maiore talium hominum siti, qualis erat Paulinus, quam siccitatis nobilitate laborans II 4, 22. *cf.* I 102, 18. II 84, 9. contigit maxime in Africa, ut una ecclesia vel unius regionis ecclesiae alios habeant sabbato prandentes alios ieiunantes II 62, 18. facilius corniculas in Africa audieris *proverbii loco dictum* II 674, 12. plenarium Africae concilium II 231, 28. IV 389, 18. totum Africae corpus II 90, 4. Africae caput (*i. e.* Carthago) II 99, 21. Africae comes IV 436, 14. Mauretania non Africam se vult dici IV 469, 23. *v.* ecclesia. Romanus.

Africana ecclesia I 55, 19. 105, 7; catholica III 240, 14. IV 41, 2. Africanum concilium IV 389, 16. Africanae regiones I 72, 7; provinciae III 31, 9. 38, 15.

Africanus episcopus in concilio Carthaginensi adfuit III 653, 8.

Africus (*i. e.* ventus) II 607, 21.

Agabus propheta II 731, 2. III 358, 15.

Agar IV 8, 16. 225, 15. pro carnali figuratur II 450, 10. secundum originem carnis ad Sarram Iudaei, id est Israhelitae, ad Agar vero Ismahelitae pertinent;

secundum autem mysterium spiritus ad Sarram Christiani, ad Agar Iudaei IV 227, 8; *cf.* 226, 21.
Agetica praecepta *v.* Tagetica praecepta.
Agilis et Romanus a Paulino ad A. missi eique praecipue sunt commendati I 125, 2; *cf.* II 122, 6. qua re A. cum magna iucunditate eos suscepit II 2, 6. in epistula 42 praeter ceteros fratres maxime Romanum et Agilem salutavit II 84, 18.
Aginesis actor IV 588, 2. 6. 8.
agnitus *v.* Christus.
agnus: de agni inmaculati corpore partem sumere II 54, 2.
Agrippinus episcopus et scriptor II 480, 12.
alas cum deum habere audimus. protectionem intellegimus III 343, 10. *v.* deus.
Alarici prima urbis Romae obsidio II 533. 15.
Alba, Latii civitas II 551, 11. 12.
Albina cum Piniano et Melania, ut Augustinum viserent, in Africam profecti hiemem Tagastae commorabantur III 1, 6. 17. 2, 23. Augustinus autem cum propter valetudinem eos videre nequiret, epistula 124 se excusat III 1, 5—9. 2, 23. monasterialem illi, in eo erat, ut vitam agerent cum rerum etiam suarum distributione III 17, 1. inde dona contulerunt ecclesiae Tagastensi III 12, 22. eorum querelis ac suspicionibus Augustinus occurrere conatur epistula 125 ad Alypium data eodemque consilio soli Albinae scripta est ep. 126. laudibus ornantur III 1, 14. 4, 5. 7. omnes tres per Hieronymum salutant Alypium et Augustinum IV 301, 7. *v.* Pinianus.
Albinus, ecclesiae Romanae acolithus, epistulas 191—193 perferendas accepit IV 163, 6. 166, 1. 168, 11. 176, 5.
Alexander, episcopus Romanus II 153, 15.
Alexander, vetus haereticus, commentarios in epistulam ad Galatas reliquit II 286, 9. 376, 2.
Alexandria IV 489, 7.
Alexandrinus *v.* Athanasius. Didymus.
allegoria: quis non inpudentissime nitatur aliquid in allegoria positum pro se interpretari? II 470, 2.
allegorica significatio II 192, 6.
alleluia diebus omnibus dominicis canitur, quod significat actionem nostram futuram non esse nisi laudem dei II 202, 10. ut alleluia paschali tempore per illos solos dies quinquaginta cantetur, non usquequaque observatur; nam et aliis diebus varie cantatur alibi atque alibi, ipsis tamen diebus ubique II 207, 10; *cf.* 48, 7.
alogia est, cum epulis indulgetur, ut a rationis tramite devietur II 39, 27. *v.* eulogia.
Alpes montosis firmatae rupibus I 93, 17.
altare contra altare levatum est II 99, 22. maledici nescio quid aliud catholicos in altare dei ponere iactitabant II 462, 19. ferre oblationem ad altare dei II 655, 2. sancti altaris oblatio est sacramentum, quo praedicatur nostrum illud maximum votum, quo nos vovimus in

Christo esse mansuros III 363, 2. in sancti altaris sacramento quattuor partes distinguuntur III 363, 1—16. sancti altaris communione privare III 421, 8.

altitudo commune nomen est excelso et profundo, sed, cum in excelso dicitur, sublimitatis eminentia commendatur, cum autem in profundo, difficultas investigationis et cognitionis III 208, 19. *v.* caritas.

aluta *v.* fasciculus.

Alypius Mediolani initiatus est I 76, 9. adulescens cum A. de philosophia disputabat I 6, 15. una cum A. Zenobium in litterarum studiis ut teneret, operam dabat I 4, 13. eum in sua coniunctione mansisse A. plurimi aestimabat I 55, 2; *cf.* 75, 3. non animo eum atque A. sed corpore duos, qui noverat, dicebat I 104, 7. idem A. aderat in disputationibus cum Fortunio Donatista et cum Pascentio Arriano habitis II 114, 11. IV 535, 8. ad eum ab A. datae sunt ep. 29. 83. 125. 227; ab A. una cum Alypio missae ep. 41. 45. 53. 62. 69. 70. 170. 171. 186. 188; *cf. praeterea subscriptionem epistulae 248.* utrumque pariter rogavit Dioscorus, ut responderent ad quasdam interrogationes ex Ciceronis dialogis ortas II 664, 1. Consentius Alypium adiit, ut precum suarum apud A. esset adiutor II 698, 14. Alypius et A. Tubunis cum Bonifatio, Africae comite, conlocuti sunt IV 433, 3. ille Romae Iuliani libros descripsit et ad A. misit multum instans, ne respondere cunctaretur IV 452, 10. idem Paulinum, cuius nomen cognoverat, cum Mediolani initiaretur I 76, 8, et A. inter se consociavit I 82, 17. 123, 18. ad Paulinum litteras dedit I 73, 9 et eius munere Paulinus A. libros contra Manichaeos accepit I 74, 13. 78, 12. 83, 1. 123, 19. Paulinus Alypio de episcopi dignitate gratulatus est I 74, 1; 'dominus', scribit, 'in civitatis suae te civibus principalem cum principibus populi sui sede apostolica merito conlocavit' I 74, 4; *cf.* II 8 21. idem laudat Alypium, quod cum episcopi munere monachi vitam copularet itaque in clero sanctitatis suae comites et in monasteriis fidei ac virtutis aemulatores haberet I 74, 23. Eusebi historiam ei misit I 75, 7 et panem 78, 2. epistula 24 a Paulino ad Alypium data est et Alypi ad Paulinum epistula memoratur II 8, 21. 'Alypium toto pectore amplecteris et merito', scribit A. ad Paulinum I 100, 23 et Paulinus magna veneratione eum prosequitur I 77, 5, benedictum et venerabilem episcopum appellat I 78, 12. a quo cum peteret, ut vitae suae descriptionem sibi mitteret I 76, 1, verecundus ille nolebat, A. autem epistula adiit, qui hoc se facturum esse promisit I 101, 3. antequam Tagastensium episcopus factus est quamvis iam episcopatu dignus, Hieronymum in Palaestina vidit I 104, 2, qui deinde in epistulis 39. 81. 123 ad A. datis eum nominatim salvere iussit; epistulam 202 utri-

que inscripsit et Alypio et A. Alypius in concilio Milevitano adfuit III 663, 4 et inter illos quinque episcopos invenitur, qui epistulam 177 ad papam Innocentium miserunt, quibus ille respondit epistula 183. in Mauretaniam profectus est II 664, 3. epistula Alypio ad presbyterum Sixtum scribenda commemoratur IV 163, 7. in causa Piniani Hipponienses multa contumeliosa et indigna in Alypium clamabant III 8, 9, ut A. cavendum esset, ne quisquam manus ei adferre auderet 9, 17; *cf.* 3, 6. 4, 5. 7, 14. 8, 29. 15, 8. A. adfirmare se posse ait pecuniarum ecclesiasticarum procurationem tolerare Alypium, non amare, ita ut ea, si salvo officio posset, carere desideraret III 15, 5. Alypi cognatus fuit Romanianus I 100, 23 cum filio Licentio II 17, 3.

Ambrosius Mediolanensis episcopus II 62, 3. III 289, 3. persecutionem passus est II 115, 8. amator et desiderator visionis dei III 300. 8, eximius eius concupitor 303, 20. eius sententia de sabbati ieiunio II 62, 2—16. 161, 1—10. Ambrosius redarguit Photinianos et Arrianos haereticos III 292, 19. in quibusdam, ut ait Hieronymus, secutus est Origenem II 318, 14. eius sententiam de videndo deo comprobat A. III 328, 11; *cf.* 340, 21. 345, 6. Ambrosi potissimum ore A. ab erroribus liberatus est et ab eo baptizatus III 328, 13. II 62, 3. qua re A. plantatorem et rigatorem suum eum appellat III 328, 15. pro caelesti tamquam oraculo eum sibi fuisse dicit II 161, 12 et auctoritate praestare III 313, 14, qua cum Hieronymo disputans utitur II 376, 13. Paulinus Ambrosi dilectione ad fidem se innutritum esse narrat, in sacerdotii ordinatione eum se fovisse, denique suo clero vindicare voluisse, ut, etsi diversis locis degeret, ipsius presbyter censeretur I 76, 16. igitur patrem suum eum appellat I 76, 11. Ambrosi opera: de officiis II 373, 18; in Pauli ep. ad Gal. II 376, 13; Expos. evang. sec. Luc. III 289, 2; libri, qui non amplius extant, adversus eos, qui de Platonis libris Christum profecisse contendebant II 7, 23.

amen *v.* signare.

Ampelius episcopus in concilio Carthaginensi adfuit III 652, 7.

Anacletus episcopus Romanus II 153, 13.

Ananias, qui Saulo manus inposuit IV 21, 6.

Anapsychiae una cum Marcellino inscripta est epistula 165.

anas *v.* animal.

Anastasius episcopus Romanus, quo tempore A. ep. 53 scribebat II 154, 3. 8. cui Rufinus libellum suum dedit III 543, 1.

Anastasius, ad quem data est epistula 145.

anathema *v.* anima.

anathema(tizā)re mortuum IV 4, 1. si quisquam fidelium fuerit anathematus iniuste, ei potius oberit, qui faciet, quam ei, qui hanc patietur iniuriam IV 598, 12.

Anaunenses clerici a gentilibus occisi martyres honorantur III 152, 1.

Anaxagoras et Anaximenes quid docuerint, scire nihil interest hominis Christiani II 676, 18. 28. 677, 7. talis scientia humilitati adversatur Christianae II 686, 4. Anaxagoras sive quilibet mentem dixit ipsam esse veritatem atque sapientiam, id est deum II 687, 15—690, 9. Anaxagorae nomen omnes, ut militariter loquar, litteriones libenter sufflant II 690, 3.

Anaximenes *v.* Anaxagoras; aera deum esse censuit II 686, 15—687, 14.

Andreas, monachus insulae Capriariae II 139, 27.

angelica vita *v.* mens.

angeli utrum habeant corpora an tantum modo spiritus sint II 512, 17; *cf.* 503, 10 *(Paul.)*. angelum etsi potestas non est videndi, est gratia promerendi, ut videre possimus III 291, 3 *(Ambr.)*. angelorum ministerium III 619, 20. angeli quodam modo postulationes nostras offerunt deo et de his consulunt et, quod eo iubente implendum esse cognoverint, nobis adportant III 61, 8. cur adnuntient angeli non solum nobis beneficia dei verum etiam illi preces nostras III 216, 23. si per quosdam ad ecclesiam non pertinentes vel nondum pertinentes deus aliquid virtutis operatur, agit haec tamquam ubique praesens vel per sanctos angelos suos IV 113, 20—114, 12. laudibus Christi sunt linguae inpares angelorum II 6, 15. per verbum se angelis indicat deus pater IV 515, 20.

Homo dei faciem videre non potest, angeli autem etiam minimorum in ecclesia semper vident faciem dei III 338, 3 *(Hier.)*. deus eo modo, quo videtur, sicuti est, nunc fortasse videtur a quibusdam angelis, a nobis autem tunc ita videbitur, cum eis facti fuerimus aequales III 296, 24. si nec ipsi angeli deum vident, sicuti est, quo modo nos ita visuri sumus, cum eis aequales facti fuerimus? III 295. 22. a dei visione diabolus et angeli eius et omnes cum eis impii exclusi sunt, quoniam mundo corde non sunt III 299, 4; *cf.* II 440, 16. III 328, 22 *et* 342, 3 *(Ambr.)*.

Diabolus et angeli eius a luce atque fervore caritatis aversi et nimis in superbiam invidiamque progressi velut glaciali duritia torpuerunt et ideo per figuram tamquam in aquilone ponuntur III 201, 15. diabolus et angeli eius tenebrae sunt infidelibus hominibus exteriores III 203, 14. in silentio pugnant milites Christi, non ut occidant homines, sed ut expugnent diabolum et angelos eius IV 440, 11. daemones sunt praevaricatores angeli II 559, 20. — *v.* columba. daemon. deus. diabolus.

Anicetus, episcopus Romanus II 153, 15.

Aniciana posteritas III 381, 14. Aniciorum claritas III 382, 1.

anima: est natura per locos et tempora mutabilis, ut corpus, et est natura per locos nullo modo

sed tantum per tempora etiam ipsa mutabilis ut anima, et est natura, quae nec per locos nec per tempora mutari potest, hoc deus est I 45, 11. anima in quadam medietate posita est infra se habens corporalem creaturam supra se autem sui et corporis creatorem III 157, 12. non est pars dei anima III 549, 4—550, 9. animam non partem dei esse credimus sed creaturam nec de deo natam sed ab illo factam IV 140, 11. anima rationalis non est natura dei, sed tamen ea potest participando inluminari III 160, 14; *cf.* IV 313, 9. anima non corpus est sed spiritus, non creator utique sed creatura IV 140, 14. 313, 8. animam omni corpore carere penitus non posse illa res ostendit, quia deus solus omni corpore semper caret III 496, 13 *(Evod.)*. quid convenientius pecori est quam putari animam corpus esse? I 1, 13. animae veluti perpetuum quoddam corpus vel quasi corpus a nonnullis etiam dicitur vehiculum I 30. 16. versatur de anima obscurissima quaestio, utrum cum aliquo corpore egreditur e corpore, quo possit ad corporalia loca ferri vel locis corporalibus contineri III 498, 13. quod quo modo fiat, definire non audet A. III 498, 21. 499, 7. 502, 10, certus tamen est non fieri corporeis molibus nec corporeis qualitatibus III 499, 14. 502, 14. 514, 8. quaeritur, utrum aliquod corpus sit, quod rem incorpoream, hoc est ipsius animae substantiam non deserat, cum dimiserit hoc terrenum corpus *(Evod.)* III 491, 17—493, 13. 494, 9. 498, 13. cum ex quattuor elementis corpus constet, moriens unum videtur amittere, calidum scilicet, quod forte secum ipse animus trahit, si de loco ad locum migrat III 493, 7. 11 *(Evod.)*. fieri potest, ut carne nominata etiam anima intellegatur et animae nomine etiam corpus significetur IV 154. 2. 9.

De origine animae hominis *ep.* 166. III 258, 10—261, 24. quattuor de origine animae opiniones III 255, 14. 18. 261, 11. 556, 1. 573, 7; quinque enumerat Hieronymus 542, 4. 556, 11; ex quibus quisquis aliquam voluerit defendere, talia proferat vel de scripturis, quae non possint aliter accipi, vel ratione tam certa, ut contradictio nulla existat III 261, 11; eam, quae vera est, non adversari oportet robustissimae ac fundatissimae fidei, qua ecclesia nec parvulos a damnatione credit nisi per gratiam nominis Christi posse liberari III 585, 2; *cf.* 570, 14. 573, 5. inter varias de animae origine opiniones ea tantum vera esse potest, qua retenta certum haberi possit post peccatum primi hominis natos esse atque nasci ceteros homines in carne peccati III 255, 10; *cf.* 580, 5. 585, 1. IV 158, 17. 160, 10. A. utrumque se nescire fatetur, et utrum per propaginem an sine propagine animae singulis singulae fiant et quo modo inde anima peccatum originaliter trahat, unde originaliter ipsa non

trahatur IV 314, 5. quam diu nescimus, dubitare licet, utrum anima nostra in istam vitam ex propagine an sine propagine venerit, cum eam a deo factam esse non dubitemus IV 311, 15. 313, 23. mirum si ullus sensus comprehendit humanus, quonam modo anima de anima parentis fiat in prole vel traducatur in prolem IV 149, 12—151, 1. animam ex traduce esse Tertullianus, Apollinaris et maxima pars occidentalium autumat *(Hier.)* III 542, 12; *cf.* IV 156, 4. si animae singillatim singulis hodieque nascentibus fiunt, ubi in parvulis peccant, ut indigeant in sacramento Christi remissione peccati peccantes in Adam, ex quo caro est propagata peccati? III 560, 8; *cf.* IV 147, 19. 156, 13. merito quaeritur, si verum est novas ex nihilo animas singulas singulis nascentibus fieri, quo modo tam innumerabiles animae parvulorum, quas deo certum est sine baptismo de corporibus exituras, iuste in damnationem dentur III 698, 14. eorum qui novas sine ulla propagine adserunt animas fieri, refelluntur testimonia IV 152, 4. aliquid certum de animae origine nondum in scripturis canonicis comperit A. IV 152, 3. animas in thesauro haberi dei olim conditas quidam ecclesiastici stulta persuasione confidunt III 542, 8 *(Hier.); cf.* 582, 9. sicut alia multa et originem animae se ignorare confitetur A. III 559, 1; *cf.* 584, 10.

Animae etiamsi ex Adae protoplasti transfusione defluant et ex parentibus propagentur, tamen dubitare fas non est dei opere eas fieri IV 307, 27—310, 21. fuisse videntur, qui negarent esse opus dei animas nostras IV 307, 28.

Incorpoream esse animam etsi difficile tardioribus persuaderi possit, sibi tamen fatetur A. esse persuasum III 550, 10—553, 4. inmortalis est anima non ita ut deus III 257, 15. 548, 14. anima creatura quatenus mortalis et quatenus inmortalis sit IV 313, 10. quos Tullius quasi consulares philosophos appellat, non extingui animam sed emigrare censent et merita eius seu bona seu mala vel ad beatitudinem vel ad miseriam permanere II 583, 31. quae est peior mors animae quam libertas erroris? II 602, 25. mors animae non est nisi peccatum III 538, 7. sicut bona sunt omnia, quae creavit deus, ita bene in his agit anima rationalis, si ordinem servet III 157, 17. anima nisi participatione incommutabilis boni iusta, salva, sapiens, beata esse non potest nec sibi bonum esse potest propria voluntate sed malum III 221, 20; *cf.* 202, 12. amant requiem sive piae animae sive iniquae; sed qua perveniant ad id, quod amant, plurimum nesciunt II 189, 4. in hoc mundo et in hac vita nulla anima potest esse secura III 41, 8. anima minus est obnoxia falsitatibus nondum passa sensibilium sensuumque vanitatem I 16, 17. tam potenti natura deus fecit

animam, ut ex eius plenissima beatitudine redundet etiam in inferiorem naturam, quod est corpus, plenitudo sanitatis, id est incorruptionis vigor II 679, 2. anima Christi non solum immortalis secundum ceterarum naturam sed etiam nullo mortificata peccato vel damnatione punita est, quibus duabus causis mors animae intellegi potest III 539, 8. ut ad personam verbi unigeniti pertineret, quo pacto per liberum arbitrium una sola anima meruisset, nisi hoc singularis gratia praestitisset? IV 117, 21. quis tam sit sacrilegus, ut audeat adfirmare aliquam posse animam per meritum liberi arbitrii, ut alter sit Christus. efficere? IV 117, 19.

Primi hominis anima ante peccatum etiamsi nondum spiritale corpus sed animale tamen pro arbitrio regebat; post peccatum autem sic est in inferioribus corporibus ordinata, ut non omni modo pro arbitrio regat corpus suum, sed sicut leges universitatis sinunt III 256, 14. 12; *cf.* 255, 3. nulla anima nisi unius mediatoris non ex Adam trahit originale peccatum generatione devinctum, regeneratione solvendum IV 315, 9. originalis peccati reatum anima ubi contraxit, unde oporteat eam etiam in infante per sacramentum Christianae gratiae liberari? III 555, 9. A. adhuc se fatetur non invenisse, quem ad modum anima et peccatum ex Adam trahat et ipsa ex Adam non trahatur IV 305, 28. ubi vel unde vel quando coeperint damnationis meritum habere animae, si novae sunt, A. nondum se invenisse fatetur IV 147, 19.

In corpore corruptibili anima constituta terrena quadam contagione constringitur et tali onere quodam modo depressa curvatur III 77, 11; hoc fortasse significat mulier illa in evangelio per decem et octo annos curva 78, 5. anima rationalis interest rationis usum quonam potius voluntate convertat, utrum ad bona exterioris et inferioris an ad bona interioris superiorisque naturae, id est, utrum ut fruatur corpore et tempore, an ut fruatur divinitate atque aeternitate III 157, 8. anima humana recedens a deo velut luna a sole omnes vires suas in terrena convertit, sed cum redire coeperit ad deum, quanto magis ei propinquat, tanto magis exterior homo corrumpitur, sed interior renovatur de die in diem et ad superiora convertitur II 178, 10. anima rationalis superiorum neglectu et appetitu inferiorum fit ipsa deterior III 157, 22. anima si male utitur bonis, perverse bonis utendo fit mala; creator bene utitur etiam malis et ordinate etiam malis utendo permanet bonus III 158, 1. non efficit anima perverse utens creaturis, ut ordinationem effugiat creatoris III 157, 27. anima propria voluntate in peccatum est conlapsa nec liberari potest nisi gratia dei per Iesum Christum III 553, 9.

Repudianda est opinio, qua creduntur animae pro meritis nescio quorum superiorum actuum suorum singulae in singula corpora tamquam in carceres trudi III 539, 5; *cf.* 567, 8. 582, 15—584, 2. IV 140, 15. 313, 14. animas pro meritis vitae prioris terrena atque mortalia contra dari in corpora, absit, ut sentiamus IV 307, 6.

Anima in corpore animali vivit quidem, sed non vivificat usque ad auferendam corruptionem ut in corpore spiritali IV 333, 3. anima per totum corpus, quod animat, non locali diffusione sed quadam vitali intentione porrigitur III 551, 7. tota sentit anima, cum per corpus aliquid sentit; nam totam utique non latet, quicquid illud est, quod sentitur II 688, 8. anima quod in corpore etiam non toto sentit, tamen tota sentit III 551, 12. anima per omnes corporis particulas tota simul adest nec minor in minoribus et in maioribus maior sed alicubi intentius alicubi remissius et in omnibus tota et in singulis tota est III 551, 9. quo modo anima, quae sunt extra carnem suam, sentiat, quae non nisi in carne sua vivit, valde est latebrosum III 102, 13. unde evenit, ut, quae non videmus, cogitemus, nisi quod vis quaedam minuendi et augendi animae insita est? I 17, 4. cum caro in doloribus est et in poenis, profecto anima tunc habet magnum agonem patientiae, in quo ne deficiat, laborandum est III 183, 20. animalis sensus corporis non sensibus corporis sed ipsa mente atque ratione consideret III 102, 10. potest anima rationalis etiam temporali et corporali felicitate bene uti, si eam fecerit servire creatori III 157, 14.

In vitae huius tenebris desolatam se debet anima Christiana deputare III 45. 3; *cf.* 42, 13. 75, 8. qua re facit deus animas eis, quos novit cito morituros? III 565, 1. damna quae a paganis inlata sunt, vel tolerantur a Christianis vel resarciuntur per Christianos; in animarum nos lucris, quibus adquirendis cum periculo etiam sanguinis inhiamus, non impediri desideramus II 435, 10. A. inprobat, si quis animas innocentes pro scelere alieno spiritali supplicio puniat IV 595, 15, et propter eos, qui pro peccato unius animae totam domum eius, id est plurimas animas anathemate ligant, in concilio agere cupiebat 598, 4. — *v.* adulterinus. columba. corpus. filius. iustitia. Pherecydes. Tertullianus.

animal: multorum animalium genera sine parentibus ex terra procreantur, quae tamen coeundo pariunt etiam ipsa sui similem prolem II 547, 12. de vento dicuntur equae et de cinere gallinae, de aqua anates et alia nonnulla animalia sine virili semine fetus proprios edere III 508 11 *(Evod.)*.

animus intellectualis ad intellegibilia sua videnda a sensu admonetur potius, quam aliquid accipit I 12, 23 *(Nebr.)*. sunt

oculi, quibus animus videt, etiam si corporis oculi velut in dormientibus aut defunctis vacant nec quicquam operantur III 501, 11; *cf.* 499, 13. 502, 6. animus melior est corpore I 8, 3. non corpus est animi bonum, sed animus potius est corporis bonum II 678, 17. omnis motus animi aliquid facit in corpore I 20, 25. si moritur animus, ergo moritur veritas aut non est intellegentia veritas aut intellegentia non est in animo aut potest mori aliquid, in quo aliquid inmortale est I 8, 14. animus non suo bono beatus est, cum beatus est, neque in animo est summum illud atque beatificum bonum vel aliqua pars eius II 679, 12. cum se ipso sibi quasi suo bono animus gaudet, superbus est II 679, 16. tanto minus se esse stabilem animus sentit, quanto minus haeret deo, qui summe est II 679, 28. quanto nequitia purior animus est, tanto clementia plenior esse debet III 412, 15. non habent animos pudicos, qui habent oculos inpudicos, quia inpudicus oculus inpudici cordis est nuntius IV 363, 10. verum est animi pabulum I 3, 9. si falsis opinionibus tanto quisque inseritur magis, quanto magis in eis familiariusque volutatur, multo id facilius in rebus veris animo accidit I 10, 5. summum hominis bonum constituitur aut in corpore aut in animo aut in deo aut in duobus aliquibus horum aut certe in omnibus II 678, 2.

Anna, quae Samuhelem peperit III 74, 5.

Anna vidua, quae Iesum infantem agnovit III 74, 5. 15. IV 629, 11.

Anniānus, pseudodiaconus Celedensis, alienae (*i. e.* Pelagianae) blasphemiae, ut ait Hieronymus, verba frivola subministrat; cuius contra libros ab Eusebio presbytero acceptos nondum se rescripsisse, sed paucis lucubratiunculis id esse facturum IV 300, 7. Annianus dum Hieronymi epistulae respondere conatur, apertius se prodidit et, quicquid denegaverat, in hoc opere professus est IV 300, 16.

annona *v.* Zenobius .

anni quadringenti nonaginta sunt in hebdomadibus septuaginta IV 260, 13. secundum scripturas unus dies mille anni sunt IV 259, 2. nonnulli sex annorum milia constituunt velut unum diem eumque in partes velut horas duodecim partiuntur IV 258, 5. 11.

Antherus, episcopus Romanus II 153, 17.

anthropomorphi nominantur, qui dicunt deum habere membra, quae etiam nos habemus III 343, 17. 344, 1.

Antichristus quisnam sit, suspicari licet neque vero, quando sit venturus IV 253, 8. illius temporis tribulatio 270, 20.

Antiochenorum ecclesia traditores Afros nosse non potuit II 402, 1.

Antiochia Augustino erat incognita II 712, 22. Antiochiae quid acciderit inter Paulum et Petrum et Barnaban II 292, 10.

295, 4. Petrus Antiochiae gentes cogebat iudaizare II 361, 6. contendebant Antiochiae, qui ex circumcisione crediderant, sine veteribus sacramentis salvos se esse non posse II 358, 1.

Antiochus rex Machabaeos poenis crudelibus interemit II 651, 16.

antiquis iustis erat aliquod occultum regenerationis sacramentum IV 112, 2. antiqui iusti quicumque esse potuerunt, non nisi per eandem fidem liberáti sunt, per quam liberamur et nos III 461, 10; *cf.* 680, 11. IV 112, 2. 141, 16. *v.* baptisma.

antistites, cum populus benedicitur, velut advocati susceptos suos per manus inpositionem misericordissimae offerunt potestati III 363, 11.

Antonianus, ad quem Cyprianus epistulam (55) scripsit II 484, 20.

Antoninus, ad quem missa est ep. 20.

Antoninus episcopus in concilio Carthaginensi adfuit III 652, 4. alii duo episcopi eiusdem nominis in Milevitano fuerunt concilio III 664, 4. 5. quorum alterum utrum fuisse conieceris Fussalensem episcopum Antoninum, de cuius vita et moribus graviter conqueritur Augustinus epistula 209 misericordiae papae Caelestini eum commendans.

Anulinus, pro consule Africae II 408, 1, per quem pars Maiorini Caecilianum, episcopum Carthaginensem, apud imperatorem Constantinum accusavit II 407, 12. 420, 15. 457, 7. 18. III 36, 25. eius epistula ad imperatorem missa II 408, 1. epistulae adiecerat libellos duos a parte Maiorini sibi traditos II 408, 10. 16. 457, 18.

anulus: epistula signata anulo, qui exprimit faciem hominis adtendentis in latus II 220, 21.

apicula: in mellis copia non frustra pennas habet apicula; necat enim haerentem I 36, 23.

Apollinarem Laodicenum psalmos interpretatum esse et Apollinarem traduce animam ex anima nasci censuisse Hieronymus scribit II 318, 9. III 542, 12. idem Laodicenum quendam nuper de ecclesia egressum commentarios in epistulam Pauli ad Galatas reliquisse commemorat II 286, 8; nomen enim tacuit, id quod A. quoque adnotavit II 376, 1. quibus omnibus locis de uno et eodem scriptore cogitandum sit necne, non liquet.

Apollinaristae haeretici hominem Christum putaverunt aut non habuisse animam aut non habuisse rationalem III 163, 21.

Apollonius Tyaneus et Apuleius Madaurensis magi vel philosophi laudabiliter nominabantur, quorum multa mira nullo fideli auctore iactitabant II 572, 10. 14. Apollonium et Apuleium aliosque magicae artis homines in medium proferebant, quorum maiora quam Christi contendebant extitisse miracula III 94, 12. quis vel risu dignum putet, inquit A., quod Apollonium et Apuleium ceterosque magicarum artium peritissimos

conferre Christo vel etiam praeferre conantur? III 145, 5; multo melior Apollonius fuit quam tot stuprorum auctor, quem Iovem nominant 145, 9.

apophoretum *v.* velatio.

apostolus: firmamenta ecclesiae qui nisi apostoli, qui etiam columnae alibi appellantur III 185, 20. ante passionem domini apostoli nondum habebant baptismum Christi sed baptismum Iohannis II 117, 23. nec apostoli omnes Christum videbant *(Ambrosius)* III 291, 18. 304, 9. 305, 21. 329, 7. Ambrosius credebat quibusdam apostolis divinitatis quoque ipsius visionem potuisse donari III 305, 23. Hierosolymis apostoli decreverant, ne quisquam gentes cogeret iudaizare, non autem decreverant, ne quisquam tunc Iudaeos iudaizare prohiberet II 361, 2. nemo umquam apostolorum in causa fidei res suas iudicio publico defendit II 456, 6. non petiverunt a regibus terrae apostoli contra impietates leges iustas IV 17, 7. apostoli sabbato neque ieiunabant neque vacabant, eo ipso enim die et manducaverunt et vulserunt spicas II 35, 21. non solebant apostoli dominico die sollemniter ieiunare II 57, 13; *cf.* 58, 7. 14. 23. apostolos omnes dici non potest sabbato aut ieiunare aut prandere Christianos docuisse II 50, 9. inter scripturas praecipue apostolorum linguas exhortatur A. ut legamus; ex his enim ad cognoscendos prophetas excitabimur, quorum testimoniis utuntur apostoli III 79, 17. integritas atque notitia scripturae canonicae sic custoditur, ut sub nominibus apostolorum multa confingere frustra quidam conati sint II 483, 1. *v.* baptismus. baptizare.

apparere: specialiter aut de angelis aut de deo scriptura divina tenere consuevit, ut, quod non potest praevideri, apparere dicatur III 289, 10 *(Ambr.)*. apparuit Ioseph per somnium III 494, 26 et apparent mortui aut per diem aut per noctem 494, 11 *et* 27 *(Evod.)*; *cf.* III 500, 14.

apparitor hominem raptum tenet II 660, 5.

Appius: ut iuxta Appium canina exerceretur facundia *(Hier.)* III 636, 9. IV 303, 9.

Apringius, ad quem data est epistula 134, proconsul III 83, 16. Marcellini, tribuni et notarii, frater III 85, 7. una cum fratre subito iussus est adtineri III 385, 13. 19. uterque Caecilianum graviter offenderat III 385, 13. simul cum fratre occisus est III 387; 5. 388, 19.

Aptungensis II 409, 16. 599, 8. III 37, 6. 243, 15. 245, 4. Aptungitanus II 86, 28. 88, 7. 94, 21. 96, 24. 601, 16. 602, 17; *cf.* Felix. Caecilianus magistratus Aptungitanorum II 410, 11.

aptum, cui ex adverso est ineptum, quasi religatum pendet aliunde nec ex semet ipso sed ex eo, cui conectitur, iudicatur III 129, 21.

Aptus Iudaeum et Israhelitam se vocabat et docebat iudaizare Christianos IV 229, 21. 230. 4.

Apuleius Madaurensis contra magicarum artium crimina se defendit III 115, 2. 147, 5. ne ad aliquam quidem iudiciariam rei publicae potestatem cum omnibus suis magicis artibus potuit pervenire etsi honesto loco natus, liberaliter educatus, magna praeditus eloquentia, philosophus et magus; sacerdos provinciae munera edidit venatoresque vestivit; pro statua sibi apud Oeenses, unde habebat uxorem, locanda orationem habuit et memoriae commendavit III 146, 13—147, 5. *v.* Apollonius Tyaneus.

aqua salsa pavimenta lavare II 628, 17.

Aquae Tibilitanae II 155, 15.

Aquila sacras litteras ex Hebraeo in Graecum transtulit II 322, 11.

Arabes I 94, 4.

arbitrium: neque neganda est dei gratia neque liberum arbitrium sic defendendum, ut a dei gratia separetur IV 381, 19; *cf.* 386, 7. nec sic defendatis liberum arbitrium, ut ei bona opera sine dei gratia tribuatis, nec sic defendatis gratiam, ut quasi de illa securi mala opera diligatis, quod ipsa gratia dei avertat a vobis IV 395, 4. qui liberum arbitrium adiuvari fatentur per dei gratiam, ut recta sapiamus atque faciamus, bene sentiunt IV 381, 2. qui oppugnat gratiam, qua nostrum ad declinandum a malo et faciendum bonum liberatur arbitrium, ipse arbitrium suum adhuc vult esse captivum IV 408, 21. illi oppugnant arbitrium liberum, qui oppugnant dei gratiam, qua vere ad bona eligenda et agenda fit liberum IV 420, 2. gratia dei et ipsum nostrae voluntatis arbitrium vere fit liberum III 655, 11. et liberum arbitrium et dei gratiam simul commendant scripturae IV 391, 17. fides catholica neque liberum arbitrium negat sive in vitam malam sive in bonam neque tantum ei tribuit, ut sine dei gratia valeat aliquid IV 390, 21. proprium arbitrium nisi dei gratia iuvetur, nec ipsa bona voluntas esse in homine potest IV 125, 18. *cf.* III 451, 9. 452, 13. 453, 25. 680, 6. IV 220, 20. 230, 12. libero arbitrio lex non potuit sufficere III 466, 26. male quidam sic gratiam praedicant, ut negent hominis esse liberum arbitrium IV 380, 8. libero arbitrio tantum detur, ut gratia dei amplius honoretur III 603, 11. si non est dei gratia, quo modo Christus salvat mundum? et si non est liberum arbitrium, quo modo iudicat mundum? IV 381, 15.

Ad hoc habent homines liberum arbitrium, non ut superba voluntate respuant adiutorium, sed ut pia voluntate invocent dominum III 453, 25. valet liberum arbitrium ad opera bona, si divinitus adiuvetur; desertum vero divino adiutorio nullo modo habebit iustitiae soliditatem sed inflationem impiae superbiae et exitiosum tumorem III 451, 19—457, 6. sine dei adiutorio liberum arbitrium nec converti potest ad deum nec proficere in deum IV

386, 8; *cf.* 391, 3. ad non peccandum quamvis esse non dubitetur arbitrium voluntatis, tamen eius potestas non sufficit, nisi adiuvetur infirmitas III 673, 9; *cf.* 451, 8. 19. 452, 12. 453, 25. 693, 1. 14. est liberum arbitrium, etiam si divino indiget adiutorio IV 73, 7. non voluntatis arbitrium ideo tollitur, quia iuvatur, sed ideo iuvatur, quia non tollitur III 455, 22. non negant liberum voluntatis arbitrium, qui confitentur omnem hominem, quisquis suo corde credit in deum, non nisi sua libera credere voluntate IV 419, 25.

Non ita praeparat atque ita operatur deus hominis voluntatem, ut tantum modo legem suam atque doctrinam libero eius adhibeat arbitrio, sed sic eius agit sensum, ut eidem legi atque doctrinae accommodet adsensum IV 406, 21. fideles non fiunt nisi libero arbitrio et tamen illius gratia fideles fiunt, qui eorum a potestate tenebrarum liberavit arbitrium IV 409, 17. qui corde proprio credunt in dominum, sua id faciunt voluntate ac libero arbitrio IV 416, 4; *cf.* 420, 1. fides non humano tribuenda est arbitrio nec ullis praecedentibus meritis IV 183, 11; *cf.* 183, 20. 187, 13. non potest sufficere, quod liberum arbitrium, cum nasceremur, accepimus III 707, 10 *(Innoc.)*. oboedientia nulla potest esse sine libero arbitrio IV 386, 17. liberum arbitrium sic homini datum, ut tamen et divinis legibus et humanis rectissime gravium supplicia constituta sint peccatorum IV 319, 20. qui putat, quando ad iudicium dominus venerit, non iudicari hominem secundum opera sua, qui iam per aetatem uti potuit libero voluntatis arbitrio, in errore est IV 388, 4. liberum arbitrium ad diligendum deum primi peccati granditate perdidimus IV 412, 10. non mathematicos sequi debemus, ne a libero arbitrio naufragemus II 183, 9.

arca praefiguravit ecclesiam II 633, 24.

Arcesilas primus occultata sententia sua Stoicos et Epicureos refellere statuit; successit Polemoni II 681, 6.

archiva publica perscrutari III 37, 1.

Arelatensis Galliae civitas II 409, 7. Arelatensis episcopus IV 467, 14. Arelatense iudicium II 101, 29.

Arelatum, Galliae civitas II 601, 12. apud Arelatum causam Caeciliani diligentius examinandam terminandamque curavit Constantinus II 88, 1; *cf.* 156, 6. 327, 15. 421, 9. 601, 12.

Argentius, presbyter apud Asnam I 122, 19.

Argyrius in Priscillianistas aut nesciens inruisse aut iam eiusdem haeresis retibus implicatus esse Augustino videbatur IV 526, 4.

Arimphaei I 93, 21.

Aristoteleo more philosophiam tamquam esotericam fovere III 90, 15.

Armenianensis fundus in campo Bullensi II 233, 15.

Armenius, Memlonitanus presbyter, cuius filius Evodi fuit notarius III 488, 19.

Armentario et Paulinae missa est epistula 127; *v.* Paulina.

Arriani quid crediderint de trinitate IV 557, 5. inter Arrianorum et Donatistarum errorem hoc interest, quod illi patris et filii et spiritus sancti diversas substantias esse dicebant IV 1, 7. impie contendebant patrem non genuisse id, quod est ipse III 626, 9; non rationabiliter ideo putabant dei patris et dei filii naturam esse diversam, quia iste pater est ille filius 627, 11 et quia pater deus non est de altero deo, filius autem deus est quidem sed de patre deo 628, 1. quondam dixerunt fuisse aliquando patrem sine filio, quod iam eos emendasse audivit A. IV 552, 9. tantum modo deum patrem invisibilem, filium vero et spiritum sanctum visibiles putabant III 292, 22. 340, 9. filium dei patre iuniorem esse credebant II 699, 10. peccabant in spiritum sanctum dicentes eum esse creaturam IV 42, 6. multi parvi sensus homines sunt delusi, ut putarent hoc credi ab Arrianis, quod etiam ipsi credebant II 476, 24. Arriani Donatistas in Africa sibi sociare temptaverunt II 114, 9. nonnulli Donatistae volentes sibi Arrianos conciliare dicebant hoc se credere, quod et illi credebant IV 2, 1. Athanasi adversus Arrianos acerrimarum disputationum conflictus eminuit II 114, 13; *cf.* III 340, 8. IV 492, 14. concilium Serdicense Arrianorum fuisse in Africa constitit II 114, 17. Dioscoro scribit Augustinus ad Arrianorum greges turbamque eum venturum esse II 676, 24. Arriani ad ecclesiam catholicam redeuntes in suis honoribus suscepti sunt IV 40, 26.

Arrianus haereticus IV 42, 6. 492, 14. venenum Arrianum IV 40, 26.

Arrius IV 535, 7. 13. Pascentius anathemavit Arrium et Eunomium IV 535, 10.

Arzuges, quod scriptum est: 'Ubi cubas in meridie?' magis ad se pertinere poterant contendere quam ad Tripolitanos II 469, 20. in Arzugibus decurioni vel tribuno solebant iurare barbari per daemones suos II 123, 15; *cf.* 125, 23.

Aselli cus episcopus, ad quem scripta est epistula 196, litteras misit ad Donatianum de cavendi Iudaismi disceptatione IV 216, 6.

Asellus diaconus, per quem A. epistulam 162 ad Evodium misit III 541, 3.

Asia atque Europa Helles ponto disiunctae I 93, 24. praecepta toti orbi terrae divinitus ostensa, priusquam nomen aut Europa caperet aut Asia acciperet IV 519, 17. Paulus per totam Asiam evangelium praedicavit II 141, 13. Caelestius ad presbyterium in Asia dicitur pervenisse III 667, 6.

Asianae provinciae II 477, 18.

Asiarchae epistulam Augustinus misit ad Alypium I 122, 23.

Asiaticus episcopus in concilio Milevitano adfuit III 664, 1.

Asinius *v.* Cornelius et Asinius Pollio.
Asna, ubi erat presbyter frater Argentius I 122, 19.
Assuritanus *v.* Praetextatus.
Assyrium amomum vulgo nascitur III 114, 4.
asteriscus: Hieronymus Iob ex Graeco eloquio vertit in Latinum, ubi asteriscis notavit, quae in Hebraeo sunt et Graeco desunt, obeliscis autem, quae in Graeco inveniuntur et in Hebraeo non sunt II 250, 10; *cf.* 316, 3 (asterisci et virgulae). 317, 1. III 639, 8 (editio asteriscis veribusque distincta). asterisci, id est stellae praelucentes II 316, 10.
Asterius hypodiaconus Hieronymi epistulam ad A. perferendam acceperat II 67, 4. deinde A. epistulam (*ep.* 67) Hieronymo reddidit II 240, 4 et ex Palaestina rediens aliam Hieronymi epistulam (*ep.* 68) A. II 264, 3. episcopus factus II 351, 15.
Asterius Scythopolita psalmos interpretatus est II 318, 9.
Athanasius, episcopus Alexandrinus catholicus, cuius maxime adversus Arrianos acerrimarum disputationum conflictus eminuit II 114, 13; *cf.* III 340, 8. 345, 6. IV 492, 14. fugit, cum eum adprehendere Constantius cuperet imperator IV 489, 4. 492, 11.
Athenae, civitas Minervae eiusque numini consecrata II 134, 4.
atomus *v.* Epicurus.
Audax ep. 260 scripsit ad A. cui A. respondit epist. 261 nimias eius laudes recusans et hexametrum carpens, quem ille septem pedibus fecerat.
Augustinus puer apud mediterraneos natus atque nutritus I 17, 16. fratres et parentes eius Madaurenses IV 516, 14. Tagaste carnalis patria III 1, 17. 2, 23. 13, 3. matrem de sabbati ieiunio perturbatam sollicitudine liberabat II 62, 4. 160, 17. soror eius monasterii fuit praeposita IV 358, 19. Severinum Donatistam A. consanguineum dicit II 149, 19; Licentius quoque, Romaniani filius, propinquitate aliqua gloriari videtur I 94, 17; dies recordatur, quos cum A. Italiae medio duxit I 86, 16. 91, 6.

Vincentius A. novit longe adhuc a fide Christiana sepositum et studiis olim deditum litterarum quietis et honestatis fuisse cultorem II 494, 22. rheloricam partitionem eum docuisse scribit Volusianus III 90, 3; *cf.* IV 614, 2 et ne poeticam quidem eloquentiae partem tacitam eum aut inhonoram reliquisse III 90, 7. prioribus quattuordecim epistulis adulescens A. philosophatur cum Hermogeniano, Zenobio, Nebridio; cum Alypio I 6, 15. deum amabat, illi servire atque inhaerere cupiebat I 11, 15. Ambrosi, Mediolanensis episcopi, potissimum ore ab erroribus liberatus et ab eo baptizatus est II 62, 3. III 328, 13. Philastrium quendam, Brixensem episcopum, cum Ambrosio Mediolani etiam ipse vidit IV 446, 13. negotiis civium operam navabat fortitudinem eis praestans ac tolerantiam I 11, 9. 17. II 22, 10—21. paucis agellulis paternis contemptis ad dei liberam ser-

vitutem se convertit III 13, 1; *cf.* 485, 15—21. vix vigesima particula res paterna existimari poterat in comparatione praediorum ecclesiae, quae postea episcopus ut dominus existimabatur possidere III 13, 9—12. qua re episcopus factus multis hominibus non divitias dimisisse sed ad divitias venisse videbatur III 13, 7. episcopi enim rebus ecclesiae dominari existimabantur III 13, 26. dilexerunt id in eo Hipponienses neque inviderunt ecclesiae Tagastensi III 12, 29. 13, 2.

Hipponienses A., quando potuerunt, habendum invaserunt III 13, 4 et, ut eum Hippone retinerent, suspiciosi curabant I 62, 8. populo Hipponiensi se servum a domino datum esse dicit III 2, 4. presbyteri officium recipere coactus parvum tempus, quo se ad id praepararet, a Valerio episcopo epist. 21 impetrare conabatur I 50, 5. 52, 15. multo, valde multo amplius expertus est, quam putabat, illud onus vires suas superare 50, 18. Valerius tractandi verba evangelii tam periculosum onus A. imposuit et saepe dixit orationes suas de eius adventu esse exauditas I 118, 16. comissationes et ebrietates ut sanctorum corporum sepulcris, locis sacramentorum, domibus orationum arcerentur I 57, 5, ad Aurelium episcopum epist. 22 scripsit, ad Alypium episcopum epist. 29. Fortunatum Manichaeum publica disputatione devicit II 346, 16. Maximinum, episcopum Donatistam, absente episcopo Valerio presbyter provocavit, ut palam atque aperte recitatis ante populum utriusque litteris causam suam agerent I 71, 1—8. 72, 14.

Valerius coepiscopatus sarcinam A. inposuit II 4, 9; *cf.* 8, 21. 9, 13. 18. quod cum populus magno studio vellet, nonnullis iam exemplis praecedentibus veritus est recusare II 4, 12. concilio Nicaeno id prohibitum fuisse neque Valerius neque ipse sciebat IV 376, 17. episcopus tiro Proculianum, episcopum Donatistam, invitat, ut totam quaestionem dissensionis suae placide pertractent II 20, 24. 26, 4. 20. ad Cirtensem ecclesiam perrexit, quo eum ordinandi episcopi necessitas vocabat II 109, 17. 120, 25. quo in itinere Tubursicu conloquium publicum habuit cum Fortunio, Donatista episcopo, quod ep. 44 enarrat. neque tamen ad finem perductum est, sed statutum, ut iterum convenirent II 120, 19—21. 121, 8—25. quod quomodo gestum sit, cognoscimus ex ep. 43 *(cf. Ind. III p. 17)*. Ad nonnullos Donatistarum primarios se scribere non communicatorias litteras dicit sed tales privatas, qualibus sibi uti etiam ad paganos liceret II 85, 19. itaque Honorati, episcopi Donatistae, consilium, ut litteris inter se agerent, multum ei placuit atque ep. 49 id efficere properabat II 140, 7. sicut presbyter cum Fortunato Manichaeo publice disputavit, ita episcopus succes-

sorem eius ad solvendam eandem quaestionem provocavit II 346, 15. Latinae linguae inopia in suis regionibus evangelicam dispensationem multum laborare conqueritur II 393, 9. apud Calamam erat post seditionem ibi exortam, ut suos vel consolaretur adflictos vel sedaret accensos II 434, 22. Madaurenses cum litteras ad eum dedissent, respondit ep. 232 graviter et severe eos exhortans, ut relicto superstitioso idolorum cultu in ecclesia Christiana aeternam salutem quaererent. item Donatistas ut ex errore in ecclesiam catholicam reduceret, ad eos universos ep. 105 scripsit. eodem consilio eodemque fere tempore ad Donatum, qui modo Africam pro consule administraverat, ep. 112 misit II 659, 2. supplicio ne afficerentur aliquot Donatistae, deprecabatur III 150, 1. ad laicos Donatistas ep. 141 scripsit, qua eos certiores faceret, quae gesta essent in conlatione Carthaginensi III 153, 3; quam ep. patres concilii Zertensis, quibus ab A. proposita est, suam fecisse ex Retractationum l. II c. 40 scimus *(cf. Ind. III p. 38)*. in concilio Milevitano adfuit III 663, 5 et inter illos quinque episcopos invenitur, qui ep. 177 ad papam Innocentium miserunt, quibus ille respondit ep. 183. concilii causa Carthagine commoratus inde ecclesiastica necessitate a papa Zosimo iniuncta Caesaream, Mauretaniae oppidum, profectus est IV 137, 9. 167, 13. 168, 2. quod A. in ep. 194 ad presbyterum Sixtum data de dei gratia contra Pelagianos exposuerat, in monasterio aliquo, cum cognitum esset, tristes dissensiones excitavit, quibus sedandis inter A. et Valentinum, monasterii abbatem, conscriptae sunt epp. 214—216. in feminarum quoque monasterio, ubi propter reprehensiones aliquas discordiae ac tumultus exorta erant, ut pacem conciliaret, exoratus epp. 210 et 211 oboedientiam restituere et disciplinam stabilire conabatur. adversus Pelagianos pugnans ep. 179 Iohannem, episcopum Hierosolymitanum, adiit, ut ecclesiastica gesta synodi Diospolitanae sibi transmittere dignaretur III 695, 9; *cf.* IV 300, 18. Fussalae, in castello Hipponiensi territorio confini, cum antea numquam episcopus fuisset, episcopatum instituere animum induxit IV 348, 1. sed in eligendo episcopo adversa fortuna usus est; Antoninus enim, quem designaverat, indignissimum se praebebat 349, 12. in magno, quod inde ortum est, periculo tantum timorem et maerorem se excruciasse dicit, ut ab officio gerendi episcopatus cogitaret abscedere et se lamentis errori suo conveniéntibus dedere 352, 22. ipso mortuo ne quid turbaretur, magna populi adclamatione successorem sibi designavit Eraclium IV 372—379.

Ad Hieronymum A. primam epistulam (*ep.* 28) presbyter scripsit II 249, 13, qua eum

exhortatur, ut sacris litteris ex Graeco non ex Hebraeo interpretandis curam inpendat I 105, 6—107, 5; simul inprobat, quod in commentariis, ubi ep. Pauli ad Galatas enodare vellet, officiosum aliquod mendacium in libris sanctis esse statuisset 107, 6—112, 4. haec epistula casu factum est ut ad Hieronymum perferri non potuerit II 78, 11. 250, 1. 255, 12. praeterea A. in alterius aliqua epistula ad Hieronymum data nomen suum subscripsit cum salutatione, ad quam Hieronymus epistula respondit, quae non amplius extat II 67, 4. 69, 5. tum A. ep. 40 concepit, qua primum inscriptionem, quam Hieronymus libro cuidam indidisse dicebatur, carpebat II 71, 1—11, deinde de officioso mendacio, quod in priore epistula reprehenderat, fusius exponebat addita disputatione de legis observatione 71, 12—79, 5 Hieronymum exhortans, ut, quod dixisset, corrigeret et παλινῳδίαν canere ne cunctaretur 77, 14; denique in eis, quae de Origene et de scriptoribus ecclesiasticis scripsisset, nonnulla se desiderare ostendit. Hieronymus autem eodem fere tempore i. e. anno post superiorem epistulam occasione oblata brevem ep. 39 ad A. misit II 67, 4. atque ep. 40 simili fortuna, qua ep. 28, usa est; neque enim Hieronymo reddita, sed in Italiam ablata est. ubi cum Sisinnius eam invenisset, eius exemplum ad Hieronymum misit, qui iuvenilem aliquam provocationem subesse opinatus haud leviter offendebatur II 240, 7; *cf.* 255, 10. 256, 2. 268, 12. 383, 7. cuius rei rumorem incertum cum A. percepisset, non de epistula, sed de libro agi ratus, quem adversus Hieronymum Romam misisse crederetur, nihil antiquius habuit, quam ut ep. 67 id se fecisse negaret II 238, 3; *cf.* 384, 6. neque multo post, cum Cyprianus diaconus in Palaestinam proficisceretur, ep. 71 ei dedit instans, ut illo redeunte responso dignus haberetur. qua epistula quaestionem de sacrarum litterarum interpretatione denuo instituit, quae Hieronymus in hac re effecisset, carpere pergit eumque incitat, ut Graecas potius scripturas, quae septuaginta interpretum perhibeantur, interpretari malit quam Hebraeas II 250, 9—255, 1. qua occasione tumultus mentionem fecit, qui in ecclesia aliqua ortus esset, cum episcopus Hieronymi interpretationem legeret, in qua quiddam aliter ab eo positum esset, apud Ionam prophetam, quam fuisset omnium sensibus memoriaeque inveteratum II 253, 1. interim Hieronymus inritatus et stomachosus ad ep. 67 rescripsit ep. 68: non librum se sed epistulae exemplum accepisse, qua παλινῳδίαν canere iuberetur II 240, 7; cui exemplo cum non temere credendum esse putaret, A. mitteret aliud verius neque iuvenis senem provocaret 241, 1. 9. 242, 5. deinde ubi ep. 71 accepit, acerbissime respondit

ep. 72: satis mirari se nequire, quo modo epistula illa et Romae et in Italia haberi a plerisque diceretur et ad se solum non pervenisset, cui soli missa esset; mitteret igitur eandem epistulam sua manu subscriptam et senem latitantem in cellula lacessere desineret, ne homines dicerent laudem atque rumusculos et gloriolam populi requirentem eum id fecisse II 256, 2. 11. 257, 11; quod ad emendationem compelleret et ad παλινῳδίαν provocaret, in hoc laedi amicitiam, in hoc necessitudinis iura violari II 260, 1; accedere, quod quaedam in illa ipsa epistula haeretica iudicaret II 257, 6. nondum habebat A. hanc epistulam, cum ep. 28 et 40 denuo perscriptas ad Hieronymum misit, id quod in ep. 71 promiserat II 249, 7. 13. quo facto cum A. simplicitate et integritate, quae fecisset, sicut fecisset, omnia essent patefacta, Hieronymus longissima ep. 75 rebus, quae dissensionis ansam dederunt, omnibus diligenter pertractatis, maxime de officioso mendacio II 285, 9—288, 2, de legis observatione 288, 3—314, 12, de sacrorum librorum interpretatione 316, 3—320, 11 controversiam componebat. A. autem, cum etiam tum in via erant epp. 72 et 75, ad ep. 68 respondit ep. 73 conscius, in quantam Hieronymi offensionem cecidisset II 264, 5. *cf.* 265, 22. 266, 1. 275, 13. 276, 7; ad extremum postea-quam A. ep. 82, qua litteris 72. 75. 81 respondebat II 387, 5, quaestionem de Petro et Paulo magna diligentia sed maiore etiam cautione ac prudentia denuo tractavit II 354, 3—381, 2 et cetera, quae Hieronymi stomachum moverant, sive defendit sive excusavit, controversiae ad finem erant adductae. in quaestione de officioso mendacio Hieronymus ad A. sententiam se applicavit III 700, 1, qua autem utilitate Hieronymus scripturas voluisset transferre de Hebraeis, illum sibi persuasisse A. concessit II 385, 10. aliquanto post ad Hieronymum duas epistulas (166 et 167) vel libros misit, quorum alter erat de origine animae. de qua quaestione in tam multis opusculis suis numquam se fuisse ausum dicit definitam proferre sententiam IV 138, 17—139, 8; *cf.* III 257, 10. 539, 4. 558, 5. 15. 584, 3—585, 6. IV 155, 15. 157, 7. 305, 28. 308, 16. 309, 30. 311, 15—312, 2. 312, 9—313, 6. 23. 314, 14. illum igitur librum non doctoris esse sed inquisitoris et potius discere cupientis, non praesumptionis sed consultationis suae IV 156, 9. 302, 12. quem priusquam Hieronymi rescripta perciepisset, mitti usquam non debere vel cuiquam foras dari IV 156, 10. 302, 17. 305, 16. sed quinque ferme annos intercessisse, ex quo librum misisset necdum rescripta meruisset IV 302, 11. verum tamen iam tum, cum ep. 28 scriberet, A. aliqua scripta sua Hieronymo mittere statuerat I 113, 3, quae sicut illa epistula

ad eum perferri non potuerunt. atque ipse eius epistulas vel scripta desiderat II 248, 4, 249, 10 eumque obsecrat, ut interpretationem de septuaginta factam, quam eum edidisse nescivisset, et librum de optimo genere interpretandi sibi mitteret II 385, 19. A. Hieronymum de facie non noverat, sed non mediocriter se eum in litteris eius novisse dicit et spiritus unitate inter se esse coniunctos II 70, 10. 13. 7. in multis rebus Hieronymo se minorem esse fatetur II 385, 7; *cf.* 269, 9. de eius prudentia doctrinaque desiderat, ut nota faciat Origenis errata II 79, 9 et omnium haereticorum perversa dogmata uno libello breviter digerat 80, 9. cum de origine animae Hieronymus interrogaretur, respondit, ut potius Augustinum consulerent III 543, 6. IV 155, 19.

A. infirmitate corporis laborabat I 23, 17; *cf.* IV 445, 11 neque sufficere poterat omnibus curis II 742, 13. labores marinos et transmarinos sustinere minus idonea valitudo corporis prohibebat II 742, 18. habitu valitudinis vel natura frigus ferre non poterat III 1, 5. valitudinis infirmitate coactus aliquamdiu ut ruri esset, Hippone discessit II 698, 5. 7. 16. 742, 10. III 2, 9. Firmo praesente inbecillitas corporis talis et tam multis diebus eum tenuit, ut cum illo esse non posset *(cf. epist. in Praef. p. XCIII.)*. cum Bonifatius ad eum veniret, vix loquebatur inbecillitate corporis fatigatus IV 432, 18. 'in lecto sum', scribit Profuturo, 'nec ambulare enim nec stare nec sedere possum rhagadis vel exochadis dolore et tumore' II 64, 17. infirmitas corporis. hiems, frigus et temporis et aetatis eum retinebant ab itinere, quo voluntas trahebat IV 654, 18. infirmitati suae propriae, quae nota esset omnibus, qui familiarius se novissent, conqueritur accedere senectutem III 392, 3; *cf.* II 673, 9.

In uno homine anathemando totam eius domum anathemari non probabat IV 594, 8. 598, 4. gloriabantur homines de vigilanti A. disciplina II 342, 10. 343, 13. cum de Bonifatio presbytero iudicaret, tanta cautione et diligentia usus est, ut etiam ad loci sancti miracula confugeret II 330, 3. 334, 5. 336, 19. sedulo dat operam, ut episcopum quendam, quem durioribus et asperioribus litteris offenderat, sibi reconciliaret III 332, 3. 334, 20—335, 3. 18—20. 347, 20. numquam ab Hippone absens erat licentiosa libertate sed necessaria servitute II 742, 16; *cf.* 506, 21. eius enim absentia contristabat plebem Hipponiensem II 742, 10; *cf.* I 62, 8. III 2, 9. pecuniarum ecclesiasticarum procurationem tolerabat, non amabat, ita ut ea, si salvo officio posset, carere mallet III 15, 2.

Indigentium inopia ut sublevaretur, sibi curae habebat II 743, 17. III 14, 4. quo modo in re pecuniaria pro miseris et pauperibus suis intercesserit

ep. 247. tunicam a Sapida virgine dono missam, ne eam contristaret, accepit et, quando ei rescripsit, ea se vestire iam coeperat IV 632, 6. se ex eorum ait numero esse conari, qui proficiendo scribunt et scribendo proficiunt III 251, 12. 'facile est', inquit, 'ut quisque Augustinum vincat' IV 554, 4. fatetur non solum in aliis innumerabilibus rebus multa se latere, sed etiam in ipsis sanctis scripturis multo se nescire plura quam scire II 212, 10. *cf.* III 526, 20. 528, 1. 530, 6. 584, 12. IV 172, 20—175, 1. 312, 10—19. in talibus rebus, si quem idoneum reppererat, consulebat, ut, quae vel ipsi cogitando vel alios consulendo invenissent, inter se impertirent III 522, 1. 534, 17; *cf.* 540, 20. IV 173, 8. 26. 175, 4—24. 234, 23. 309, 29. cum Cirtenses, qui Donatistae fuerant, conversionem suam grato animo ei nuntiarent. id meritum suum esse modestissime negavit III 263, 3. 264, 16.

Quid A. de fato et de fortuna censuerit IV 583, 17, quid senserit de humanae laudis aviditate I 59, 12—61, 12. austera eius sententia de naturalis matris dignitate IV 570, 16—571, 2. 574, 3—16. 577, 12—14. nullum librorum canonicorum auctorem scribendo errasse aliquid firmissime credebat II 354, 7. 376, 16. divinorum eloquiorum obscuritatibus nostras intellegentias deo placuit exercere IV 284, 5; *cf.* III 379, 13. re vera fieri posse putat, ut sceleratior sit rebaptizator totius hominis quam solius corporis interemptor II 116, 15. non id agebat, ut ad communionem catholicam quisquam cogeretur invitus II 23, 10; *cf.* 30, 10. primitus enim eius sententia erat neminem ad unitatem Christi esse cogendum, sed hanc opinionem exemplis a collegis propositis esse superatam dicit II 461, 21; *cf.* 424, 19. 445, 12—446, 2. 447, 7—13. 448, 5. 461, 3—20. 463, 22—464, 19. 519, 11. 598, 21. III 640, 15—643, 7. 647, 12—648, 11. IV 6, 10. 12, 12—26. 17, 6—27, 27. quisquis existimat omnia potius sustinenda quam, dei auxilium ut per Christianos imperatores ferretur, fuisse poscendum, parum adtendit non bonam de hac neglegentia reddi potuisse rationem IV 17, 2. non esse petendum ab imperatoribus censuerat, ut poena constituta ipsam haeresem Donatistarum iuberent omnino non esse, sed hoc potius constituerent, ut earum furiosas violentias non paterentur catholici IV 24, 2. quo modo lege Theodosi in Donatistas utendum esse arbitrarétur, exposuit IV 24, 8. pertinere docuit ad religiosos reges terrae non solum adulteria vel homicidia vel huiusce modi alia flagitia seu facinora verum etiam sacrilegia severitate congrua cohibere IV 319, 23. 19, 2. imperatores cum bonum iubent, per illos non iubet nisi Christus II 603, 3. duodecim sententiarum, quae pertinent ad catholicam fidem, propterea commendat

numerum, ut facilius memoriae mandentur distinctiusque teneantur IV 421, 15. litteras A. episcopus aliquando scribebat commendandi alicuius gratia, cui hoc negare non poterat intercessionis officio, quae solebat eius esse omnibus concedendi consuetudo III 383, 22. de anuli, quo in signanda ep. 59 utebatur, forma II 220, 21.

Hebraeam linguam A. se ignorare dicit II 543, 10, Graecae non erat ignarus IV 620, 8. statuit, quantum sibi ab aliis occupationibus, quas ecclesiae, cui proprio munere serviret, necessitas flagitaret, daretur temporis, id totum impendere labori studiorum ad ecclesiasticas litteras pertinentium III 392, 6. si quando opus erat, dies noctesque ad libros conscribendos incumbebat IV 452, 16. 453, 12. *cf.* III 165, 12. occupatissimum se esse permultis locis dicit velut II 70. 1: 137, 19. 269, 12. 539, 16. 545, 2. 641, 14. III 16, 2. 698, 2. IV 83, 6. 319, 15. 610, 5. 617, 19. rogat igitur, ne epistulis scribendis nimis urgeatur II 641, 19—642, 11. propter curam sacrarum litterarum concilio Numidiae et Carthaginensi ei inpositam statutum est, ut per quinque dies hebdomadis nemo ei molestus esset IV 377, 2. denuo Hipponienses obsecrat, ut onera occupationum suarum in Eraclium, quem successorem sibi designaverat, transfundi paterentur IV 377, 10. quantis litterarum aliarumque occupationum acervis obrueretur, Marcellino describit III 152, 5—153, 19.

Permagnum esse opusculorum suorum numerum significat III 732, 8. 734, 5. quae cum retractavisset, CCXXXII ea esse cognovit praeter epistulas et homilias IV 453, 3. qua fide digna sint scripta sua exponit III 251, 6—254, 22. 344, 21—345, 4. IV 174, 3. ‘contra Academicos‘ se scripsisse dicit, quod reducendi sibi viderentur homines in spem reperiendae veritatis, quod desperandum esse docuissent Academici I 2, 3. 3, 5. Soliloquia I 5, 22. 8, 17; Hieronymus dicit Augustini operum in Palaestina copiam non esse praeter soliloquiorum et commentariorum quorundam in psalmos II 262, 3. brevissimam quandam psalmi XVI expositionem iam olim se dictavisse dicit III 352, 11. Pentateuchum, id est ‘de moribus ecclesiae catholicae et de moribus Manichaeorum‘ libros duos, ‘de genesi contra Manichaeos‘ libros duos, ‘de vera religione‘ Paulinus ab Alypio se accepisse scribit I 74, 13; *cf.* 78, 12. 79, 17. idem opus Augustinus Caelestino misit I 45, 2. ‘scripsi quiddam de catholica religione‘, dicit I 35, 21; *cf.* III 513, 10. libros ‘de animae quantitate‘ et ‘de libero arbitrio‘ Evodio conferente secum ac sermocinante conscripsit III 513, 5. libros ‘de libero arbitrio‘ Paulino misit II 7, 2; in multorum manus eos exisse et haberi a plurimis ipse ait III 555, 13; de quibus praeterea *cf.* III 251, 8. 255, 1. 571,

8. IV 477, 12. libros ‘de musica‘ quo fine scribere instituerit, quo modo disposuerit *etc.* II 541, 18—543, 1. 543, 14. eos laudat Volusianus III 90, 8. ‘expositio quarundam propositionum ex ep. ad Rom.‘ *cf.* IV 471, 11. libros ‘de diversis quaestionibus ad Simplicianum‘ conscriptos misit addita ep. 37. Gaio Confessionum libros desideranti morem gessit IV 502, 14. 508, 27. periculosissimarum quaestionum libros ‘de genesi‘ et ‘de trinitate‘ diutius tenebat, ne praecipiti festinatione inconsultius ederentur III 254, 6. eos nondum se edidisse dicit III 513, 2. duodecimum ‘de genesi‘ librum memorat III 499, 17. libros ‘de trinitate‘ in manibus habet et propter magnitudinem tam difficilis quaestionis nondum potest explicare II 715, 19. quos diu se in manibus versare nondumque complevisse, nimis enim operosos esse et a paucis intellegi posse arbitratur III 612, 6. eos iuvenis inchoavit, senex edidit III 650, 15. quos antequam absolvisset, ut editione digni viderentur, ei subrepti sunt III 650, 17. 651, 4. terminatos atque emendatos, non ut voluit, sed ut potuit, ne ab illis, qui subrepti iam in manus hominum exierant, plurimum discreparent, quod nisi fuisset, multo enodatiores atque planiores eos edidisset, adiecta epistula 174, quam eis praeponi iubet, ad Aurelium misit III 651, 8. A. fides de trinitate IV 540, 4. 558, 15. ad libros ‘contra Faustum‘ longe ante scriptos Hieronymum delegat II 368, 13. dictavit trium psalmorum expositionem, LXVIII, LXXI, LXXVII; reliqui vehementer ab eo flagitabantur III 612, 1. psalmum LXXII nocte, qua inlucescebat sollemnitas Cypriani, exposuit III 165, 12. A. commentarios in psalmos a veterum Graecorum interpretationibus discrepare ait Hieronymus II 262, 4; *cf.* 318, 6—319, 4. psalterium A. se non interpretatum esse dicit, sed codicum Latinorum nonnullas mendositates ex Graecis exemplaribus emendasse IV 620, 6. ‘Breviculus gestorum conlationis Carthaginensis‘ satis operosus nullam dilationem ferebat, cum videret neminem se velle tanto aggeri litterarum legendo committere III 152, 20; *cf.* IV 6, 1. libros ‘de peccatorum meritis et remissione et de baptismo parvulorum‘ commemorat IV 172, 1. prima librorum ‘de civitate dei‘ vestigia III 96, 1—10. 126, 7—127, 6. 148, 6—8. 331, 10. Macedonium ad primum librum trium illorum, quos studiosissime perlegisset, A. revocat III 432, 8. quos libros iam scripsisset et quos deinceps scribendos sibi proposuisset, cum Evodio communicat III 611, 7—18. decem priora volumina non parva se confecisse dicit; ceterorum ab undecimo tres iam absolvisse, quartum in manibus habere III 735, 3—27. Timasius et Iacobus ep. 168 gratias agunt accepto libro ‘de natura et gratia‘; de cuius libri origine *cf.* III 675,

3—18. Orosio de Priscillianistarum haeresi et de Origenis quibusdam opinionibus interroganti A. uno libro non grandi respondit III 621, 16. libros ‘contra Iulianum‘ misit ad Claudium episcopum, a quo Iuliani libros quattuor acceperat, et adiecta ep. 207 exposuit, qua ratione et condicione libro ‘de nuptiis et concupiscentia‘ ad comitem Valerium scripto alterum addidisset et ad eundem Valerium misisset IV 341, 2. deinde Iulianus post quattuor libros, quibus A. responderat, alios octo edidit, quorum quinque Alypius Romae cum descripsisset et A. misisset reliquos brevi se missurum esse promittens, A. his quoque respondere instituit et usque ad quartum pervenit ceteros, quam primum posset, absolvere paratus IV 452, 9. 453, 7. ad Darium se misisse scribit et alios libros, quos non petivisset: ‘de fide rerum, quae non videntur‘, ‘de patientia‘, ‘de continentia‘, ‘de providentia‘, et unum grandem ‘de fide et spe et caritate‘ (*i. e.* ‘encheiridion‘) IV 510, 6. librum ‘de gratia et libero arbitrio‘ modo ad Valentinum se scripsisse dicit IV 389, 7. 390, 1. eundem librum Hilarius cum non haberet, sibi ut mitteretur, petivit IV 479, 17. librum ‘de correptione et gratia‘ Prosper plenum divinae auctoritatis appellat atque, quo modo monachos Massilienses affecisset, exponit IV 455, 20. A. consilium cepit, ut omnium librorum suorum, quaecumque sibi rectissime displicerent, opere aliquo ad hoc ipsum instituto colligeret atque retractaret III 251, 23. in qua opusculorum suorum Retractatione occupatus duo volumina absolvit, ut epistulae tantum et tractatus populares (homiliae) restarent IV 452, 18—453, 13. Hilarius id opus expectat et, ut sibi mitteretur, rogat IV 479, 14. circumspiciebat A., num librum ‘de haeresibus‘ iam adgredi deberet IV 452, 3 et, qua ratione id facturus sit, disponit 453, 10.

Augustini tanta erat auctoritas, ut catholici eum, sicut scribit Hieronymus, conditorem antiquae rursum fidei venerarentur IV 215, 7. in aliis sacerdotibus, inquit Volusianus, toleratur inscitia, at cum ad antistitem Augustinum venitur, legi deest, quicquid contigerit ignorari III 92, 10. curam scripturarum mihi, ait ipse, fratres et patres mei, coepiscopi mei duobus conciliis Numidiae et Carthaginensi inponere dignati sunt IV 377, 2. *cf.* IV 480, 10. epistula imperatorum Honori et Theodosi ad Aurelium missa (201) ad A. quoque data est IV 299, 1 itemque pusilla ep. 184 papae Innocenti et Aurelio et Augustino inscripta est III 731, 2. Darius gentiles ritus Augustinum legendo contempsit IV 502, 9. Orosius ad Augustinum ab ultima Hispania, advenit III 621, 13.

Augustini laudibus maxime abundat Paulinus; *cf.* II 9, 15; 10, 14. I 79, 2. 4 *etc.* nec minora sunt, quae praedicant alii, velut

Audax IV 616, 11; Volusianus III 92, 7; Consentius II 704, 3; Valentinus IV 397, 3; Prosper IV 455, 4. 10; Marcellinus III 93, 6; Maximus grammaticus I 38, 14. Nebridio A. epistulae Christum, Platonem, Plotinum sonabant I 12, 1. Nectarius eum cum Cicerone comparat II 579, 7. abundantia laudis et tumore eminent, quae Severus coacervavit II 635, 10—636, 14. a quibus hominibus et quibus condicionibus laudari vellet, ep. 231 A. Dario exposuit.

Aurelius, episcopus ecclesiae catholicae Carthaginensis III 34, 1. 39, 18. senex appellatur II 230, 19. 231, 19. IV 163, 16. 176, 16. A. presbyter ad eum misit ep. 22 de removendis ab ecclesiis et cimiteriis comissationibus et ebrietatibus; simul comperimus Aurelium fratribus agrum dedisse I 62, 11. Paulinus ad eum scripsit I 75, 14 et ab eo epistulam accepit II 8, 21. per Aurelium et Alypium Paulinus A. cognovit I 123, 19. A. et Alypius ep. 41 Aurelio gratulantur, quod presbyteris se praesente sermonem ad populum habere permitteret II 81, 14. Aurelius A. scripsit de Donato et eius fratre, qui monasterium deseruerant II 221, 6 et A. respondit epistula 60. itemque disciplinae ecclesiasticae quaestionem habebat de presbytero Quintiano, quem A. ep. 64 Aurelio reconciliare conabatur II 230, 4. Privationis causam A. ad Aurelium misit, ut, quod de illo statuisset, hoc faceret II 231, 17. eidem misit libros ‘de trinitate‘ adiecta ep. 174. Aurelius et Silvanus subscripserunt litteris 128 et 129, quas universi episcopi catholici de conlatione cum Donatistis habenda ad Marcellinum dederunt III 30, 3. 34, 1. 7. 39, 18. Aurelius in concilio Carthaginensi adfuit III 652, 3. 701, 2 et est inter illos quinque episcopos, qui ep. 177 ad papam Innocentium miserunt, quibus ille respondit ep. 183. pusillam ep. 184 Innocentius ad Aurelium et A. dedit III 731, 2. Sixtus presbyter brevissimam ep. de Pelagianorum dogmate ad Aurelium misit, quam A. exultanti alacritate descripsit et, quibus poterat, legebat IV 163, 15. 176, 16. imperatores Honorius et Theodosius litteras 201 ad Aurelium dederunt IV 296, 2. Aurelius subscripsit litteris ad Gallicanos episcopos in causa Lepori datis IV 428, 7. A. Darium librorum, quos ei miserat, iudicium flagitabat, quod quo sibi mitteretur, apud Aurelium eum deponere posse IV 510, 10.

Aurelius episcopus in concilio Zertensi et Milevitano adfuit III 235, 2. 663, 4.

aurum *v.* ornamentum.

auster caritatem significat, qua peccatis remissis populi ad Christum concurrunt III 202, 8.

Auxentius a Pascentio non parva praedicatione laudatus IV 535, 9.

Auxilius, episcopus iuvenis, ob unius peccatum totam familiam anathemaverat, cuius rei A.

senex ep. 250 rationem requirebat IV 595, 14.
Avivius episcopus in concilio Carthaginensi adfuit III 652, 7.
Azarias unus ex tribus viris in caminum ignis proiectis II 646, 1. 654, 19. 655, 4.
azymum: II 59, 26. azymum fuit in veteribus sacramentis IV 217, 10.

Babylonis filii éliduntur ad petram I 98, 5.
Badesilitana ecclesia II 230, 23.
Bagaiense concilium II 615, 23. 618, 1. 619, 1. 625, 3. 627, 13. 628, 23. concilium Bagaitanum II 418, 4. Bagaitana sententia III 240, 5. episcopatus Bagaiensis ecclesiae II 245, 25; *cf.* IV 25, 11. 20. cicatrices episcopi catholici Bagaitani horrendae ac recentissimae II 414, 7.
balnearum usus monachis non sit assiduus, sed eo, quo solet, temporis intervallo tribuatur, hoc est semel in mense IV 367, 11.
baptisma, baptizare: de circumcisione et baptismate I 68, 11—69, 8. circumcisio antiquis sanctis pro baptismo fuisse creditur IV 112, 8. Christus in ecclesia sua pro circumcisione carnis sanctum baptismum dedit IV 641, 4. si in carne circumcisi hominis non invenitur locus, ubi circumcisio repetatur, quia unum est illud membrum, multo minus invenitur locus in uno corde, ubi baptismum Christi repetatur I 69, 4. baptismum sicut regalem characterem accipere II 415, 20. semper dei est baptismi sacramentum, hominis autem solum ministerium II 604, 9; *cf.* 489, 17. perfecta mundatio non in Iohannis sed in nomine domini baptisma est II 118, 12. baptismus, quem dederunt apostoli, per quemlibet datus non apostolorum erat sed Christi II 490, 1. 18. baptisma ubicumque est, ipsum est, sed non etiam ille, qui hoc accipit, ubicumque est, ipse est; itaque privatam hominum impietatem detestamur in schismate, baptismum vero Christi ubique veneramur II, 405, 22. baptismus, quo baptizant illi quos tamquam mortuos eiecit ecclesia, non lavacrum non est, sed nihil prodest et, quando quis cum illo ad ecclesiam venerit, quod foris oberat, intus proderit II 617, 23; *cf.* 630, 4. Christiani baptismi sacramentum etiam apud haereticos valet et sufficit ad consecrationem, quamvis ad vitae aeternae participationem non sufficiat II 526, 22. post Iohannem baptizatum est, post haereticos autem aut ebriosos non baptizatur, quia Christi est baptismus, non eorum, a quibus ministratur II 490, 21. 489, 19. homo quilibet minister baptismi qualemcumque sarcinam portet, non iste sed Christus ipse est, qui baptizat II 423, 1. igitur inter baptismum Christi, quem dedit apostolus, et baptismum Christi, quem dedit ebriosus aut haereticus, nihil interest II 491, 23. 492, 2; *cf.* 423, 6. non baptizatur neque post haereticum neque post ebriosum II 490, 23—491, 24.

Ideo non est superfluus baptismus parvulorum, ut, qui per generationem condemnationi obligati sunt, per regenerationem ab eadem condemnatione solvantur III 458, 2; *cf.* 466, 19. quicumque negat parvulos per baptismum Christi a perditione liberari et salutem percipere sempiternam, anathema sit III 662, 8. parvuli quando ad baptismum offeruntur, quo modo pro eis illi, a quibus offeruntur, interrogati respondere possint: 'Credit in deum' II 528, 8—529, 10. 530, 10—532, 15. in baptismate cum respondetur parvulus credere, qui fidei nondum habet affectum, respondetur fidem habere propter fidei sacramentum et convertere se ad deum propter conversionis sacramentum II 531, 10. per societatem unius eiusdemque spiritus prodest offerentium voluntas parvulo oblato II 522, 4. regenerans enim spiritus in maioribus offerentibus et parvulo oblato communis est II 522, 3. offeruntur parvuli non tam ab eis, quorum gestantur manibus, quam ab universa societate sanctorum atque fidelium II 526, 14. neque propterea non regenerantur, si non ab illis hac intentione offeruntur II 526, 7. multi parvuli non offeruntur a parentibus sed etiam a quibuslibet extraneis II 527, 15. parvulum etsi nondum fides illa, quae in credentium voluntate consistit, iam tamen ipsius fidei sacramentum fidelem facit II 531, 19. quidam ad baptismum percipiendum parvulos ferunt, quod eos putant hoc remedio temporalem retinere vel recipere sanitatem II 526, 4. in ipso baptismo quod vocibus, quibus possunt, et motibus parvuli reluctantur, non eis imputatur atque omnis renisus ipsorum nihili penditur IV 103, 2. in ecclesia propterea cum baptizandis parvulis festinatur et curritur, quia creditur aliter eos in Christo vivificari omnino non posse III 576, 14. si quis parvulus ante maioris usum ex hac vita migraverit, per ipsum baptismum commendante ecclesiae caritate a condemnatione liberatur II 532, 7. infantes, quia per alios fiunt credentes, a quibus baptizandi offeruntur, per illos utique sunt increduli, si apud tales sunt, qui eos, dum nihil prodesse credunt, offerendos esse non credunt IV 169, 12; *cf.* 415, 11. quod alius parvulus sic gubernatur, ut baptizatus hinc exeat, alius, priusquam baptizandus offeratur, expirat, neque fato vel fortunae dandum est neque meritis praecedentibus sive ipsorum sive parentum IV 201, 5. 19. ab originali peccato infantes immunes esse non possunt, nisi ab eius reatu per Christi baptismum resolvantur III 466, 19; *cf.* IV 410, 5. in baptismate exorcizantur et exsufflantur infantes, quod diabolus eis dominatur per peccatum princeps utique peccatorum IV 212, 18. in baptismate parvulorum infantes, et cum exorcizantur et cum ei se per eos, a quibus gestantur, renuntiare respondent, a diaboli dominatione

liberantur IV 210, 14. cum sapere homo coeperit, non baptismi sacramentum repetet, sed intelleget eiusque veritati consona etiam voluntate coaptabitur II 532, 3.

In baptismo fit abolitio omnium peccatorum III 412, 6; *cf.* IV 105, 7. quo modo generatio ex Adam uno delicto obligat, ita regeneratio ex Christo non illud delictum solum solvit, sed quicquid etiam postea ex iniquis operibus humanae conversationis accedit III 460, 1—9. agunt homines ante baptismum paenitentiam de suis prioribus peccatis ita tamen, ut etiam baptizentur; agunt etiam homines paenitentiam, si post baptismum peccaverint IV 645, 1. 6. baptizatus albis vestibus candidabatur et constituebatur intra cancellos eminens atque conspicuus II 24, 5; veste dealbatus erat intra octavas suas II 25, 2. 5. baptizatus graviter corripiebatur, qui per octavas suas terram nudo pede tetigerit II 209, 20. qui nolentes negare Christum, antequam baptizarentur, occisi sunt, ipsa eorum passio pro baptismo deputata est IV 641, 13. cum Petrus negavit dominum, nondum fuerant apostoli baptizati non tamen aqua sed spiritu sancto IV 640, 3. Christus baptizabat non per se ipsum sed per discipulos suos, qui iam fuerant baptizati sive baptismo Iohannis, sicut nonnulli arbitrantur, sive, quod magis credibile est, baptismo Christi IV 643, 8. Christus ipse quidem baptizavit praesentia maiestatis, non tamen ipse baptizavit manibus suis IV 642, 14. episcopus baptizandi potestatem non potest amittere nisi amisso episcopatu II 147, 23. novi apud Caelicolas baptismi institutor II 121, 1.

Barbarus, servus dei apud Hipponem constitutus, A. ep. 159 ad Evodium tulit III 497, 20.

Barcaeus I 92, 27. lateque vagantes Barcaei (Verg.) III 543, 17.

Barcilo in Hispania I 76, 14.

Barnabas et Petrus non recte ingredi ad veritatem evangelii a Paulo dicebantur II 72, 9. 295, 12—296, 1. 355, 4. 15. Paulus et Barnabas cum venissent Antiochiam, circumcidi iussi sunt II 292, 10—293, 7. Paulus cum Barnaba et Tito ascendit iterum Hierosolymam II 294, 10.

Barnabas, servus dei, quem Pinianus ad A. misit III 12, 6.

Barnabas presbyter adfuit, cum A. successorem sibi designabat IV 373, 3.

basilica: appellamus ecclesiam basilicam, qua continetur populus, qui vere appellatur ecclesia IV 154, 13. de basilica beati apostoli Petri cotidianae vinulentiae proferebantur exempla I 120, 22.

bastaga
basterna } *v. ind. VI.*

Bazacenus episcopus in concilio Carthaginensi adfuit III 653, 6.

beatitas: in distributione naturarum summum est ipsa beatitas I 45, 19.

beati omnes esse volumus II 590, 33. quid sit beatum esse

III 67, 13. de eo, quod est apud Ciceronem, in gravissimis doloribus corporis beatum esse posse sapientem III 432, 13. sunt qui dicant eum beatum esse, qui secundum suam vivit voluntatem III 51, 4.

Beelzebub, princeps daemoniorum II 726, 18. IV 70, 4.

Belial pro generali societate daemoniorum IV 583, 4.

beluae marinae magnitudo, cuius costae Carthagine in publico fixae erant II 571, 7.

benedicere *v.* antistes.

benedictiones episcoporum super populum III 659, 12. 693, 8; *cf.* II 83, 13. III 363, 11. benedictio panis *(Paul.)* II 8, 10. 11, 4, ordinationis II 223, 23.

Benenatus episcopus, quocum A. ep. 253 et 254 de puella aliqua agit, utrum in matrimonium danda sit necne et cui danda sit; *cf.* ep. 255.

Berzelli Galaadites regis David beneficia iuveni delegans filio ostendit senectutem haec appetere non debere II 258, 12.

Beselehel fabricatus est tabernaculum III 497, 3.

Bethleem Iudaeae, ubi dominus dicitur natus IV 111, 10. ep. 202 Hieronymus de sancta Bethleem sancto presbytero Innocentio tradidit perferendam IV 301, 8.

blasphemare: homines ipsum deum cotidie blasphemare non cessant II 329, 15.

Bonifatius papa quam cautionem adhibuerit in causa Antonini episcopi IV 351, 22, qui velut inculpatus ei commendabatur 350, 15.

Bonifatius, episcopus Cataquensis, Pauli successor, cuius causam A. ep. 96 Olympio commendavit II 514, 20. 518, 13. idem fuisse videtur, ad quem A. ep. 98 dedit, utrumque enim ait veritatis amantissimum vehementer cavisse fraudem atque mendacium II 515, 14—20. 528, 10.

Bonifatius episcopus cum una esset cum Marcellino, hoc idem esse dicit A., ac si ipse esset praesens III 150, 14. Marcellini ep. A. reddidit III 250, 12 et A. litteras Macedonio III 393, 4. apud eum erat A., cum ipso absente Paulini litterae Hipponem sunt perlatae III 349, 19.

Bonifatius presbyter et Spes monachus uterque de Augustini monasterio (II 333, 8) alter alterius inpudicitiam criminabatur, quam causam A. exponit litteris 77 et 78. Bonifatium in nullo crimine apud se fuisse deprehensum dicit neque de illo tale quicquam se credidisse aut credere II 330, 3. 333, 7. Spes turbulentius agere coepit flagitans, ut aut ipse in clericatum promoveretur aut Bonifatius in suo gradu esse non permitteretur, id quod A. non recusare non poterat II 334, 15. Bonifatius occultato honore suo ad locum sanctum pergere, ut dei iudicium sustineret, erat paratissimus II 337, 9 neque Spes abnuebat, ita ut uterque itineri se committeret II 330, 8.

Bonifatius primo tribunus, deinde domesticorum et Africae comes IV 436, 13. tribunus omnes barbaras Africae gentes

expugnando et terrendo pacaverat IV 436, 15. A. ep. 185 sive librum 'de correctione Donatistarum' ei inscripsit laudans, quod inter curas bellorum et armorum vehementer desideraret ea nosse, quae dei essent IV 1, 3. Bonifatius aliis rebus Romanae paci necessariis erat occupatus IV 5, 28. qui cum multum optaret, ut A. aliquid sibi scriberet, quod se praepararet ad sempiternam salutem, dedit ad eum ep. 189. in moribus bonis, scribit, bene studiosum eum esse se cognovisse et fama eius multum delectari IV 136, 3. coniuge mortua negotiis publicis relictis monachi vitam vivere cupiebat, id quod A. et Alypius ei dissuaserunt IV 433, 1—12. 440, 7. Tubunis enim cum eis de animo et voluntate sua est conlocutus IV 433, 3. 440, 6. 18. iterum uxorem duxit, quod A. eum facere noluisse audivit, nisi prius catholica fuisset facta IV 433, 20. 25. qua non contentus concubinarum consuetudine pollutus esse dicebatur IV 434, 6—10. 440, 22. Arrianorum haeresis tantum praevaluit in eius domo, ut ab ipsis eius filia baptizaretur et ancillae quoque deo dicatae rebaptizarentur IV 434, 1. inimicis invidis calumniantibus in extremas necessitates perductus est IV 434, 16—435, 14. 436, 2. 25. 437, 21. 439, 5. 19. 441, 3. quibus necessitatibus cum occupatus esset, Afri barbari libere omnia vastabant et diripiebant IV 436, 10—22. litteras, ait A., in his periculis numquam se ei mittere potuisse periculum cogitantem perlatoris et caventem, ne ad eos, ad quos nollet, epistula perveniret IV 432, 20.

Bonosus et Iason, doctissimi trans mare viri Arriani IV 563, 19.

bonus: eum dicimus bonum, cuius praevalent bona, eumque optimum, qui peccat minimum III 409, 18. solere aiunt quendam veterum dicere, quibus satis persuasum esset, ut nihil mallent se esse quam viros bonos, his reliquam facilem esse doctrinam IV 517, 11.

Summum bonum id dicitur, quo cuncta referuntur II 678, 11. finis boni ibi dicitur, ubi iam, quo excurrat et quo referatur, non invenitur II 678, 14; *cf.* 677, 25. deus est summum atque incommutabile bonum, cuius participatione homo fit bonus III 229, 24. quid est dignius, quam ut bona faciat bonus deus, quae nemo potest facere nisi deus? III 568, 7. multa bona deus facit etiam de nostris malis nostrisque peccatis III 568, 1. deus bonorum omnium est largitor non solum sempiternorum, quae ante Christum pie sperabantur, verum etiam temporalium, quae prophetice gubernabantur III 158, 22. bona aeterna proprie deus praestat iustis, qui bona temporalia praestat et impiis III 171, 6. *cf.* IV 353, 18. a deo, quicquid bonum est, totum sperare debemus IV 501, 6 *(Dar.)*. ipsius corporis si qua bona sunt, non sunt nisi ex deo; quanto magis

animi bona donare nullus alius potest! III 264, 1. bona huius mundi et ipsa bona sunt IV 439, 12; *cf.* III 158, 6. temporalia bona deus aliquando utiliter tribuit et aliquando utiliter subtrahit III 230, 24; *cf.* III 169, 9. 205, 13. 230, 22. terrena bona si habentur, non in eis beata vita ponenda est; subdita debent esse non praedita, sequentia non ducentia III 438, 14. fortunae bona verissimi sapientes nec timeri voluerunt nec cupi I 9, 5. ecclesiae deneganda fuerant bona veteris testamenti, ut bona novi testamenti optare atque sperare iam disceret III 166, 21. magnum bonum est libenter deo casteque servire I 48, 4. unitas spiritus in vinculo pacis et caritas maximum sunt bonum IV 37, 23. utitur ecclesia potestate, ut non solum invitet, sed etiam cogat ad bonum III 647, 12; *cf.* IV 21, 17. deus potens est vere beatam vitam dare, quo nullum malum admittatur et ubi summum bonum numquam amittatur III 434, 4; *cf.* 447, 7.

Boreas I 94, 13.

Borinus I 86, 18. 91, 8.

bos lassus fortius figit pedem *(proverb.)* II 242, 11 *(Hier.); cf.* 267, 16.

breviatio gestorum conlationis Carthaginensis III 152, 20.

Britto, ut credebant Alypius et A., fuit cognominatus Pelagius IV 45, 9.

Brixensis episcopus Philastrius IV 446, 13.

Brutus, Romanae gentis praeclarus vir III 135, 7.

buda vestitus II 412, 22. 597, 14.

Bullensis campus II 233, 15.

Burdigalae baptizatus est Paulinus I 76, 14.

Byzantium, ubi Maximianistarum schisma exarsit II 469, 20.

Caecilianus cum Carthagine esset diaconus, pecuniosissimam mulierem Lucillam quandam pro disciplina ecclesiastica corripiendo laeserat II 99, 4. 107, 25. ibidem episcopus factus ordinatus est per Felicem Aptungensem, quem traditorem fuisse erat suspicio II 599, 8. 601, 16. III 243, 15. utrum Caecilianus a traditoribus divinorum codicum fuerit ordinatus, se nescire dicit A. IV 4, 11. septuaginta ferme episcopi inter quos confessi traditores in concilio Carthaginensi non confessum et absentem Caecilianum cum suis collegis et ordinatoribus damnaverunt II 86, 25. 88, 19. 89, 26; *cf.* 87, 10. 89, 7. 15. 96, 4. 24. 99, 7. 596, 13. III 239, 18. 241, 14 et Maiorinum contra eum nefario scelere episcopum fecerunt II 87, 14; *cf.* 108, 7. 116, 4. cur Caecilianus ab hoc concilio afuerit II 98, 24. 100 1; *cf.* 90, 14. plerique Lucillae pecunia maxime adversus Caecilianum empti et instigati perhibebantur II 99, 14. 20. 108, 7. 21. qua ratione, antequam Maiorinus adversus Caecilianum ordinaretur, schisma sopire voluerint maiores sui, Fortunius narravit A. II 115, 23. in causa Caeciliani partes Maiorini se ab ecclesia catholica diviserunt IV

3, 22. Caecilianus de Maiorino eiusque parte conquestus est apud proconsulem II 95, 6. 96, 1. Maiorini pars per proconsulem libellum ad Constantinum tunc imperatorem misit inscriptum ita: 'Libellus ecclesiae catholicae criminum Caeciliani traditus a parte Maiorini' atque petivit ab eo iudices episcopos ex Gallia, qui de suis quaestionibus, quae in Africa exortae essent, arbitro medio iudicarent II 408, 8—20. 87, 17. 155, 24; *cf.* 88, 23. 95, 9. 407, 12. 411, 13. 420, 14. 421, 4. 457, 5. 18. 461, 16. 464, 14. 600, 24. 602, 12. III 36, 25. 241, 20. 25. 242, 10. IV 5, 18. iudicante Melchiade, Romanae urbis episcopo, cum collegis suis nihil in Caeciliano probari potuit, qua re in episcopali honore est confirmatus II 87, 20. 88, 23; *cf.* 96, 2—16. 97, 3. 98, 4. 101, 25. 155, 26. 408, 21. 421, 7. 458, 2. 601, 2. a quibusdam denuntiationis libellus adversus Caecilianum erat datus II 97, 16. quod iudicium, qui cum Maiorino stabant, apud imperatorem conquesti sunt; Caecilianum enim a traditore Felice esse ordinatum II 101, 25. 156, 2. 409, 4. 411, 16. 421, 7. 458, 3. 601, 8. 16. 602, 15. primo Caecilianus episcopali iudicio fuit purgatus; deinde non multo post Felicis Aptungensis causa ab Aeliano proconsule examinata est, ubi eum constitit esse innocentem III 245, 2; *cf.* II 88, 6. 20. 89, 8. 409, 15—410, 17. 601, 16. III 37, 5. post concilio apud Arelatum habito imperator eandem causam diligentius examinandam terminandamque curavit II 88, 1; *cf.* 101, 29. 156, 5. 409, 6. 421, 9. 458, 6. 601, 11. ab hoc ecclesiastico iudicio Donatus, Maiorini successor, et qui cum eo erant, ad imperatorem provocaverunt, ut ipse causam audiret II 88, 2; *cf.* 95, 11. 102, 5. 156, 6. 327, 16. 409, 9. 421, 5. 458, 6. 461, 18. 601, 13. 602, 15. IV 5, 10. 9, 9. iussit igitur ille, ut sibi partes ad agendam causam Romam occurrerent, quo cum Caecilianus non occurrisset — qua causa non occurrisset, se nescire dicit A. — praecepit, ut Mediolanium sequerentur II 102, 13. quo posteaquam ventum est, utraque parte adsistente innocens Caecilianus est iudicatus atque illi recesserunt superati II 88, 4; *cf.* 102, 21. 156, 7. 409, 11. 411, 18. 412, 4. 421, 4. 10. 458, 7. 601, 14. III 31, 16. 37, 2. 242, 15. 245, 6. 16. quae protulerunt Donatistae, ut Caecilianum ab imperatore damnatum esse demonstrarent, omnia secus ceciderunt III 242, 24—243, 14; *cf.* 241, 21. 242, 2. 12. IV 5, 19. maiores eorum Caecilianum et socios eius regibus terrae puniendos falsis criminibus obiecerunt II 464, 14. Caecilianus et Afri quipiam sive, ut putabant Donatistae, re vera criminosi sive, quod magis credendum est, calumniis appetiti II 622, 21. a transmarinis unitatis episcopis adversus factionem Maiorini Caecilianus purgatus est II 108, 11; *cf.* III 37, 2. 242. 14. nihil eorum, quae in Caecilianum

Donatistae intendebant, probare potuerunt III 241, 11; *cf.* II 92, 10. III 646, 16. IV 3, 24. elegerunt, sicut dicitur, ad duas agere causam cum Caeciliano parati ad utrumque, ut satiarent cupiditatem suam, si autem non possent, in eadem perversitate durarent II 101, 7. ‘si vera essent, quae obiecta sunt Caeciliano, et nobis possent aliquando monstrari, ipsum iam mortuum‘, inquit A., ‘anathematizaremus‘ IV 3, 26; *cf.* III 239, 14. orbis terrarum Caeciliano communicabat II 92, 1. 100, 23. 108, 22. Caeciliani causa ad ecclesiae causam non pertinebat III 241, 9. 646, 14.

Caecilianus ut per alias Africae terras unitati catholicae mirabili efficacia consuluit, ita Hipponiensium quoque regionem praesidiali edicti sui vigore contra Donatistas ut adiuvaret, A. petivit ep. 86. ad eundem data est ep. 151, qua fere tota de Marcellini morte agit et exponit, quam partem Caecilianus in hac causa habuisse videretur, quamquam ipse eum illius crudelitis auctorem vel participem fuisse non crederet III 384, 3. 384, 29—385, 9. 386, 16. 387, 21. 25. 390, 2. 391, 13. de epistulis inter Caecilianum et Augustinum missis acceptisque III 382, 12. 383, 24. epistulam papae Innocenti Caecilianus per fratres ad Augustinum misit III 383, 14. catechumenus etiam tum volebat esse, cum A. iam in fidelibus eum haberi cuperet III 392, 12.

Caecilianus, magistratus Aptungitanorum II 410, 10.

Caecilianus exduumvir, cuius ep. Ingentium falsasse contendebatur II 410, 18.

Caecilius, filius Celeris, A. carissimus II 215, 13.

Caelestina haeresis IV 300, 2; *v.* Caelestius.

Caelestinus diaconus a Roma ad A. scripserat, cui ille respondit ep. 192 per Albinum, ecclesiae Romanae acolythum IV 165, 16. qui cum in sede apostolica papa esset constitutus, A. ei gratulabatur et Fussalensium causam commendabat ep. 209. se scire dicit eum valde propensum ad misericordiam esse IV 350, 22.

Caelestinus, ad quem ep. 18 data est. A. ei miserat adversum Manichaeos libros, qui ut iam remitterentur cum rescriptis, petivit I 45, 2.

Caelestinus presbyter A. mandatu ad Florentinum legem aliquam tulit, quo eam cognosceret II 660, 20.

Caelestius et Pelagius in superbiam sacrilegam extollendo liberum arbitrium nullum relinquebant locum gratiae dei III 655, 9. suasuros se aliquibus esse confidebant nos adiutorium dei nec debere quaerere nec egere III 709, 9; *cf.* 719, 8—13. praedicabant parvulos aeternae vitae praemiis etiam sine baptismatis gratia posse donari III 720, 6; *cf.* 660, 13. 666, 1. quamquam per baptismum etiam parvulorum fieri redemptionem libello suo Caelestius in Carthaginensi ecclesia iam confessus

est III 661, 8; *cf.* 471, 11. Caelestius in Carthaginensis civitatis ecclesia iam ad presbyterii honorem subrepere coeperat, sed ad iudicium episcopale perductus est III 471, 7. idem ad presbyterium in Asia dicebatur pervenisse III 667, 6; *cf.* 654, 12. A. veritus est, ne forte Caelestius apud Hilarium Syracusis esset ibique hominum fidem perturbare conaretur III 471, 20. Alypio et A. auctoribus haeresim Caelestinam iugulatam esse dicit Hieronymus; qua re isti haeretici oderant et illos et Hieronymum, per quos putabant se libertatem docendi haereseos perdidisse IV 300, 1. 5. litteris Herotis et Lazari, quas Orosius tradiderat, lectis Carthaginense concilium et Milevitanum adverterunt Pelagium et Caelestium auctores nefarii prorsus et ab omnibus anathemandi erroris esse III 653, 13; *cf.* 667, 3. itaque nisi errores suos apertissime anathemavissent, ipsos anathemari oportere censuerunt III 654, 13, id quod ad papam Innocentium detulerunt litteris 175 et 176. Caelesti causa ante ferme quinquennium apud ecclesiam Carthaginensem est agitata III 654, 5; *cf.* 667, 7. Pelagium Caelestiumque ecclesiastica communione privari Innocentius apostolici vigoris auctoritate censuit, donec resipiscerent de diaboli laqueis, eosque interim dominico ovili non recipi III 721, 3; *cf.* 722, 4. simul praecepit, ut, quicumque eandem doctrinam defensitare niterentur, par eos vindicta constringeret III 721, 12. Pelagius et Caelestius adversus dei gratiam disputando novae haeresis vel auctores vel certe acerrimi notissimique suasores cum extitissent, conciliorum episcopalium vigilantia ab Innocentio papa et Zosimo toto Christiano orbe damnati sunt IV 157, 9—18. quarum sententiarum exempla A. misit ad Optatum IV 157, 18. Pelagius et Caelestius recenti iudicio dei per diligentes et fideles servos eius catholica communione privati sunt et adhuc in sua damnatione persistebant IV 220, 25. imperatores Honorius et Theodosius dudum constituerant, ut Pelagius atque Caelestius, infandi dogmatis repertores, ab urbe Roma pellerentur, et recenti quoque sanctione decreverunt, ut, si quis eos in quacumque provinciarum parte latitare non nesciens aut propellere aut prodere distulisset, praescriptae poenae velut particeps subiaceret IV 296, 4. 297, 2 et, quicumque episcopi eorum damnationi subscribere neglexissent, episcopatus amissione multati interdicta in perpetuum expulsi civitatibus communione privarentur IV 298, 2.

Caelicolae II 121, 1. *v.* Maior.

caeremoniae: Hieronymus pronuntiat caeremonias Iudaeorum et perniciosas esse et mortiferas Christianis et, quicumque eas observaverit sive ex Iudaeis sive ex gentibus, eum in barathrum diaboli devolutum II 305, 8; A. autem ait dicere eas non esse perniciosas his, qui

eas velint, sicut a parentibus acceperint, custodire II 305, 6; *cf.* 311, 7; quam sententiam suam A. accuratius definit II 369, 9 caeremoniarum Iudaicarum observationem Pauli tempore fuisse adprobandam dicens, tunc detestandam 369, 15.
Caesar a Cicerone laudatus II 593, 21. III 134, 8.
Caesar Gaius, post quem lex Iudaeorum prorepsit in fines Italos aut certe ipso imperante II 552, 1. Caesarum tempus II 552, 5.
Caesarea, Iudaeae oppidum II 291, 3. 300, 4.
Caesarea, Mauretaniae oppidum IV 137, 10.
Caesariensis collega II 401, 22. fratres Caesarienses IV 306, 30. 308, 19. epistula ad Caesarienses IV 307, 18; *cf.* 311, 10. Mauretania Caesariensis II 466, 22. 469, 21. IV 137, 9. 168, 2. provincia Caesariensis IV 310, 12. 351, 10. Eusebius Caesariensis II 318, 8.
Cain ex Adam et Eva natus III 696, 10. ex fructibus terrae obtulit munus deo II 558, 16. deus cum Cain fratricida locutus est III 299, 20; *cf.* 310, 13—19. Christus ad Cain in spiritu venit III 537, 4. Cain Iudaeorum figura III 356, 18. eum peccasse scriptura sacra testata est III 696, 13.
Καιροί *v.* χρόνοι.
Calama, Nectari patria, cui magna ille contulit officia II 426, 13. 584, 13. 594, 6. Severus ut per Calamam remeare ne gravetur, petivit Augustinus II 66, 21. Calama non levi populi sui errato prolapsa est II 426, 15. 432, 1. ubi cum contra recentissimas leges festo paganorum sacrilega sollemnitas agitaretur, inter alias iniurias Christianorum ecclesia ter lapidata est et ignes ecclesiasticis tectis atque hominibus inlati II 432, 17—433, 12. 585, 21. 594, 12. A. cum eo venisset, quid efficere contenderit II 434, 22—435, 14.
Calamensis colonia II 426, 11. Calamensis episcopus Possidius II 598, 2. Donatus Calamensis II 155, 15.
Calibius iunior, Aptungitanae civitatis curator II 410, 11.
Calistus episcopus Romanus II 153, 16.
Calliope musa I 93, 14.
Callipidae, gens Scythica I 91, 14.
Calpurnius cognomento Lanarius II 243, 1; *v.* Rufinus.
Campania, ubi vitam degebat Paulinus I 88, 1.
cancelli *v.* baptisma.
Candidus episcopus in concilio Carthaginensi adfuit III 653, 8.
Candorius episcopus in concilio Carthaginensi adfuit III 653, 2.
canis: qui de ecclesiae doloribus suavitatem suae malae linguae captant, facile est, ut illis canibus comparemus, qui lingebant vulnera pauperis Lazari II 341, 4. non semper in malo accipiendi sunt canes III 357, 19; *cf.* II 341, 6. canem et leonem Christus appellavit mundum III 190, 12—21.

canon: patrum scripta ab auctoritate canonis distinguenda sunt II 480, 13. 481, 2. non licet in scandalum mittere ecclesiam legendo in populis scripturas, quas canon ecclesiasticus non recepit; his enim haeretici et maxime Manichaei solent inperitas mentes evertere II 231, 1.
canonicus: librorum canonicorum auctoritatem quo modo A. distinguat ab auctoritate aliorum II 354, 4. 374, 6. 376, 16. 481, 1. III 344, 21. in concilio institutum est, quae sint scripturae canonicae, quae in populo dei legi debeant II 231, 8. librum Sapientiae erant qui in canonicis non haberent IV 473, 14 *(Hil.)*. *v.* credere.
cantare, canticum: de cantandi varia consuetudine et tempore II 209, 3. quid aliud est canticum novum quam laus dei? III 193, 1. non omnis, qui labiis personat, cantat canticum novum, sed qui eo modo cantat, ut apostolus admonet dicens: 'Cantantes et psallentes in cordibus vestris domino' III 192, 17. *v.* Donatistae.
Capitolium, Iovis sedes II 430, 22.
Cappadociae ecclesia II 402, 1.
Capraria insula, unde monachi Eustasius et Andreas in Africam venerunt II 140, 3.
Carcavianensis II 629, 7. *v.* Victorianus.
Carcedonius Subsanensis ecclesiae presbyter fuisse videtur II 225, 13. 227, 7—11. 26. 228, 10. 23. *v.* Timotheus.
caritatis laus IV 132, 7—133, 11. de caritatis natura IV 166, 4—167, 5. caritas quantum sit bonum IV 37, 24. quanta sit caritas patriae II 426, 4 *(Nect.); cf.* 427, 11. caritatis latitudo, longitudo, altitudo, profundum III 208, 3. 210, 16. 307, 16; in figura crucis II 196, 15. III 211, 11. 307, 16.

Caritas usque adeo donum dei est, ut deus dicatur IV 50, 20. 121, 20. caritas dei non per vires nostras, id est humanas diffunditur in cordibus nostris sed per spiritum sanctum IV 426, 24; *cf.* III 233, 18. 272, 5. lex adducit ad fidem, fides impetrat spiritum largiorem, diffundit spiritus caritatem, implet caritas legem III 268, 9. pia fides sine spe et sine caritate esse non vult II 711, 23. fides et spes et caritas ad deum perducunt orantem III 68, 1. fides significatur apud Lucam in pisce, spes in ovo, caritas in pane III 58, 15. 18. 59, 6.

Proficimus in hac vita deficiente cupiditate caritate crescente, perficimur autem in illa vita cupiditate extincta caritate completa III 686, 17. perfecta caritas foras mittit timorem sed illum servilem; castum autem non eicit, sed adsciscit III 199, 10. 18; *cf.* 198, 15. fieri potest, ut inter carissimos aliquid alterutro sermone contra dicatur nec tamen caritas ipsa minuatur nec veritas odium pariat, quae debetur amicitiae II 383, 1. dissensiones numquam debent amari, sed aliquando tamen aut caritate nascuntur aut caritatem probant IV 354, 23—355, 18. quae virtus evangelicam in no-

bis efficit mortem nisi caritas, quae fortis est ut mors? II 501, 22 *(Paul.)*. caritas sic oblitterat nobis et perimit hoc saeculum, ut impleat mortis effectum per affectum Christi, in quem conversi avertimur ab hoc mundo II 502, 1 *(Paul.)*. ut discamus, invitare nos debet suavitas veritatis, ut autem doceamus, cogere necessitas caritatis IV 175, 14.

Unde deus colitur nisi caritate? III 598, 10. caritate Christo, non poenae timore cohaeremus III 271, 17. quis vere dicit se habere Christi caritatem, quando eius non amplectitur unitatem? II 223, 27. *cf.* IV 44, 3.

carnalis vetustas spiritali cessit novitati II 54, 8.

Carneades vita etiam longissima verum invenire non potuit I 2, 20.

caro: quattuor humoribus natura carnis temperatur IV 325, 17. aut carni trium illorum virorum addita est contra ignem incorruptio aut ipsi igni detracta corrumpendi facultas; hoc illo multo est mirabilius IV 326, 10. temperare aliquem a carnibus edendis, ut inmundas arbitretur, apertissime contra fidem sanamque doctrinam est II 210, 18. similitudinem carnis peccati sumpsit Christus pro nobis, qua caro peccati mundaretur in nobis IV 108, 22. sunt, qui carnem in resurrectione adserunt conversum iri in substantiam dei et hoc futuram esse, quod deus est II 442, 3. more suo scriptura, ut Christi humilitatem magis ostenderet, carnem pro homine posuit III 163, 23; *cf.* II 441, 10. carnis et sanguinis nomine opera carnis et sanguinis apud apostolum sunt intellegenda IV 327, 8 vel potius corruptio carnis et sanguinis 327, 11. 334, 12. quo modo dicatur: 'Caro possidebit regnum dei' et: 'Caro non possidebit regnum dei' IV 337, 4.

Cartennae in Mauretania Caesariensi, Vincenti sedes II 465, 24. 466, 22. 467, 24. 469, 21.

Cartennensis Vincentius II 466, 22. vicinia Cartennensium II 467, 24.

Carthaginenses II 101, 6. III 5, 17. unus Carthaginensis III 7, 17. sicut videtur audaciae mutare conari, quod Carthaginensis ecclesia tenet, sic magnae inpudentiae est velle servare, quod Carthaginensis ecclesia correxit I 58, 1. in Carthaginensi ecclesia, in Africae capite II 99, 21. episcopi ex more ad Carthaginensem ecclesiam sollemniter veniebant III 653, 11. concilium Carthaginense II 409, 17. IV 47, 3. concilium Carthaginense, ubi recitabant septuaginta plus minus episcoporum sententias contra Caecilianum absentem prolatas III 239, 18. concilium ecclesiae Carthaginensis 653, 9. 701, 3. concilium provinciae Carthaginensis 669, 5 (*cf.* 668, 9). IV 389, 14. Carthaginensis synodus III 715, 10. Carthaginenses rhetores II 673, 22. Carthaginensis promissio 144, 5.

Carthago, civitas ampla et inlustris, fama celeberrima nobilis, unde se per totum Africae

corpus malum, quod ibi esset exortum, tamquam a vertice effunderet II 90, 3. non mediocris auctoritatis habebat episcopum II 90, 7. duae tantae urbes Latinarum litterarum artifices, Roma atque Carthago II 674, 6. in tanta doctorum multitudine apud Carthaginem constitutus II 675, 11. Epiphani liber poterat apud Carthaginem in Latinam linguam verti facilius atque commodius IV 448, 5. cathedra ecclesiae Carthaginis II 91, 18. a ducentis et septuaginta episcopis Donatistis concilium Carthagini celebratum II 486, 20. conlatio apud Carthaginem habita IV 5, 17. 28, 6. pars Donati primo apud Carthaginem pars Maiorini dicebatur II 407, 12. in Africa maxime apud Carthaginem non deesse Pelagianos arbitrabatur A. III 471, 5. A. continuo est a Carthagine profectus occultato abscessu suo propter miseram urbis condicionem III 384, 13. Carthagini exhiemavit Paulinus II 736, 7. beluae marinae costae Carthagine in publico fixae populo notae erant II 571, 8.

Carus quidam inter Augustinum et Celeris amicum medius II 216, 7.

Casphalianensis presbyter Marcus II 597, 9.

Caspi oppida I 93, 21.

Cassi cacumina, Cassia rupes I 91, 16—17.

castitas: magis timeamus, ne sensu interiore corrupto pereat castitas fidei, quam ne feminae violenter constuprentur in carne IV 490, 3. tantum valet in mente integritas castitatis, ut illa inviolata nec in corpore possit pudicitia violari, cuius membra potuerint superari II 656, 11.

Castorium, ut in episcopatum Bagaiensis ecclesiae Maximiano, fratri suo, succederet, obsecrabant Alypius et A. ep. 69.

Casulanus presbyter duas epistulas ad A. miserat de sabbati ieiunio consulens; quibus A. respondit ep. 36.

Cataphrygae *vel* Cataphryges haeretici II 676, 25 dicebant per Montanum et Priscillam, quos proprios suos prophetas habebant, venisse spiritum sanctum, quem dominus missurum se esse promisit IV 527, 9.

Cataquensis episcopus Bonifatius II 518, 15.

catholici: tolerantiam pacificam didicerunt catholici neque vero schismatici II 119, 2. de mansuetudine catholica erga Donatistas II 413, 20. qua re catholici Donatistas quaerebant? II 488, 3. IV 37, 10. sacramentum dei agnoscunt catholici in haereticis et venerantur et amplectuntur II 223, 10. 21. catholici in haereticis, qui transierant, non mutabant, in quibus cum ipsis erant, id est in sacramentis, sed ea corrigebant, in quibus cum ipsis non erant II 488, 20. rebaptizare haereticum hominem, qui haec sanctitatis signa perceperit, quae Christiana tradidit disciplina, omnino peccatum est; rebaptizare autem catholicum immanissimum scelus est I 65, 16. ecclesia, quae dicta est unica sua, haec est unica catholica, quae toto orbe copiose diffunditur, quae

usque ad ultimas gentes crescendo porrigitur III 191, 23. quam subtiliter et quanta veritate in catholica intellegitur inseparabilitas trinitatis I 27, 17.
Catilina frigus, sitim, famem ferre poterat *etc.* neque vero fortitudo haec erat sed duritia III 594, 11. 595, 10. liber belli Catilinae III 142, 14.
Cato imitatione dignior erat quam Iuppiter, cum in templis adoraretur Iuppiter potius quam Cato II 430, 3.
causa: causarum mutandae sententiae tria distinguuntur genera II 348, 4—349, 16.
Celedensis pseudodiaconi Anniani haeretici contra libros cur nondum rescripsisset, Hieronymus exposuit IV 300, 7—301, 7.
Celer cum Donatistarum consuetudine implicatus teneretur, A., ut eum inde extraheret, operam dabat litteris 56 et 57. possessiones habebat in regione Hipponiensi II 215, 22—216, 4. procuratore utebatur Spondeo III 151, 1. de eius adversum se praepotenti administratione conquestum esse Antoninum, episcopum Fussalensem, scribit A., quo tempore iam nullam gerebat in Africa aut uspiam potestatem IV 350, 3.
Celsus ep. 80 ad Paulinum perferre paratus cum spe citius navigaret, A., ut scribere festinaret, coegit II 346, 27.
cena: plures et prope omnes in plerisque locis die cenae dominicae lavare consueverunt II 168, 9; unde hic lavandi mos ortus esse videatur II 168, 14.
cena dominica *v.* eucharistia.
Cenchris caput sibi Paulus totondit ex lege II 298, 3. 6. 358, 4.
Cerdo cum multis quaestionibus a Dioscoro ad A. missus est II 664, 20. 665, 1.
cerebrum: deus ex puncto et quasi centro cerebri sensus omnes quinaria distributione diffundit III 106, 14.
Ceretio episcopo A. misit ep. 237 de Priscillianistarum fraudulenta interpretandi ratione.
Cerinthus et Hebion haeretici propter hoc solum anathematizati sunt, inquit Hieronymus, quod legis caeremonias Christi evangelio miscuerunt et sic nova confessi sunt, ut vetera non amitterent II 303, 8.
Chaldaeorum gens II 117, 12.
Chananaeus stabit adversus Israhel, cum Chananaei labores abstulerit Israhel; Chananaeus quippe impius IV 36, 2.
charactere regio signare militem IV 22, 12. oves Christi characterem dominicum portant in sacramento, quod acceperunt III 642, 9; *cf.* IV 22, 9. *v.* baptisma.
charta: epistula sic inopiam chartae indicat, ut membranas saltem abundare testetur I 35, 15. 36, 2.
Cherubin, angelorum chorus II 504, 9.
choraula: vulgares dicunt: 'Malus choraula bonus symphoniacus est' II 221, 17.
Chremes, persona Terentiana I 15, 19.
Christianitatis ad perfectum sapientia inbutus III 91, 8. Donatistarum presbyter ordinem

Christianitatis civitatis suae Generoso volebat insinuare, cum teneret Christianitatem non civitatis suae tantum nec tantum Africae vel Afrorum sed totius orbis terrae II 152, 8; *cf.* 153, 3.

Christianus populus IV 513, 24. de tempore Christianae religionis II 551, 4. Christiana societas per sedes apostolorum et successiones episcoporum certa per orbem propagatione diffunditur IV 513, 15. ex quo clementissimi imperatores Christiani esse coeperunt, factis regibus Christianis ubique in parvo tempore evangelium Christi penetravit IV 241, 18.

Christiani, dicit Maximus grammaticus, deum sibi quasi proprium vindicant et in locis abditis praesentem se videre componunt I 39, 1.

Erant, qui putarent Christianam doctrinam utilitati non convenire rei publicae, quia nolebant stare rem publicam firmitate virtutum sed impunitate vitiorum III 124, 9. Christiana disciplina non omnia bella culpat; militare utique non prohibuit III 141, 10. 15. si per quosdam imperatores Christianos multa mala imperio acciderunt Romano, hominum haec erant vitia, non doctrinae Christianae III 142, 3. Christiani, scripsit Nectarius ipse paganus, pauperes sustinent, morbidos curatione relevant, id postremo modis omnibus agunt, ut diuturnitatem calamitatis addicti non sentiant II 580, 17. 584, 23.

Christiani ad solis et lunae computationem pascha celebrant II 182, 14. proprium Christianae religionis est observare, cum pascha celebratur, ut sabbatum occurrat II 186, 16. Christianos maxime ex gentibus venientes iudaizare non oportet IV 216, 13. Christianus utrum etiam Iudaeus vel Israhelita dicendus sit, merito quaeri dicit A. IV 221, 21. 27; esse eos Iudaeos vel Israhelitas vel semen Abrahae non secundum carnem sed secundum spiritum fidei IV 222, 17; *cf.* 224, 22; neque vero debere eos ipsum nomen sibi in consuetudine sermonis inponere, sed spiritali intellegentia retinere IV 221, 23; *cf.* 227, 21. secundum mysterium spiritus ad Sarram pertinent Christiani et ad Israhel IV 227, 10. 14; *cf.* 225, 20. 226, 20.

Christianus peccat, si per falsos deos iurat II 130, 8. Christianis est prohibitum, ne in honorem alienorum deorum aliqua re utantur aut ita se gerant, ut ea uti existimentur II 132, 9. cum templa, idola, luci et si quid huius modi evertebantur, Christiano non licebat in usus privatos et proprios inde aliquid usurpare II 132, 13. Christianus peccat, si fieri permittit, ut de area vel torculari tollatur aliquid ad sacrificia daemoniorum, ubi prohibendi potestas est; quod si factum comperit aut prohibendi potestatem non habuit, utitur mundis reliquis fructibus II 132, 1.

Christinus ad Augustinum epistulam miserat, cui ille respondit pusilla ep. 256.

Christus hominem coaptavit nomen humanitatis ab eo diligenter adsumens, divinitatis ei largiter tribuens III 107, 6. deus in homine proprio quodam et singulari modo est; una enim persona est deus et homo et utrumque est unus Christus Iesus IV 89, 20. Christus idem homo est, qui deus, ut persona una sit, ne non trinitas sed quaternitas inducatur III 164, 9. in unitate personae deus utitur homine, ut Christus sit; persona ergo Christi mixtura est dei et hominis III 110, 2. 9; *cf.* III 160, 5. IV 141, 16. cum sit Christus deus et homo, alia ei conveniunt secundum deum alia secundum hominem; neque tamen deus ab homine separandus IV 87, 15—89, 5. multa de Christo in scripturis secundum formam dei dicuntur, multa secundum formam servi IV 540, 14. in Christo homo adsumptus est a deo, non in homine consumptus est deus III 629, 18; *cf.* 107, 14. 230, 15. non ita est deus confusus carni, qua ex virgine nasceretur, ut curam gubernandae universitatis vel deseruerit vel amiserit III 100, 14; *cf.* 104, 16. Christus inter deum et homines mediator in unitate personae copulavit utramque naturam III 108, 14. dei filius patri coaeternus suscepit hominem seque et illo fecit unum Iesum Christum, mediatorem dei et hominum, aequalem patri secundum divinitatem, minorem autem patre secundum carnem, hoc est secundum hominem III 111, 8—17; *cf.* 191, 12. una persona est deus et homo et utrumque est unus Christus Iesus ubique per id, quod deus est, in caelo autem per id, quod homo IV 89, 21. Christus unigenitus dei filius aequalis patri idemque hominis filius, quo maior est pater, et ubique totus praesens est tamquam deus et in loco aliquo caeli propter veri corporis modum IV 118, 14; secundum hominis formam non est putandus ubique diffusus IV 89, 13. Christus cum in forma dei aequalis sit patri, tamen per formam servi non suam voluntatem sed patris se facere debere ostendit III 216, 2. sic accipiendus est homo Christus, ut deus non credatur nisi perfectus etiam homo; non est autem homo perfectus, si vel anima carni vel animae ipsi mens humana defuerit IV 84, 3—9. de Christi anima III 538, 6—539, 19. valde rationabiliter et patre minor est homo Christus et patri aequalis est idem ipse deus Christus III 630, 2; *cf.* 629, 8. quid est Christus nisi dei sapientia? II 569, 7. Christus est lux, quae lucet etiam in tenebris, quamvis eam tenebrae non comprehendant, est virtus et sapientia dei IV 87, 7; *cf.* III 111, 9. II 554, 8. verbum dei idemque dei filius patri coaeternus eademque virtus et sapientia dei longe alio modo quodam quam eo, quo creaturis ceteris adest, suscepit hominem seque et illo fecit unum Iesum Christum III 111, 8—15. in Christo verbum et homo una persona est III 617, 17; *cf.* IV

117, 10. non augetur numerus personarum, cum homo accedit verbo, ut sit unus Christus III 164, 12. Christum dicimus verbum dei, per quod facta sunt omnia, et ideo filium, quia verbum II 553, 16. Christus est verbum et homo; quod ad verbum adtinet, creator est Christus, quod vero ad hominem, creatus est Christus IV 87, 22; homo verbo accessit, non verbum in hominem conversum accessit III 617, 7. in Christo verbum incommutabile nihil in deterius commutatum particeps carnis effectum est rationali anima mediante III 163, 19. quidam haeretici accipiebant verbum dei et carnem, hoc est sine anima humana, ut verbum esset carni pro anima, vel verbum dei et animam et carnem sed sine mente humana, ut verbum dei esset animae pro mente humana IV 83, 19. Christus cum esset filius dei, venit, ut fieret filius hominis donaretque nobis, qui eramus filii hominis, filios dei fieri III 162, 1. Christus in evangelio se filium hominis dicit magis quam hominem, cum Adam sic fuisset homo, ut non esset filius hominis III 173, 2. 19; *cf.* 172, 7; itemque ab Adam homines, a Christo filii hominum sumus 172, 24. potuit Christus praestare carni suae, ut oculis corporeis videret patrem, an non potuit? II 441, 15; *cf.* III 519, 1. in Christi corpore, quod adsumpsit ex virgine, tamquam in templo habitat deus IV 116, 17. quo discrimine habitet deus in Christo et in membris eius IV 116, 24. Christus cur vermis dicatur II 574, 19—576, 16. III 171, 11—172, 16. petra dicitur Christus, quia significat Christum III 618, 11.

Moyses et ceteri prophetae Christum prophetaverunt et hominem propter homines factum venturum praenuntiaverunt III 115, 7. 11. aliis sacramentis praenuntiari Christum, cum venturus esset, aliis, cum venisset, adnuntiari oportuit III 133, 8. Christus implevit omnia, quae per prophetas ante praedixerat II 554, 5; *cf.* III 119, 1. per Hebraeorum gentem sui adventus manifestationem congruis sacramentis praefiguravit II 554, 1. in lege est prophetatus III 357, 6; *cf.* 120, 14. Christum deum in carne venturum, moriturum *etc.* omnes prophetiae, sacerdotia, sacrificia, templum et cuncta omnino sacramenta sonuerunt III 118, 12. lapide, quo significatus est Christus, duo quaedam praenuntiata sunt, et infidelibus offendiculum et fidelibus aedificium III 536, 13. Christus praefiguratus in Iona II 573, 13—575, 2. 577, 16. Adam forma Christi III 469, 2. primus Adam, secundus Adam IV 107, 12—108, 15. 109, 5. 411, 20. 577, 4. Christus et Iohannes Baptista III 159, 22—161, 1. Christus ex Iudaeis mirabiliter natus est IV 513, 12. de Christi partu aliisque humanis affectibus III 100, 12—109, 14. IV 108, 20—110, 1. solus Christus natus est ex virgine, quod est sine exemplo III 517, 21. non per

solitam convenientiam maris et feminae venire voluit carnem suam Christus sed de virgine nihil tale in eius conceptu concupiscente IV 108, 20. sic adsumpsit corpus ex virgine, ut inmortalitatem suam non corruperit, ut aeternitatem non mutaverit, ut potestatem non minuerit, ut administrationem mundi non deseruerit, ut a sinu patris non recesserit III 104, 13; homo deo accessit, non deus a se recessit 109, 13. aliquid proprium facere debuit, nasci de virgine, a mortuis resurgere, in caelum ascendere III 115, 14. homo de virgine procreatus et a mortuis in aeternam vitam resuscitatus et super caelos exaltatus potentius opus est fortasse quam mundus III 116, 11. in Christi partu demus deum aliquid posse, quod nos fateamur investigare non posse; in talibus rebus tota ratio facti est potentia facientis III 107, 11. tunc voluit hominibus apparere Christus et apud eos praedicari doctrinam suam, quando sciebat et ubi sciebat esse, qui in eum fuerant credituri II 556, 15. a nativitate domini, inquit A., hodie computantur annî ferme quadringenti viginti, a resurrectione autem vel ascensione eius anni plus minus trecenti nonaginta IV 260, 14. Christum matrem habuisse a quibusdam negabatur IV 576, 14. in veteribus sacramentis circumcisio parvulorum octavo die fieri praecepta est, quoniam Christus die dominico resurrexit, qui post septimum sabbati octavus est III 462, 1. Christus in eo, quod baptizatus est, nostrae regenerationis sacramentum sua humilitate altius commendavit IV 108, 13. Christus in carne mortali solus sine peccato fuit III 696, 21; *cf.* 538, 8. 539, 9. de Christi anima et de originali peccato III 538, 9—539, 3. Christi animam nullum ex Adam traxisse peccatum dubitare fas non est IV 161, 5.

Christus homo non utique terrena felicitate commendandus fuit III 164, 16—165, 1. pascha cum discipulis manducavit eo die, qui primus azymorum fuit a vespera incipiens; deinde traditus est ea nocte, quae iam ad diem passionis eius pertinebat II 59, 22—60, 16. in ipsa passione suscepit vocem infirmitatis nostrae, vocem scilicet corporis sui, hoc est ecclesiae suae et dixit: 'Deus, deus meus, ut quid me dereliquisti?' III 165, 19. 166, 19. 168, 7. exclamans: 'Deus, deus meus, ut quid me dereliquisti?' in se transfigurabat martyres suos III 178, 10. derelictus est non ad insipientiam nobis, sed ut sapiamus III 179, 8—21; *cf.* 169, 15. homo Christus cum in cruce penderet, secundum carnem in sepulcro, secundum animam in inferno futurus erat; deus vero idem ipse Christus ubique semper est IV 87, 4; *cf.* 84, 13. transitus de hac vita mortali in aliam vitam inmortalem, hoc est de morte ad vitam in passione et in resurrectione Christi commendatur II 171, 12; *cf.* 170, 19. 187, 16. Christus veterem

hominem nostrum passione, novum resurrectione significavit IV 108, 14. ecclesia in Christo patiebatur, quando pro ecclesia patiebatur, sicut etiam ipse in ecclesia patiebatur, quando pro illo ecclesia patiebatur III 169, 2. Christus deus, dei filius, dominus gloriae recte dicitur deus crucifixus, cum hoc eum secundum carnem passum esse non secundum illud, quod dominus gloriae est, non habeatur incertum III 617, 22. portio nostra mors Christi est II 502, 6 *(Paul.)*. Christus cur mortem voluerit in conspectu inimicorum pati, resurrectionem autem noluerit alienis demonstrare sed suis III 175, 7. 15—21. qui, quia voluit, mortuus est, quo modo voluit, mortuus est III 211, 11. solis ille defectus, quando crucifixus est Christus, non solitus sed vere mirabilis erat et prodigiosus IV 273, 18. quibusdam videbatur morte Christi iam talis resurrectio praestita iustis, qualis nobis in fine promittitur III 528, 20. Christi resurrectionem non sicut nostram in longum differri oportebat III 175, 15; *cf.* 187, 22. 189, 10. nullo modo potuit corpus Christi cum corruptione resurgere IV 329, 21; *cf.* III 187, 18. Christus post resurrectionem cicatrices non vulnera demonstravit dubitantibus; tunc autem illae falsae cicatrices fuissent, si nulla vulnera praecessissent II 550, 5. 10. quo modo Christus post resurrectionem, cum in eodem corpore resurrexerit, a quibusdam, qui eum noverant, et agnitus non sit et agnitus sit III 376, 20—378, 3. Christum venisse in infernum satis constat III 523, 18. si utraque regio et dolentium et requiescentium, id est et ubi dives ille torquebatur et ubi pauper ille laetabatur, in inferno esse credenda est, Christus ad utramque partem venisse videtur IV 86, 13. secundum animam Christum fuisse apud inferos aperte scriptura declarat III 528, 16; *cf.* IV 84, 14. 85, 15. 89, 3. ideo descendit in infernum, ut, quibus oportuit, subveniret IV 86, 10. quinam isti sint, quos solvisse dicatur inferni doloribus, temerarium est definire; variae de hac re opiniones III 524, 8—534, 21. Christus illis iustis, qui in sinu erant Abrahae, cum in inferna descenderet, nondum, quid contulisset, se invenisse dicit A., a quibus eum secundum beatificam praesentiam suae divinitatis numquam se videre recessisse III 528, 5. Christi corpus ita in caelo esse credebat A., ut fuisset, quando ascendisset in caelum IV 324, 21. corpus Christi, quod corruptionem putredinis in sepulcro non vidit, nunc in incorruptione consistit et est in gloria vitae aeternae et in virtute regnat et, quod erat corpus animale, nunc est spiritale IV 330, 10—18. quo modo Christus nunc esse credatur in caelo, cum pendens in ligno latroni dixerit: 'Hodie mecum eris in paradiso' IV 83, 11—89, 5. Christus misit spiritum sanctum et implevit fideles una in domo

congregatos et hoc ipsum promissum orando ac desiderando expectantes III 119, 3. de Christi adventu novissimo et de fine saeculi agitur ep. 199. quomodo Christus credendus sit in nube venturus IV 279, 14—280, 8. quando venturus sit, nescimus IV 249, 10—254, 20. error in utroque vitandus est, sive citius sive tardius, quam futurum est, Christus venturus esse creditur IV 289, 17—292, 12. itaque parati adventum eius opperiri debemus IV 245, 14. 247, 5. 249, 18. 251, 18. Christus in extremo iudicio, ad quod faciendum venturus est III 203, 17. 224, 7. omnes omnium ordinum homines Christum cantant et, qua voluntate atque ore cantent, eidem ipsi, quem cantant, rationem sine dubio reddituri sunt IV 514, 14—24. valde salubriter Hesychium exhortari ait A., ut Christi diligatur et desideretur adventus IV 243, 5. 254, 21. hunc adventum cum diligimus et desideramus, recte beateque vivimus IV 244, 2. 255, 1. 15. ad utrum Christi adventum referendae sint Danihelis hebdomades IV 231, 14—234, 23. 259, 18—262, 10.

Dominus Christus et iustus est et iustificans, nos autem iustificati gratis per gratiam ipsius IV 35, 18. per Christum redempti sumus II 513, 5. nemo iustificatur nisi per Christum neque vero omnes homines pertinent ad iustificationem Christi IV 171, 21. per caput nostrum, id est per Christum reconciliamur deo IV 99, 7. 5. Christus mediator effectus est, ut nos reconciliet deo per humilitatem, a quo per impiam superbiam longe recesseramus III 215, 14. sacrámentum regenerationis nostrae manifestum esse voluit manifestatus mediator Christus IV 112, 1. credimus nullum hominum sive maioris sive parvulae quamlibet et recentis aetatis liberari a contagione mortis antiquae et obligatione peccati, quod prima nativitate contraxit, nisi per unum mediatorem dei et hominum, hominem Christum Iesum IV 141, 11; *cf.* 198, 10. II 554, 11. Christus per animale nobis, hoc est per mortale corpus apparuit, quia nos humilitate filii dei sanari oportebat IV 332, 11; *cf.* 333, 18. in Christo eo tempore, quod opportunissimum ipse noverat, venit hominibus magisterium et adiutorium ad capessendam sempiternam salutem III 112, 3. Christi nomen in spe salutis aeternae auctoritate praepollet III 356, 11. baptismus Christi ad participationem salutis aeternae datus ecclesiae II 630, 4. dei gratia per Christum datur pusillis et magnis IV 140, 5. 157, 11; *cf.* 145, 15. miscricordia dei et gratia praedicata est hominibus per hominem Christum, impertita autem per deum deique filium eundem ipsum Christum III 124, 14. in Christo oportet vivificari mortuos in Adam IV 113, 1. omnes, qui renascuntur in iustificationem, non nisi per Christum renascuntur, sicut omnes, qui nascuntur in condemnationem, non

nisi per Adam nascuntur III 460, 24; *cf.* IV 140, 1. in mortem nemo nisi per Adam, in vitam nemo nisi per Christum IV 108, 1. 144, 1. morte Christi non unius aut aliquarum sed universae animae propagatione contractum mortis chirographum rumpitur IV 160, 3; *cf.* 159, 15. Christi saluberrima fide etiam illi iusti salvi facti sunt, qui, priusquam veniret in carne, crediderunt in carne venturum IV 141, 16. Christus docuit nos temperanter prospera saeculi huius contemnere et fortiter adversa tolerare IV 581, 6. in Christo revelabatur bona aeterna proprie deum praestare iustis, qui bona temporalia praestat et impiis III 171, 5. in Christi forma servili discere debemus, quid in hac vita contemnendum et quid in alia sperandum sit III 165, 17; *cf.* 175, 23. 180, 1. IV 432, 3. Christus in forma servi nostram portabat infirmitatem III 166, 8. caritatis lex ex ore Christi promulgata II 622, 16. laus duorum praeceptorum, ex quibus Christus dicit totam legem prophetasque pendere III 121, 11. Christus quamvis haberet magnam potestatem, prius tamen elegit commendare humilitatem III 647, 14. Christi disciplina piae humilitatis ventosam et turbidam cupiditatem avidam rerum extra nostram potestatem constitutarum pellit ex animo III 24, 8. Christus apud homines intercessit, ne lapidaretur adultera, et eo modo nobis intercessionis commendavit officium III 408, 1. nisi qui manducaverint carnem filii hominis et biberint sanguinem eius, non habebunt vitam in semet ipsis III 720, 8 *(Innoc.); cf.* IV 68, 18. Christi praedicationem atque doctrinam rei publicae moribus nulla ex parte convenire multi dicebant, cuius hoc constaret esse praeceptum, ut nulli malum pro malo reddere deberemus *etc.* III 95, 6. 133, 14; *cf.* 141, 16. non potest esse salutis via nisi per hominem Christum Iesum III 364, 4—11. vita Christus est, qui habitat in cordibus fidelium interim per fidem post etiam per speciem III 207, 24; *cf.* 210, 7. omnes iusti sive ante incarnationem sive post incarnationem Christi nec vixerunt nec vivunt nisi ex fide incarnationis Christi IV 143, 14; *cf.* 142, 17. omnia dona sine Christo inaniter habentur III 389, 28. Christus fidei clementissimus imperator II 696, 14. leni iugo suo nos subdidit et sarcinae levi II 159, 7; *cf.* III 24, 23. pax Christi II 633, 12. III 247, 4. Christus propterea et ipse miracula facere voluit, ne esset absurdum, qui per alios fecerat, si ipse non faceret III 115, 12. temporalia aliqua bona a Christo expectabant Iudaei III 170, 19. satrapae seu regis potius cuiusdam precibus per litteras ad Christum missis quo modo satisfactum esse diceretur, narrat Darius IV 502, 18.

Christi membra III 249, 5. IV 167, 10. 504, 2. 3. catholicus Christi grex I 47, 3. tiro Christi IV 568, 9. 574, 7. miles Christi

IV 573, 12. Christus cum sit rex noster, tamen ea societate, qua etiam frater esse dignatus est, reges appellavit milites suos IV 568, 15. non apostoli omnes Christum videbant III 291, 18. 305, 21 *(Ambr.)*. non sibi vivat quisque sed Christo. III 215, 18. in Christum conversi avertimur ab hoc mundo II 502, 3 *(Paul.)*. saturatus dicitur paupertate Christi, qui omnia temporalia non solum temperanter contemnit bona, verum etiam patienter sustinet mala III 214, 1. ecclesiam à domino Christo per apostolos accepimus II 613, 20. mater ecclesia filios suos de Christo concepit IV 574, 17. ecclesia corpus Christi est III 185, 19. 248, 1. IV 246, 14. *al.* ecclesia unum corpus est magnum unius capitis magni, quod caput eius est ipse salvator III 247, 8. ecclesia catholica sola corpus est Christi, cuius ille caput est salvator corporis sui; extra hoc corpus neminem vivificat spiritus sanctus IV 43, 25; *cf.* 44, 4. corpus Christi est ecclesia, cor scripturae eius, lingua ei, per quos suum loquitur evangelium III 186, 17. 21. 187, 9. Christus ex persona sui corporis saepius dicit, quod est ecclesia III 168, 7. vocem infirmitatis nostrae, hoc est ecclesiae suae in se transfigurans 166, 7—23. filii dei congregati in unum spiritum et in unum corpus, cuius unum caput est Christus IV 115, 13. corporis, cuius caput est Christus, unitas nostro sacrificio commendatur IV 99, 4. nemo potest esse iustus, quam diu fuerit ab unitate corporis Christi separatus IV 36, 23; *cf.* 43, 26. Christus, fidei clementissimus imperator, arce auctoritatis munivit ecclesiam et copiosissimis apparatibus rationis armavit II 696, 14. in illa evangelica similitudine de ovili idem ipse Christus est et pastor et ianua III 536, 19. sponsum et sponsam Christum intellegimus et ecclesiam III 168, 14; *cf.* 10. 225, 6. Christus unicam suam A. videtur vocare unicam ecclesiam III 190, 10; *cf.* 189, 7. 191, 23. 206, 4. IV 572, 1. Christi nomini iam totum orbem subiectum esse conspicimus IV 512, 4. verbum dei legemque prodeuntem per Christum omnium gentium fidem occupasse atque tenuisse videmus IV 513, 11. Christus crucifixus per totum terrarum orbem praedicatur IV 516, 4; quem prius iudicatum inrisit superbus orbis terrarum, nunc iudicem subiectus expectat IV 517, 2; ab initio generis humani Christus nec prophetari destitit nec, qui in eum crederent, defuerunt II 557, 12—21. de Christi potentia II 553, 16. duae gentes sunt et duo regna, unum scilicet Christi alterum diaboli IV 274, 16. 276, 6. haereses adversus nomen Christi sub velamento tamen nominis Christi ad exercendam doctrinam sanctae religionis, sicut praenuntiatae sunt, pullulant III 121, 4. Christum quo modo suo quisque modo cantet IV 514, 14. sacrificium corporis Christi est fidelium sacramentum III 206, 18.

Christus in sacramento omni die populis immolatur II 530, 21. Christi corporis sacramentum longe est a cordibus sapientium superborum IV 99, 11. divites terrae, hoc est superbi et ipsi adducti sunt ad mensam Christi et accipiunt de corpore et sanguine eius, sed adorant tantum, non etiam saturantur, quoniam non imitantur III 213, 7. 20. 214, 16.

χρόνοι et καιροί quo differant IV 232, 16.

Chrysippea argumenta I 38, 16.

Chrysostomus *v.* Iohannes.

ciceion *v. ind. VI.*

Cicero (M. Tullius) summis laudibus ornatur a Nectario II 579, 7. amicitiae definitio, quam proposuit, laudatur IV 605, 10 itemque alia eius sententia III 51, 9. mysticam historiam legerat atque inde Romanorum deos homines fuisse in dialogis commemorat I 43, 5. Caesarem quo modo laudaverit II 593, 21. III 134, 8. multis modis apertissime ostendit, quid Platoni de fine boni et causis rerum et ratiocinandi fiducia placuisset, in qua re Epicureos et Stoicos a Platonicis esse oppugnatos II 684, 2. tamquam Academicus Anaximeni obiecit formam et pulchritudinem deum habere oportere II 686, 19. negat infinito aliquid iungi potuisse II 687, 22 itemque aeternum deum Epicureorum posse cogitari II 693, 13. Romani maximus auctor Tullius eloquii: 'Nullum umquam verbum', inquit, 'quod revocare vellet, emisit' III 252, 19. 253, 11; *cf.* IV 605, 9. Tullius quasi consulares philosophos appellat eos, quorum magni pendit auctoritatem II 583, 31. multa de Ciceronis libris ut sibi exponat, Dioscorus A. rogavit, ne, interrogatus si non responderet, indoctus et hebes putaretur II 668, 6; *cf.* 666, 17. 672, 20. 674, 20. 'oratoris' quoque librorumque 'de oratore' Dioscorus rationem habuit in suis quaestionibus, quae omnia A. praetermisit II 697, 22. qui in Christiana doctrina sola esse confidit spem salutis aeternae, non opus est ei cognitione dialogorum Ciceronis II 676, 2. Ciceronis locus de morte voluntaria III 432, 13; alius de vitae miseria 435, 5. modum epistulae suae excusans A. Elpidium quarundam epistularum Ciceronis commonet, quia eius quoque in litteris suis mentionem fecisset IV 567, 18. Tulli vocem in suam rem convertit A. IV 612, 9.

cilicium *v. ind. VI.*

Cillenius episcopus, ad quem data est ep. 219.

Cimmeriae domus I 93, 22.

Circumcelliones et clerici Donatistarum effecerunt, ut ipsi persecutionem, catholici passionem sustinerent II 627, 22. adversus leges armabantur, quas eo ipso furore contemnebant, quo in se eas, cum furerent, excitarunt II 632, 3. Circumcellionum crudelitates II 628, 5—18. 407, 4. 412, 11—24. 413, 16. 414, 14—415, 10. 643, 12—644, 2. III 80, 17—81, 5, caedes

et incendia II 106, 7, violentiae IV 24, 13, saevitia I 70, 12. terror I 72, 1. furores IV 36, 13. notissima omnibus immanitas II 413, 16. immanissimi greges II 455, 15. Restitutum et Innocentium presbyteros alterum trucidaverunt II 412, 19—24. III 81, 2. 85, 10, alterum ceciderunt III 81, 3. 85, 11; quod qui commiserunt, cum ad iudicium essent deducti, A. ep. 133 ad Marcellinum tribunum et 134 ad Apringium proconsulem missa deprecabatur, ne tanta legum severitate plecterentur, ut, qualia fecissent, talia paterentur III 81, 5. Maximiano, episcopo Bagaitano, horrenda vulnera inflixerunt II 414, 7. IV 25, 11. apud Asnam invadentes basilicam catholicorum altare comminuerunt I 122, 19. subdiaconus Primus cum gregibus Circumcellionum inter vagabundos greges feminarum in detestabilis vinolentiae bacchationibus exultabat II 28, 23. principes Circumcellionum II 327, 1. clerici duces Circumcellionum semper fuerunt II 597, 4. de clericorum Donatistarum et Circumcellionum inaudita crudelitate clerici Hipponienses catholici expostulationem miserunt ad Ianuarium ep. 88. ex ipsis Circumcellionibus vi legum multos iam catholicos manifestos haberi dicit A. damnantes suam pristinam vitam et miserabilem errorem II 447, 8.

circumcidere: antiqui iusti si non circumciderentur, non erat eis peccatum; postea vero quam iussit deus, ut circumcideretur Abraham eiusque posteritas, iam si non fieret, grave peccatum fuit IV 641, 1. *v.* Timotheus.

circumcisio praeputii et cetera huius modi priori populo per testamentum, quod vetus dicitur, divinitus data sunt ad significationem futurorum, quae per Christum oportet impleri II 364, 21. circumcisio parvulorum octavo die fieri praecepta est, quoniam Christus die dominico resurrexit, qui post septimum sabbati octavus est III 462, 2. circumcisio, signaculum iustitiae fidei, tantum illo tempore valuit, antequam domini evacuaretur adventu I 68, 1—9. delicti carnalis expoliationem significat circumcisio III 462, 3. de circumcisione et baptismate I 68, 11—69, 8. circumcisio antiquis sanctis pro baptismo fuisse creditur IV 112, 8. *v.* adventus. baptisma.

Cirtensis episcopus Silvanus II 99, 16. Rufinus, Cirtensis principalis III 154, 10. ad Cirtensem ecclesiam perrexit A., ut episcopum ordinaret II 109, 17. 120, 25. Cirtensis concilii a Secundo Tigisitano habiti acta ecclesiastica II 87, 6. Cirtenses cum fuissent Donatistae, ad ecclesiam catholicam conversi grato animo id nuntiaverunt A., qui ep. 144 non suo merito sed dono dei id factum esse respondebat. eidem cum eius ad se adventum se desiderare dixissent, A. eodem ait se moveri desiderio III 263, 8. 266, 8.

civitas: quid est civitas nisi hominum multitudo in quoddam

vinculum redacta concordiae III 135, 10; *cf.* III 439, 21. vera religione addita fiunt homines cives alterius civitatis, cuius rex veritas, cuius lex caritas, cuius modus aeternitas III 145, 3; *cf.* III 125, 3. libri de civitate dei III 611, 11.

Cizau in ecclesia A. dispensationi credita II 228, 24.

Clarentius, episcopus Donatista, quid respondisset de Feliciano Mustitano II 246, 10.

Classicianus cum omni domo sua ab Auxilio anathematus, *cf.* epp. 250 *et* 250 A.

Claudius episcopus cum Iuliani quattuor libros A. misisset, A., quae ipse Iuliano respondebat, ei misit addita ep. 207.

Clemens, episcopus Romanus II 153, 13.

clericatus: ut constitueretur in ecclesia, ne quisquam post alicuius criminis paenitentiam clericatum accipiat vel ad clericatum redeat vel in clericatu maneat, rigore factum est disciplinae IV 39, 3. quo modo fieri potuerit, ut Donatistae ad ecclesiam redeuntes clerici vel etiam episcopi permanerent IV 38, 7—40, 23. subdiaconus a clericatu remotus est II 28, 16. *v.* sanctimonialis.

clerici bonam famam custodiant dispensationi suae multum necessariam II 390, 19. concilio constitutum est nullum clericum, qui nondum convictus sit, suspendi a communione debere, nisi ad causam suam examinandam se non praesentaverit II 337, 6. cavendum est, ne vulgares dicant: 'Malus monachus bonus clericus est' II 221, 18. 22. de solis clericis in concilio fuit statutum, non etiam de laicis, ut undecumque venientes non recipiantur in monasterium II 231, 11. concilio statutum est, ut de aliquo monasterio qui recesserint vel proiecti fuerint, non fiant alibi clerici aut praepositi monasteriorum II 231, 14. ordini clericorum fit indignissima iniuria, si desertores monasteriorum ad militiam clericatus eliguntur II 221, 13. aditus aperitur ad dissolvendum ordinem ecclesiasticae disciplinae, si alterius ecclesiae clericus cuicumque iuraverit, quod ab ipso non sit recessurus, eum secum esse permittat II 229, 2. videtur A. regula esse, ut, quicquid eo iure, quo res possidentur, eius fuerit, qui alicubi clericus ex monacho factus ordinatur, ad eam pertineat ecclesiam, in qua ordinatur II 390, 5.

clerus: ex his, qui in monasterio permanent, non tamen nisi probatiores atque meliores in clerum adsumi solent II 221, 15. *v.* Ambrosius.

Cluacina dea I 42, 7.

codex inscriptionem non, ut adsolet, in liminari pagina praetendebat II 71, 2; *cf.* 284, 6. A. cum sermonem haberet, scripturarum codicem accepit et recitavit nonnullos locos I 115, 29. 116, 8. 15. 26. 117, 2. 18. 118, 7.

Collina turris III 143, 8 *(Iuven.)*.

Coloniae Sufetanae ductoribus ac principibus vel senioribus Augustinus ita brevem ut vehementem ep. 50 misit.

Colossensium ecclesia II 401, 25, episcopus II 148, 10, epistula II 732, 22. 734, 7, ad Colossenses III 368, 23.
columba: de columbae specie, quae apparuit, cum Iesus baptizaretur III 618, 1—620, 10. ut sonitus vocis illius, qua dictum est: 'Tu es filius meus', ita etiam species columbae sine vivificantis animae ministerio fieri poterat III 618, 13. 619, 5; fortasse angelorum ministerio 619, 16. nec sane sonus ille vocis, qui continuo esse destitit, coaptatus est in unitatem personae patris nec illa columbae species corporalis coaptata est in unitatem personae spiritus sancti III 616, 20. in columba spiritus sanctus non sua natura sed significativa specie demonstratus est III 620, 17.
Comes ut Eusebi de cunctis temporibus historiam Carthagine describeret, a Paulino rogatus est, quo descripta ad Alypium mitteretur I 75, 7. 18. idem fortasse est diaconus Comes, ad quem A. dedit ep. 173 A.
comitis officialis II 661, 20. *v.* officialis.
communicare: dei sacramenta catholici cum Donatistis communicant, peccatis tamen eorum non communicant, quod non fit nisi consentiendo et favendo II 608, 27; *cf.* 620, 13. III 239, 5. sacramenta cum peccatoribus communicando non periit ecclesia neque malorum communione deleta est II 482, 1. 486, 3; *cf.* 478, 25—480, 8. 481, 3—22. 485, 14—486, 12. manifestum est, dicit Augustinus, si quis ad nos veniret venerabili episcopo Aurelio non communicans, eum nec apud nos posse communicare II 230, 4. *v.* eucharistia.
communicatio *v.* eucharistia.
communicatoriae litterae *v.* Augustinus (*p.* 135 b). Donatistae. Romanus.
communio: communio malorum non maculat aliquem participatione sacramentorum sed consensione factorum III 239, 5; *cf.* II 608, 27. 619, 7. 620, 13. nolentes reddere, quos constat et male abstulisse et, unde reddant, habere, aliquando etiam sancti altaris communione privantur III 421, 3. de communione altaris cotidiana II 162, 4. *v.* eucharistia.
Communis in Hieronymi ep. salutat A. II 243, 11.
comoedia: in paganorum libris prudenter disseritur nullo modo potuisse scriptiones et actiones recipi comoediarum, nisi mores recipientium consonarent II 430, 8; turpitudo in cultu eorum, in artibus ludisque II 430, 20.
conceptio: de carnali Christi in virgine conceptione: 'Si ratio, inquit A., quaeritur, non erit mirabile; si exemplum poscitur, non erit singulare' III 107, 10. 517, 5. 16. 518, 7, de qua sententia agit Evodius ep. 161.
conciliorum plenariorum est in ecclesia saluberrima auctoritas II 159, 17. post episcopos, qui Romae iudicarunt causam Caeciliani, restabat adhuc plenarium ecclesiae universae concilium II 101, 16. ad convocandum concilium primas

mittit epp. II 219, 10. 21. 220, 12. concilium, cuius auctoritatem ad rebaptizandum sequi se dicebant Donatistae, ubi Cypriani epistula ad Iubaianum recitata est II 481, 16. concilium schismaticorum, cuius principatum tenebat Secundus Pigisitanus, Numidiae tunc primas, ubi absentes quasi traditores per eorum sententias damnavit, quibus praesentibus et confessis ignovit II 87, 6; *cf.* 88, 17. 89, 26. 90, 27. 99, 7. III 241, 13. concilium Carthaginense, quo septuaginta ferme episcopi Caecilianum cum suis collegis et ordinatoribus damnaverunt, ubi etiam Felicis Aptungitani causa ventilata est II 86, 24; *cf.* III 37, 7. 239, 18. concilium, quod factum est in urbe Roma praesidente Melchiade, episcopo Romano, et concilium Arelatense utrumque in causa Caeciliani II 87, 19—88, 2. 101, 16—102, 2. 156, 4—6. 327, 13—16. 408, 21—409, 8. 421, 7—10. 601, 4—12; *cf.* 96, 2. concilium, quo sex episcopis causam presbyteri terminare statutum est II 234, 14, si intra annum causam suam agere non neglexerit 233, 25. concilium Carthaginense 270 episcoporum schismaticorum II 486, 20. concilium Serdicense constitit Arrianorum fuisse concilium II 114, 16; *cf.* 113, 22. concilium, quo institutum est, quae sint scripturae canonicae, et ut clerici undecumque venientes non recipiantur in monasterium II 231, 5—12. concilium Donatistarum partis Maximiani contra Primianum II 615, 21. III 239, 22. concilium Donatistarum Bagaitanum contra partem Maximiani II 418, 4. 615, 23. 618, 1. 25. 625, 3. 627, 13. 628, 23. III 240, 5. IV 41, 14 (plenarium concilium II 145, 17). concilium, quo constitutum est nullum clericum, qui nondum convictus sit, suspendi a communione debere, nisi ad causam suam examinandam se non praesentaverit II 337, 6. concilium, quo statutum est, ut, de aliquo monasterio qui recesserint vel proiecti fuerint, non fiant alibi clerici aut praepositi monasteriorum II 231, 14. *cf.* 222, 8. 231, 28 (in plenario Africae concilio). 233, 23. concilium de tractandis Donatistis, unde legati ad comitatum missi sunt IV 25, 1. episcopi de concilio Zertensi ad Donatistas *ep.* 141. iudicium concilii, quod de ipso Pelagio in Palaestina factum est IV 70, 16. *cf.* III 695, 9. concilium Carthaginense et Milevitanum contra Pelagianos *ep.* 175. 176. 181. 182. III 669, 5. IV 389, 13. concilium, ex quo ad Zosimum missae sunt litterae IV 389, 16. concilium plenarium totius Africae contra errorem Pelagianum IV 389, 18. *v.* acta.

concordiae praecepta non humanis disputationibus exquisita sed divina auctoritate conscripta in Christi ecclesiis lectitantur III 136, 3—138, 9.

Concordialis, servus dei, ep. 145 perfert ad Anastasium III 266, 17.

concubitus *v.* continere.

concupiscentia carnis operatur in nobis motus suos, etiam

quando eis non oboedimus, dum non regnat peccatum in nostro mortali corpore IV 219, 18. inoboedientia concupiscentiae habitat in carne mortali IV 108, 16. nemo nascitur nisi operante concupiscentia carnali, quae tracta est ex Adam, praeter Christum; igitur omnibus praeter Christum necessarium est regenerari IV 108, 16—110, 4. concupiscentia carnalis, qua seminantur et concipiuntur parvuli, non erat ante peccatum nec fuisset omnino, nisi hominis inoboedientiam poena reciproca etiam suae carnis inoboedientia sequeretur III 733, 14; possent enim membra etiam genitalia sicut cetera ad opus proprium peragendum nutu voluntatis moveri, non aestu libidinis excitari 733, 21; per hanc concupiscentiam, quicquid hominum seminatur, concipitur, nascitur, ne puniatur, opus est renascatur 733, 28. homo secundum gratiam in interiore homine renovatur, non ut omnino non concupiscat, sed ut post concupiscentias suas non eat IV 219, 3. per prohibitionem augetur potius carnalis concupiscentia, quam sanatur; appetuntur enim ardentius, quae vetantur IV 218, 26. nuptiarum bono limitata quodam modo concupiscentia carnalis fit pudicitia coniugalis IV 109, 15.

condemnatio *v.* baptisma.

conductor *v.* Faventius.

confessio: medicamentum confessionis IV 584, 6.

coniugale, viduale accipere indumentum IV 629, 14. de reddendis coniugalibus debitis *ep.* 262.

coniunx, quae adulterinum animum gerit, virum aliter timet atque casta III 199, 25. monachae indumentum potest marito observato exoratoque sumi a coniuge IV 629, 7.

conlationem a plebe sua A. flagitat, quo aere alieno, quod pro fratre Fascio suscepisset, liberaretur *ep.* 268.

Edicto Marcellini, quo conlationis Carthaginensis tranquillitati servandae et veritati manifestandae consultum est, se consentire adfirmant episcopi catholici ep. 128; Donatistae consentire noluerunt III 34, 12. conlatio ipsa quo modo gesta sit III 236, 15. conlationis Carthaginensis breviarium IV 6, 1.

Consentius de trinitate libros, quos editurus erat, A. emendandos proposuit II 700, 26. 703, 24. Alypio episcopo precum suarum apud A. adiutore usus est II 698, 14. A. eum rogavit, ut ad se veniret et praesens cum praesente colloquens, quid emendandum esset, cognosceret II 704, 18—705, 13. Consentius cum A. non inveniret praesentem, quoniam ille valetudinis causa ad villam ierat, ep. 119 de trinitate, quae vellet, cum eo communicabat II 698, 16. A. ei respondit ep. 120. ad alias quaestiones a Consentio A. propositas responsum est ep. 205. Consentius cum multis aliis in insulis quibusdam habitabat II 703, 6; *cf.* IV 339, 18. de facie eum A. non noverat IV 323, 5—324, 8, laudat autem

eius ingenium, facultatem, probitatem, humilitatem II 704, 19. 705, 7.
consolatoriae vel exhortatoriae litterae de scandalis in ecclesia obortis ad Feliciam *ep.* 208; de erroribus noxiis, quibus provincia periclitabatur, ad Maximum *ep.* 264; ad Crispum rebus adversis animo perturbatum *ep.* 244; de obitu mariti ad Italicam *ep.* 92; de morte fratris ad Sapidam *ep.* 263; *cf.* IV 611, 4.
Constantina II 26, 10. 66, 18.
Constantinensis episcoporum ordo II 154, 21.
Constantinopolis condita a Constantino III 279, 3.
Constantinopolitanus episcopus Eusebius I 75, 7. Iohannes dudum in pontificali gradu Constantinopolitanam rexit ecclesiam II 289, 15. 376, 10.
Constantinus Maximus imperator II 410, 1. Constantinus Augustus II 410, 24. pars Maiorini ultro per Anulinum proconsulem accusavit Caecilianum apud imperatorem Constantinum II 407, 13—20. 411, 13. 420, 15. 457, 5. 22. III 36, 25; *cf.* II 95, 9. 461, 16. 600, 24. 602, 11. III 241, 19. 242, 11. IV 5, 9. relatio Anulini proconsulis ad Constantinum missa adiecto libello criminum Caeciliani a parte Maiorini tradito II 408, 1. 17. 457, 18; *cf.* III 243, 1. petivit a Constantino pars Maiorini iudices episcopos transmarinos II 87, 17. 155, 24. 327, 11; *cf.* 88, 23. 95, 11. 96, 6. Constantinus quia non est ausus de causa episcopi iudicare, eam discutiendam atque finiendam episcopis delegavit II 601, 2; *cf.* 458, 1. post Anulini relationem ad se missam iussit imperator venire partes ad episcopale iudicium in urbe Roma faciendum II 408, 21. iudices ecclesiasticos pars Maiorini apud imperatorem accusare ausa est, quod male iudicarint II 101, 25. 156, 3. 409, 4. 421, 7. 458, 4. 601, 8. non ausus est Christianus imperator de iudicio episcoporum, qui Romae sederant, ipse iudicare II 102, 2. litterae Constantini ad Probianum proconsulem, ubi scripsit, ut Ingentius ad comitatum suum mitteretur II 410, 1. 23. III 243, 17. post apud Arelatum Constantinus eandem Caeciliani causam diligentius examinandam terminandamque curavit II 88, 1; *cf.* 101, 29. 156, 5. 409, 6. 421, 9. 601, 11. denique ab ecclesiastico iudicio Donatistae provocaverunt, ut causam Constantinus ipse audiret II 88, 3. 95, 11. 102, 5. 156, 6. 327, 16. 409, 9. 421, 10. 458, 6. 601, 13; *cf.* 461, 18. IV 5, 12. 9, 9. iussit imperator, ut sibi partes ad agendam causam Romam occurrerent II 102, 13. quo cum Caecilianus non occurrisset, praecepit, ut partes Mediolanium sequerentur II 102, 14. non est partem Maiorini imitatus Constantinus, ut iam statim atque velociter Caecilianum damnaret absentem II 102, 17. a Constantino auditi et calumniatores inventi sunt II 327, 16. Constantinus ipse causam terminavit et Caecilianum innocentissimum iudicavit II 102, 24.

156, 7. 409, 11. 458, 7. 601, 14. III 31, 16. 37, 2. 245, 6. 16. litterae Constantini ad vicarium Verinum datae, ubi Donatistas graviter detestatur III 243, 6. Constantinus primus contra Donati partem legem constituit, ut loca congregationum eorum fisco vindicarentur II 409, 12, ut res convictorum et unitati pervicaciter resistentium fisco vindicarentur II 458, 14; *cf.* 601, 22. Constantini iudicium contra Donatistarum partem vivebat et vigebat II 411, 18. 459, 2. 602, 13. *cf.* 421, 2. 602, 8 eumque necessario secuti sunt ceteri imperatores II 459, 5; *cf.* 461, 17. Constantini imperatoris litteris omnia testatissima claruerunt II 88, 26; *cf.* 101, 24. 102, 21. Constantinus Christianus veritati favit II 602, 22. Constantinopolis a Constantino condita III 279, 3.

Constantius imperator Athanasium, Alexandrinum episcopum, specialiter adprehendere cupiebat IV 489, 4.

Constantius consul III 723, 4.

consuetudo: quid de variarum consuetudinum observatione tenendum sit II 160, 4. 208, 9—210, 17. consuetudo ebrietatum et luxuriosorum conviviorum in cimiteriis et ecclesiis sanari nisi concilii auctoritate non posse videbatur I 57, 21. similem consuetudinem ex ecclesia Hipponiensi quo modo ut tolleret sibi contigisset, A. narrat ep. 29.

contentionis et zeli mater superbia est et humanae laudis aviditas, quae etiam hypocrisin saepe generat I 59, 12.

continentia virtus est III 29, 5. iubet deus continentiam et dat continentiam; iubet per legem, dat per gratiam; iubet per litteram, dat per spiritum III 455, 14. continentia virginalis non sibi est ex se ipsa, sed est dei donum IV 123, 17; *cf.* 126, 1. continentia vovenda non est a coniugatis nisi ex consensu et voluntate communi et, si praepropere factum fuerit, magis est corrigenda temeritas quam persolvenda promissio III 28, 15; *cf.* IV 440, 15. mulier continentiam viro nondum volente non secundum sanam doctrinam suscipit IV 622, 3. mulier, quae continentiam vovisset, quo modo agere debeat cum marito suo *ep.* 262. *v.* Hilarius laicus.

continere: secundum verba apostolica, si altera pars coniugii se continere vult, altera non vult, neutri parti debitum concubitum negare licet IV 622, 18.

cor: lacrimae tamquam vulnerati sanguis cordis IV 630, 18; *cf.* 632, 19. sursum cor habere ad dominum III 78, 7; *cf.* IV 135, 28. deus est lux cordis III 200, 21. cordium vita Christus est, qui habitat in cordibus nostris III 207, 24. 210, 7. cor tardum securum est, quando in caelo est, et acutum cor nihil est, quando in terra est II 395, 16. cordis sui nomine Christus significasse videtur scripturas suas III 186, 10. 21.

Core *v.* Dathan.

Corinthiorum ecclesia II 107, 21. 401, 24, episcopus II 148, 8. Paulus Corinthios ita laudat, tamquam omnes tales sint, cum essent laudabiles quidam eorum III 366, 5; ita vituperat, tamquam omnes sint vituperandi II 478, 8—19.

Cornelius centurio in his erat, qui deo placebant, quamquam in armis bellicis militabant IV 133, 12. 22. ante regenerationem missum ad se angelum vidit auditque IV 114, 8. Cornelii centurionis vocatio II 361, 16. Christus docuit Cornelium per Petrum III 559, 12. Cornelius et, qui cum illo erant, etiam iam accepto spiritu sancto fuerunt baptizati IV 640, 18.

Cornelius, episcopus Romanus II 153, 8.

Cornelius A. scripsit, ut sibi aliquam consolatoriam epistulam mitteret, quod graviter uxoris morte moveretur IV 611, 4. cui A. ep. 259 respondit, quid uxori mortuae deberet, vehementer obiurgans eius inpudicitiam IV 612, 18, quamquam non poterat oblivisci tanta erga se eius merita 613, 10. A. erat aetate maior; olim sicut ille Manichaeus in extremo vitae periculo est baptizatus 613, 3.

Cornelius et Asinius Pollio sunt nomina ridicula, quae Hieronymus adversario alicui indidit, qui eum hederam pro cucurbita transtulisse adfirmaverat II 322, 7.

cornicula *v.* Africa.

cornum: sapor fragorum et cornorum, antequam in Italia gustaret, A. nullo modo venit in mentem I 17, 18.

Cornutus presbyter Hesychi litteras ad A. et A. ad Hesychium perferebat IV 231, 2. 235, 5.

corpus quid sit, varie definitur III 550, 14. philosophi dicunt omnia, quae sint naturae, nihil esse aliud quam corpora et inane quaeque his accidant II 694, 17. localia spatia non occupant nisi corporum moles III 203, 26. spatia locorum tolle corporibus, nusquam erunt et, quia nusquam erunt, nec erunt; tolle ipsa corpora qualitatibus corporum, non erit, ubi sint, et ideo necesse est, ut non sint IV 96, 8. cogimur confiteri corpora in infinitum secari, qua re corpus nullum esse minimum sinitur I 6, 10. 13. in corpore nihil aliud videt A. laudari quam pulchritudinem eamque esse congruentiam partium cum quadam coloris suavitate I 8, 4. corporis valitudo contemnenda non est propter necessarios usus vitae huius III 48, 10. sanitas perfecta corporis illa extrema totius hominis inmortalitas erit II 678, 26. creatura spiritus vitae rationalis etiam vitiosa melior est corpore, quia omni corpore quaelibet incorporea natura praestantior est III 202, 17. non minus aut amplius admiramur in uno seminis tam parvulo grano omnia, quae laudamus in arbore, latuisse, quam mundi huius tam ingentem sinum corpora resurrectioni futurae tota et integra redditurum II 549, 7, et omnipotentiae dei tam facile

est quaeque recentia quam diuturno tempore dilapsa cadavera suscitare 548, 17.

Firmissime tenendum est visibilia ista corpora atque terrena, quae nunc animalia dicuntur, spiritalia futura in resurrectione II 511, 28. hominum spiritalia iam post resurrectionem erunt corpora manentibus tamen glorificatae carnis omnibus membris II 503, 13 *(Paul.)*. corpora post resurrectionem qualia futura esse videantur II 511, 24—512, 16. III 324, 1. 345, 15. quaestio de corpore spiritali III 325, 9—327, 4. 333, 2—25. sicut animale corpus non est anima sed corpus, ita et spiritale corpus non spiritum debemus putare sed corpus IV 331, 17. corpus animale dicitur propter mortis dissolutionem et corruptionem, spiritale autem corpus, quod iam cum spiritu inmortale est, non quod mutatur in spiritum IV 331, 7. inmortalitas corporis, quae nobis in fine futura promittitur, cum magna sit res, non est profecto mole magna sed, licet corporaliter habeatur, incorporea quadam excellentia IV 90, 17. spiritalis corporis qualitas inexperta nobis quem ad modum vel comprehendi vel insinuari possit, ignorat A. II 512, 1. de spiritali corpore, quod in resurrectione habebimus, A. fatetur se nondum alicubi legisse, quod sibi sufficere existimaret sive ad discendum sive ad docendum III 345, 15. 346, 4. de spiritalis corporis qualitate, quod resurrecturis promittitur, vel discere aliquid adhuc vel quaerere non recusat III 324, 1; si tantam quisquam mutationem huius corporis futuram putat in resurrectione, ut etiam substantiam incorporalem per tale corpus videre possimus, A. ab eo vult doceri III 333, 2. 16. 334, 14. sunt, qui talem sperant spiritalis corporis qualitatem, ut etiam ipsa, quae caro fuerat, spiritus fiat III 324, 21; *cf.* 345, 16, quam sententiam inprobat A. III 326, 10. IV 331, 12. quaestio est, utrum corpus, si eius quamvis iam inmortalis atque incorruptibilis natura servabitur, adiuvet tunc aliquid spiritum ad videnda corporalia, an vero etiam sine organo corporis valeat tunc spiritus noster nosse corporalia III 345, 23. A. putat, sed nondum plena fiducia confirmat ita futurum esse spiritale corpus, ut propter quandam ineffabilem facilitatem spiritale dicatur, servet tamen substantiam corporalem III 345, 18; detracta mortalitate atque corruptione et ponderis gravitate aliud futurum esse confidit 333, 22. futurae resurrectionis corpus inperfectae felicitatis erit, si cibos sumere non potuerit, inperfectae felicitatis, si cibis eguerit II 549, 19; *cf.* 549, 14. fas non est putare melius corpora nostra resurrectura quam Christi IV 329, 18. in compagem corporis Christi tamquam in vivam structuram templi dei, quae est eius ecclesia, nati homines non ex operibus iustitiae sed renascendo per gratiam transferuntur tamquam de massa

ruinae ad aedificii firmamentum IV 111, 14.

correptio: de medicinali correptione II 267, 6; *cf.* IV 355, 1. incruenta disciplina = ecclesiastica correptio III 407, 12. 16. Cornelio uxore mortua consolatoriam epistulam expectanti A. misit correptionem asperam *ep.* 259.

corripere: si ille, qui corripit, reddere vult malum pro malo ei, qui corripienti indignatur, non fuit dignus, qui corriperet, sed dignus plane, qui etiam ipse corripi deberet IV 355, 18.

corruptio: omnes incorrupti resurgent, sed ex his iusti etiam inmutabuntur in illam incorruptelam, cui omnino nulla possit nocere corruptio IV 335, 19.

creare: cur creentur etiam illi, quos creator novit ad damnationem non ad gratiam pertinere IV 144, 6.

creatura dicitur, quod quoquo modo mutabile est, quod inmutabile, creator I 45, 15. creatura, quae numero septenario figuratur, adhaeret creatori, in quo declaratur unitas trinitatis II 201, 13. ex caelesti creatura solis et lunae sicut ex multa terrestri sacramentorum figurae ad informationes mysticas adsumuntur II 182, 8. omnis creatura partim corporalis est partim vero incorporalis, quam etiam spiritalem vocamus II 562, 2. rationalis creatura ita facta est, ut sibi ipsa bonum, quo beata fiat, esse non possit III 202, 12. 217, 8; si convertatur ad incommutabile bonum, fit beata; unde si avertatur, misera est; aversio eius vitium eius et conversio virtus eius est 202, 14; *cf.* 218, 1. 221, 20. incorporeae creaturae rationales ipsius creatoris fiunt participatione meliores, cum ei cohaerent purissima et sanctissima caritate III 203, 3. creatura rationalis munda et sancta impletur dei visione ineffabili, quam tunc consequemur, cum aequales angelis facti fuerimus III 296, 18. corporali creaturae non est sacrificandum nec spiritali quamvis iustae; quanto minus iniquae spiritali creaturae, hoc est daemonibus! II 562, 6—16.

credere: de varia credendi ratione II 711, 26.

De videndi et credendi distinctione III 276, 14—285, 3. inter videre et credere hoc distat, quia praesentia videntur, creduntur absentia III 280, 21—281, 24. si scire non incongruenter dicimur etiam illud, quod certissimum credimus, hinc factum est, ut etiam recte credita etsi non adsint sensibus nostris, videre mente dicamur III 282, 6. salubriter credi persuadetur, quod nondum prudenter potest intellegi II 695, 16. cur ille credat, ille non credat, cum ambo idem audiant, altitudo est divitiarum sapientiae et scientiae dei IV 184, 16. si quid scripturarum canonicarum perspicua firmatur auctoritate, sine ulla dubitatione credendum est; aliis vero testibus vel testimoniis credere vel non credere licet, quantum ea momenti ad faciendam fidem vel habere vel non habere perpenderis III 278, 14.

Cresconius, ad quem A. de Faventi causa semel atque iterum scripsit II 659, 14, tribunus fuisse videtur, qui custodiendo litori erat constitutus II 661, 24.

Cresconius nomen est sex episcoporum, qui omnes in concilio Milevitano adfuerunt III 663, 6. 8. 664, 2. 3. 6.

Cresconius et Felix, duo iuvenes monachi, ad A. venerunt et rettulerunt congregationem suam Pelagiana dissensione esse turbatam IV 380, 5. pascha apud eum acto in suum monasterium reverterunt cum ep. 215 ad abbatem Valentinum data aliisque scriptis, quae ad Pelagianam haeresem pertinebant IV 387, 16. 389, 7.

Cretensis propheta III 51, 17.

Crisimum rebus adversis nimis perturbatum consolatur A. ep. 244.

Crispinus Donatista urbem in Numidia Hipponi vicinam incolebat II 144, 8. 15. rumor ad A. detulit eum velle secum disputare de quaestione, quae ipsorum dirimeret communionem II 144, 9. qua re A. ep. 51 ad eum misit, ut responderet; quod si non sufficeret, scripta atque rescripta, donec sufficeret, repeti posse II 144, 12. idem colonos suos Mappalienses rebaptizavit, quam rem ei exprobrat A. ep. 66. iudicatus haereticus poena decem librarum auri, quae in haereticos fuerat constituta, Possidi episcopi intercessu est liberatus II 413, 18. 598, 11. et tamen ad imperatores appellandum putavit II 413, 21. 598, 14.

Crispulus episcopus in concilio Carthaginensi adfuit III 652, 8.

Critobuli sub nomine Hieronymus adversus Pelagium opus edidit III 700, 3.

crucifixus: in sacratissimo triduo crucifixi, sepulti, suscitati Christi quod significat crux, in praesenti agimus vita, quod autem significat sepultura et resurrectio, fide ac spe gerimus II 195, 13.

crucis Christi quid significet latitudo, altitudo, longitudo, profundum II 196, 15. III 211, 15. 307, 16. crucis signum III 489, 24 *(Evod.)*.

cubilia et inpudicitiae ita magnum crimen putatur, ut nemo dignus non modo ecclesiastico ministerio sed ipsa etiam sacramentorum communione videatur, qui se isto peccato maculaverit I 56, 12.

Cumaeus *v.* Cymaeus.

curator civitatis II 410, 12. *v.* Secundus Tigisitanus. excurator II 410, 11.

custodia: lege concessum erat eis, qui praecipiebantur ab aliqua potestate iudiciis exhiberi, ut, si vellent, triginta dies in ea civitate, ubi tenerentur, agerent sub moderata custodia II 660, 23. 662, 5.

Cutzupitarum vocabulum Donatista paucis praesidens Afris in urbe Roma propagavit II 154, 5.

Cymaeum tamquam propheticum carmen II 590, 12. Cymaeum, id est Sibyllinum carmen IV 609, 17. Cymaeam vatem fortassis aliquid de unico

salvatore in spiritu audivisse opinatur A. IV 610, 1.
Cypriana, Corneli uxor, quam ille mortuam deplorabat et epistulam consolatoriam ab A. petebat IV 611, 4. 614, 1. 7.
Cyprianus, sanctus episcopus et gloriosus martyr II 481, 1; *cf.* III 387, 3. IV 404, 19. 419, 16. Cyprianus fatetur sic esse admissos in ecclesiam, qui fuerant alibi baptizati, ut denuo non baptizarentur, unde illos sine baptismo fuisse arbitratur neque tamen eos credit ab ecclesiae muneribus separandos II 481, 17; *cf.* 482, 3. 483, 18. meritis Cypriani non aequatur, qui propter paria sacramenta nec ipsos haereticos audet rebaptizare II 482, 15. Cyprianus sensit aliter de baptismo, quam forma et consuetudo habebat ecclesiae II 482, 19. quamquam non deerant, qui hoc Cyprianum prorsus non sensisse contenderent, sed sub eius nomine a praesumptoribus atque mendacibus fuisse confictum II 482, 26. 620, 23. A. non se negare dicit illud sensisse Cyprianum II 483, 12. correxisse Cyprianum suam de baptismo sententiam non invenitur; non incongruenter tamen de tali viro existimandum est id eum fecisse, sed fortasse suppressum esse ab adversariis II 482, 22. Cyprianus aut non sensit omnino, quod eum sensisse dicebant, aut hoc postea correxit aut hunc quasi naevum cooperuit ubere caritatis et purgavit falce passionis II 483, 27. purgavit autem, non quia pro Christi nomine occisus est, sed quia pro Christi nomine in gremio unitatis occisus est II 621, 10. Cypriani auctoritate Donatistae aliquando repetitionem baptismi confirmare conabantur II 620, 21. eius de baptismo sententia Donatistarum separationis praesumptio tota facilitate subvertitur II 483, 15. quibus in rebus Donatistas Cypriani auctoritate delectari oportuerit II 481, 1—22. Cyprianus unitatem ecclesiae defendit et perseverantissime tenuit vinculum pacis II 483, 3. 620, 25; *cf.* 481, 4. 484, 14. 485, 9. 622, 10. 623, 5—11. illi optimo episcopo nec censura, qua peccata coherceret, nec cautela defuit, qua unitatis vinculum custodiret II 622, 5. scripsit et fidentissime adfirmavit eos, qui extra unitatem etiamsi pro Christi nomine morerentur, occidi posse, non posse coronari II 621, 13. zizania non extra sed in ecclesia videri cernique testatus est II 633, 17. ad corrigendos eos, qui putabant ante octavum diem nativitatis non esse parvulum baptizandum, non carnem sed animam dixit non esse perdendam et mox natum rite baptizari posse cum suis quibusdam coepiscopis censuit III 579, 8.

Cyprianus quo sensu in epistula ‘de lapsis‘ eos, qui tempore persecutionis idolis immolaverant, arguens parentes vocaverit parricidas II 523, 15—524, 18. toleravit collegarum avaritiam, quam secundum apostolum appellat idolatriam II 460, 15; *cf.* 621, 21. pro inimicis fidei Christianae, ut etiam ipsi

ad eam convertantur, orare nos docet IV 422, 10.

Cypriani auctoritas a canonis auctoritate est distinguenda II 480, 12. 481, 2. contra Cypriani aliquam opinionem, ubi, quod videndum fuit, fortasse non vidit, sentiat quisque, quod libet III 579, 12: *cf.* II 480, 13. in quaestione de Petro et Paulo Cypriani sententiam secutus est A. II 376, 13. III 700, 5; *cf.* II 477, 5. Donatistae tamquam ad aliquem portum sic ad auctoritatem Cypriani confugiebant II 483, 23. A. monet, ne quis contra divina testimonia colligere velit calumnias ex episcoporum scriptis, inter quos Cyprianum quoque nominatim appellat II 480, 9. beati Cypriani pridiana sollemnitas III 387, 1. psalmum septuagesimum et secundum A. nocte, qua inlucescebat sollemnitas beatissimi Cypriani exposuit III 165, 12. Cypriani stilus habet quandam propriam faciem, qua possit agnosci II 483, 13. Cypriani scripta II 487, 23, litterae 483, 17. 484, 14. ‘de catholicae ecclesiae unitate‘ II 621, 14. 622, 24. ‘de dominica oratione‘ IV 390, 4. 404, 15. 422, 10. expositor orationis dominicae beatissimus Cyprianus IV 407, 8. ‘de lapsis‘ II 523, 16. 524, 19. 621, 18. III 481, 15. ‘de mortalitate‘ liber qua intentione scriptus sit IV 419, 15. epistula ad presbyterum Maximum II 622, 7, ad Antonianum II 484, 21. epistula ad Iubaianum in concilio Carthaginensi primitus recitata est II 481, 15.

Cyprianus nomen est duorum episcoporum, qui in concilio Carthaginensi adfuerunt III 653, 5. 8.

Cyprianus presbyter A., quae poposcerat, legenda misit II 445, 2. ep. 92 A A. eum rogat, ut epistulam, quam Italicae scripsisset, ad eam ipse perferret.

Cyprianus diaconus litteras inter A. et Hieronymum datas perferebat II 248, 5, ubi eius studium, diligentia, alacritas, fides valde laudantur, 263, 5. 280, 4. 381, 5, quo loco episcopum eum factum esse comperimus 387, 6. fortasse fuit alteruter illorum episcoporum, qui in concilio Carthaginensi adfuerunt III 653, 5. 8.

Cyprius episcopus Epiphanius IV 447, 3.

daemon, daemonium: dii falsi, hoc est daemones, qui sunt praevaricatores angeli II 559, 19. daemonia, hoc est iniqua spiritalis creatura in hoc proximo et caliginoso caelo habitans tamquam in aerio carcere suo praedestinata est supplicio sempiterno II 562, 13. de daemonum iuratione et de rebus, quae ad daemonum cultum pertinent, maxime de immolaticiis, si liceat quicquam eorum contingere Christianum *ep.* 46 *et* 47. daemones nonnulla faciunt angelis sanctis similia non veritate sed specie, non sapientia sed plane fallacia II 572, 12. ad daemonia consulenda concurrere II 212, 4. Mediolani apud memoriam sanctorum mirabi-

liter et terribiliter daemones confiteri ait A. II 336, 3. quaeritur, utrum parentes baptizatis parvulis suis noceant, cum eos daemoniorum sacrificiis sanare conantur II 520, 5. recte dicuntur parentes vel quicumque maiores filios seu quoslibet parvulos baptizatos daemoniorum sacrilegiis obligare conantes spiritaliter homicidae II 523, 6; *cf.* 524, 10 *(Cypr.)*.

Damasus, episcopus Romanus II 154, 2.

damnatio: a damnatione si omnes liberarentur, lateret, quid peccato per iustitiam debeatur; si nemo, quid gratia largiretur IV 179, 8. vinculo damnationis nemo liberatur nisi renascendo per Christum IV 140, 1; *cf.* 108, 1. 141, 11. 143, 14. parvuli non baptizati a regno caelorum non sic dicantur alieni, ut tamen a damnatione defendantur; nam quid nisi damnatio significatur per iram domini? IV 170, 2.

damna saeculi huius cur permittat deus IV 580, 20. coercitione exiliorum atque damnorum leges ab imperatoribus datae puniunt haereticos II 454, 7.

Danihel ab angelo hebdomadarum mysterium discebat IV 250, 3. eius hebdomades ad utrum Christi adventum referendae sint IV 231, 14—234, 23. 269, 18—262, 10. 272, 13—273, 5. A. maxime illud de hebdomadibus Danihelis secundum tempus, quod iam transactum est, intellegendum putabat IV 231, 14. Hieronymus temeritatem notabat cuiusdam, qui ausus fuerit Danihelis hebdomadas de adventu Christi futuro, non de praeterito exponere IV 234, 20. hebdomades Danihelis non ad primum domini adventum, sicut pluribus visum est, sed ad secundum potius Hesychius existimabat pertinere IV 259, 18; *cf.* 242, 8. si secundum Christi adventum praenuntiarent, quot anni restarent, quoad implerentur? IV 260, 11. ad utrumque Christi adventum eos pertinere, non defuerunt, qui dicerent IV 261, 12.

Danihelem calumniosi inimici in lacum leonum mitti coegerunt, vicit innocentia eius illorum malitiam, inlaesus inde levatus est, ipsi illuc missi perierunt II 412, 1; *cf.* 464, 16. erat aliqua causa eaque non parva, ut deus Danihelem a leonibus liberaret III 178, 24. tres illi viri ab ignibus et Danihel a leonibus liberatus est, ut eos verum deum colere crederent reges, a quibus in illa supplicia tradebantur II 651, 12. Danihel non coram hominibus sed coram deo non solum peccata populi sui sed etiam sua confitebatur III 450, 11; *cf.* II 647, 21. in Noe, Danihel, Iob ostendit deus tres quasdam formas iustorum II 647, 18.

Dardanus in huius saeculi dignitate inlustris, inlustrior etiam in caritate Christi IV 81, 3. 82, 10. 13. religione et benivolentia A. praeoccupavit ut carissimus amicus IV 118, 22. ad quaestiones ab eo propositas A. respondit libro ‘de praescientia dei‘ sive ep. 187.

Dares, audax ille pugil Vergilianus II 242, 10. 264. 1.
Darius rex deo servivit, cum idolum frangendum in potestatem Daniheli dedit et inimicos eius leonibus obiecit IV 18, 4.
Darius, dominus merito inlustris et magnificentissimus IV 497, 2. 498, 9, in Africam missus erat, ut bellum componeret et pacem conciliaret IV 498, 3. 510, 9. bella si non extinxisse, certe distulisse sibi videbatur IV 501, 3. coram cum eo conloqui Augustinus infirmitate corporis et gemino frigore, id est hiemis et aetatis non est situs IV 497, 9; *cf.* 499, 5. 500, 13. 507, 25. itaque salutandi atque gratulandi officio functus est per ep. 229 rogans, ut et ipse epistulam sibi redderet IV 498, 18. Darius respondit ep. 230 et A. precatus est, ut iterum scriberet IV 503, 13. simul medicamenta aliqua ab archiatro accepta ad eum deferenda curavit IV 503, 19 et bibliothecam eius adiuvit 510, 13. A. lubentissime ei rescripsit ep. 231 misitque Confessionum suarum, quos ille desideraverat, libros aliosque, quos non petiverat IV 502, 14. 508, 27. 510, 6. Darius a parentibus, ab avis et postrema usque gentis prole Christi iura percepit IV 502, 11. 508, 13 neque vero gentiles ritus affatim contempsit, priusquam A. cognovit IV 502, 9. A. eum non in superficie sed Christiana caritate Christianum vocat IV 508, 25.
Dathan et Abiron, impiae separationis auctores II 473, 21. hiatu terrae devorati II 400, 10. Dathan et Abiron et Core hiatu terrae absumpti futuros figuraverunt eos, qui descendunt in infernum viventes II 495, 19. Dathan, Core et Abiron minister II 615, 25.
David sine ullis magicis artibus ex pastore ovium pervenit ad regiam dignitatem III 147, 13. dominus ei magnum perhibuit testimonium sibi placere eum posse, quamquam in armis bellicis militaret IV 133, 12. lorica iustitiae et scuto fidei et galea salutis et gladio spiritus rex David armatus procedebat ad proelium II 282, 4. ne se committeret periculis proeliorum a suis hoc petentibus sumpsit, non ipse praesumpsit IV 492, 19. unctioni, quam Saul acceperat, summum honorem rex David, pius dei servus, exhibuit II 405, 13. tolerabat Saulem persecutorem suum, occisum vindicabat, christum etiam domini appellabat II 105, 2. numquid persecutioni, quam passa est Agar, comparandus est sanctus David, quem persecutus est iniquus Saul? IV 8, 17. David doluit rebellem filium, de cuius salute servanda sollicita dilectione mandaverat IV 318, 16. *cf.* 29, 15. sancti David, quando inimico sibi in manus tradito clementer pepercit, praeclarissima lenitas eminebat III 83, 1. eius et peccata et merita fidelis scriptura non tacuit, ut sciremus, et quibus modis non offenderetur deus et quibus modis placaretur offensus III 147, 15. David adiutorem sibi deum et

assiduum adiutorem orationibus pronus exoptabat III 709, 2; in praevaricationis enim profunda demersus nihil, quem ad modum exinde surgere posset, invenit, nisi eum post Christi pro sua gratia relevasset adventus III 710, 1 *(Innoc.)*. de criminibus mortiferis egit paenitentiam et tamen in honore suo perstitit IV 39, 14. amavit musicam piam et in ea studia A. magis ipse quam ullus alius auctor accendit II 543, 14. durum videtur, ut David non fuerit in illa resurrectione iustorum, quae morte Christi est praestita III 529, 18. 528, 20. quis figuratur in David nisi ille, qui venit secundum carnem ex semine David? II 206, 10.

Davidici versus quibus numeris consisterent, A. non scripsit, quia nesciebat II 543, 8.

decalogus: inter omnia decem praecepta decalogi solum ibi, quod de sabbato positum est, figurate observandum praecipitur; cetera ibi praecepta proprie sine ulla figurata significatione observamus II 192, 14. 193, 5. tribus primis praeceptis decalogi quid contineatur; cetera enim septem ad proximum pertinent II 190, 19.

Delphinus, a quo Burdigalae baptizatus est Paulinus I 76, 14.

Delphinus episcopus propter necessitates ecclesiae in Numidia constitutae ad Marcellinum missus est III 154, 1. idem esse videtur atque ille, qui est inter episcopos concilii Milevitani III 664, 6.

Demetrias, puella nobilis ex inlustri gente Anicia III 381, 10. 14. 382, 1. IV 120, 10, Julianae filia IV 124, 8. 128, 7. 130, 11. humanis nuptiis iam paratis Alypi et Augustini exhortatione spiritalem Christi praetulit amplexum IV 120, 3. sanctimoniam virginalem professa est, qua re A. gaudio exultans Probae et Iulianae gratulatus est ep. 150. librum Pelagianum ad Demetriadem scriptum Alypius et A. cum legissent, quisnam eum scripsisset vel utrum ad eam pervenisset, ex Iuliana matre nosse volebant IV 122, 12. de Pelagio ipso se cogitare haud dissimulabant 130, 13. monebant igitur epistula 188 et matrem et filiam, ut istam haeresim caverent. Demetriadis laudes III 380, 17. IV 120, 10. 122, 18 *(Pel.)*. 124, 7. 127, 1.

Democritus quid senserit, dum nos scire gaudemus, talis scientia humilitati Christianae adversatur II 686, 4. de haereticis potius quam de Democrito sibi cogitandum fuisse dicit A. II 677, 6. ne novisse quidem nomen Democriti A. exoptare se dicit, cum cogitet, quam prava deorum opinio ex eo orta sit II 690, 18. imagines de corporibus fluentes et videndi et cogitandi causam esse Democritus censebat et Epicurus, quibus adversabatur Cicero II 690, 20—695, 8. Democriti de imaginibus doctrina reprehenditur II 692, 17. qua re Democritus distare in naturalibus quaestionibus ab Epicuro dicatur II 691, 19.

Demosthenes, rhetor ille nobilissimus, unum omnium maxime eloquentiae praeceptum observari oportere significabat pronuntiationem II 685, 22.

Deogratias presbyter cum ab amico aliquo pagano quaestiones quasdam ut explicaret, accepisset, A. eas tractandas delegavit II 544, 4. cui morem gessit A. ep. 102. ad eundem data esse videtur ep. 173 A, qua A. aliam explanat quaestionem.

Deogratias Restituti diaconi nuntius ad A. missus IV 592, 5.

deprecatio: precationem et deprecationem multi hoc idem putant et hoc cotidiano usu iam omnino praevaluit; qui autem distinctius Latine locuti sunt, precationibus utebantur in optandis bonis, deprecationibus vero in devitandis malis; precari enim dicebant esse precando bona optare, inprecari mala, deprecari autem mala precando depellere III 360, 2.

desertores si secum imperatoris signa traducant, illis vel damnatione punitis vel indulgentia correctis salva signa recipiuntur, si salva manserunt II 405, 25; *cf.* 415, 21.

detestari *v.* miserari.

deus lux est sed lux cordis et mentium purgatarum non istorum corporis oculorum II 437, 21. III 200, 20. ea iustitia, quae vivit in se ipsa, procul dubio deus est II 720, 26. est plane ille summus deus vera iustitia vel ille verus deus summa iustitia II 721, 12. veritas lumenque animae rationalis non nisi deus est III 122, 3; *cf.* II 686, 13. III 560, 1. trinitas est deus II 708, 27; *cf.* III 293, 14. IV 93, 1. de ratione et deo disputat Evodius ep. 160; *cf.* III 507, 7. 520, 12. ubi quae dicit ratione cogi deum esse vel ratiocinando effici deum esse debere, A. non probat III 513, 11—20. non fere quemquam dicit A. suis temporibus reperiri ita stultum, qui vel in corde suo dicere audeat: 'Non est deus'; illos autem alios stultos non deesse, qui dicant providentiam suam in haec terrena eum non tendere III 736, 2. quae scripturarum eloquia nos cogant unum dominum deum confiteri, sive tantum de patre sive tantum de filio sive tantum de spiritu sancto sive simul de patre et filio et spiritu sancto interrogemur IV 546, 10. sunt quidam, qui deum ipsum omnino corpus esse praesumunt putantes, quicquid corpus non est, nullam prorsus esse substantiam III 324, 15. ne deus ipse corporeus esse credatur III 332, 8. deum ubique praesentem cogitantes avertere debemus mentem ab omnibus imaginibus corporum IV 118, 4. deus non est corpus nec formae humanae habet membra nec est per locorum spatia divisibilis et est natura incommutabiliter invisibilis III 345, 7. membra dei, quae assidue scriptura commemorat, putat A. spiritaliter intellegenda III 343, 6. 15; *cf.* 344, 1 *(Hier.)*. 345, 8. alas habere eum cum audimus, protectionem intellegimus; cum audimus manus, operationem in-

tellegere debemus; cum audimus pedes, praesentationem; cum audimus oculos, visionem, qua cognoscit; cum audimus faciem, notitiam, qua innotescit 343, 10—14; *cf.* 344, 2 *et* 7 *(Hier.)*. cogitatio carnalis, ut etiam membra deo attribuantur, est excutienda II 716, 25. deus totus oculus est, quia omnia videt, totus manus est, quia omnia operatur, totus pes est, quia ubique est III 344, 7.

De praesentia dei liber *ep.* 187. quo modo deus sit per cuncta diffusus IV 92, 6—21. non sic deus implet mundum velut aqua, velut aer, velut ipsa lux III 101, 11. deus totus ubique est praesens II 686, 12. III 101, 13. 332, 14; nullo contentus loco sed in se ipso ubique totus IV 92, 19; cur dicatur 'in se ipso' totus 95, 5. 96, 4. deus pater et filius et spiritus sanctus ubique simul sunt IV 93, 1—17. in caelis deus propterea praecipue dicitur habitare, quia ibi fit voluntas eius perfecta eorum, in quibus habitat, oboedientia IV 118, 11. quo modo dicimus: 'Pater noster, qui es in caelis', cum ubique totus sit? II 716, 15—718, 9. ubique est deus per divinitatis praesentiam, sed non ubique per habitationis gratiam IV 94, 6. cum deus ubique sit totus, non tamen in omnibus habitat IV 93, 18. 94, 19. 113, 6. 21. deus inhabitat in eis tantum, quos effecit beatissima templa sua IV 113, 6. deus non in omnibus aequaliter habitat IV 94, 19. deus in se ipso est ubique totus, non in eis, quae alia plus eum capiunt alia minus IV 95, 5. deus ubique praesens est et ubique totus praesens nec ubique habitans sed in templo suo, cui per gratiam benignus est et propitius; capitur autem habitans ab aliis amplius ab aliis minus IV 116, 4. merito deus dicitur habitare in eis, quos secundum propositum vocatos iustificandos glorificandosque suscepit, etiam ante quam incorpoream valeant eius nosse naturam IV 106, 12. habitare in parvulis baptizatis deus dicitur, quia in eis occulte agit, ut sint templum eius idque in proficientibus et proficiendo perseverantibus perficit IV 104, 6. sicut deus nec ab illo abest, in quo non habitat, et totus adest, quamvis eum ille non habeat, ita et illi, in quo habitat, totus est praesens, quamvis non ex toto eum capiat IV 97, 11. habitat in singulis deus tamquam in templis suis et in omnibus simul in unum congregatis tamquam in templo suo IV 115, 18. non est deus in omnibus quam in singulis maior et fit plerumque, ut plures eum minus capiant, unus amplius IV 98, 16.

Deus, qui non est parvus in parvis, insinuat magna de minimis; in mirabilibus enim rebus tota ratio facti est potentia facientis III 106, 17. 107, 12. demus deum aliquid posse, quod nos fateamur investigare non posse III 107, 11. creator efficaciam sapientiae suae rebus, quae cotidie suis temporibus

oriuntur, condendis adhibet IV 338, 13. sicut humana consuetudo verbis ita divina potentia etiam factis loquitur II 573, 7. deus potens est et vitae huius mala vel avertere vel mitigare vel ad ea toleranda fortitudine armare vel ab eis omni modo liberare et post haec vere beatam vitam dare III 434, 4. dei maiestas supra cuncta sublimis ab spiritalibus cogitari potest, a nullo autem potest effari IV 564, 21; *cf.* 565, 11. non mole sed virtute magnus est deus III 106, 7. deum pulcherrima specie decet esse, quia nihil est pulchrius ipsa intellegibili atque incommutabili veritate II 686, 26. de pulchritudine iustitiae dei II 721, 19. quid eligamus, quod praecipue diligamus, nisi quo nihil melius invenimus? hoc deus est; tanto enim nobis melius est, quanto magis in illum imus, quo nihil melius est III 443, 10. iustus et iustificans non est nisi deus IV 33, 18; *cf.* 35, 18. inest deo et misericordia iudicanti et iudicium miseranti III 607, 7. deus ideo summe stabilis est, quia nulla mutabilitate proficit seu deficit II 680, 1. non ideo mutabilis est deus, quia universi saeculi priore volumine aliud aliud posteriore sibi iussit offerri III 131, 13; *cf.* 94, 21. 130, 15. ostendit deus iram suam non utique animi perturbationem, sicut est, quae ira hominis nuncupatur, sed iustam fixamque vindictam IV 145, 3; *cf.* III 733, 9. quamvis deus faciat vasa irae in perditionem, ut ostendat iram et demonstret potentiam suam, tamen in eisdem irae vasis iniquitatem damnare novit ipse, non facere IV 199, 11—20. quo modo non sit iniquitas apud deum, si diligendo discernit, quos merita operum nulla discernunt IV 58, 5—64, 4.

De videndo deo liber *ep.* 147. varias de videndo deo quaestiones breviter recolit A. et paucis ad singulas respondet III 310, 4—312, 2. invisibilis est natura deus non tantum pater sed et ipsa trinitas, unus deus, et non tantum invisibilis verum etiam incommutabilis III 293, 13. ideo deum nemo vidit umquam, quia eam, quae in deo habitat, plenitudinem divinitatis nemo conspexit, nemo mente aut oculis comprehendit III 290, 15 *(Ambr.)*. dei plenitudinem haud quisquam non solum oculis corporis sed vel ipsa mente aliquando comprehendit III 294, 21. videre deum, sicuti est, in natura sua oculus hominis non potest, dicit Hieronymus III 337, 11 (*cf.* 339, 11) idemque sensit etiam de futuro tempore 337, 16. propterea deus invisibilis dicitur, ne corpus esse credatur III 323, 10. dei natura numquam videtur in loco III 324, 11. etiam de ipsis caelestibus virtutibus et potestatibus legimus: ‘Deum nemo vidit umquam‘ III 290, 4 *(Ambr.)*; quod quo modo accipiendum sit 295, 13. 303, 5. 311, 7. quo modo angeli deum videant, quibus erimus aequales in

resurrectione III 295, 14. 23. si nec ipsi angeli deum vident, sicuti est, quo modo nos ita visuri sumus, cum eis aequales in resurrectione facti fuerimus? III 295, 22. eo modo, quo deus videtur, sicuti est, nunc fortasse videtur a quibusdam angelis, a nobis autem tunc ita videbitur, cum eis facti fuerimus aequales III 296, 24. magni quidam viri et in scripturis sanctis doctissimi dixerunt invisibilem deum invisibiliter videri III 336, 12—344, 14. faciem dei iuxta naturae suae proprietatem nulla videt creatura *(Hier.)* III 338, 10. 339, 9. non corporalem faciem cogitare debemus, cum dicit apostolus nos visuros esse deum facie ad faciem III 327, 7; *cf.* 332, 11. deus quo modo videri dicatur facie ad faciem III 327, 4. 331, 1. 338, 2. Arriani patris naturam invisibilem, filii vero visibilem credebant; utriusque autem unam pariterque invisibilem adseruit esse naturam adiungens etiam spiritus sancti Ambrosius et Hieronymus III 293, 2. 330, 9. 339, 18. 340, 9.

Recte dici potest: 'Scimus posse deum videri', quamvis eum non viderimus, sed divinae auctoritati crediderimus III 285, 15. quo modo iam ipsa dei substantia videri potuerit a quibusdam in hac vita positis velut a Paulo III 305, 3—306, 3. interim de visione dei secundum interiorem hominem certissimi sumus; si autem etiam corpus mira commutatione hoc valuerit, aliud accedet, non illud abscedet III 347, 1. quicumque deum viderunt, ideo viderunt, quia, cui voluerit, sicut voluerit, apparet ea specie, quam voluntas elegerit, etiam latente natura III 292, 11—294, 22; *cf.* 297, 16. 322, 17. 339, 11. 340, 13 *(Athan.)*. 17 *(Greg.)*. 341, 6. 345, 11. refelli non potest vel patrem vel filium vel certe spiritum sanctum, si tamen est sancti spiritus visio, ea specie videri, quam voluntas elegerit, non natura formaverit, quoniam spiritum quoque visum accepimus in columba *(Ambr.)* III 290, 11. 293, 5; *cf.* 322, 16. 340, 21. deus et invisibilis est per propriam deitatis naturam et, cum vult, videri potest per adsumptam, sicut placuerit, creaturam III 341, 6. deus natura est invisibilis, videtur autem, cum vult, sicut vult III 292, 10—294, 22. 310, 11. 322, 18. deus adsumpta visibili specie, sicut voluit, apparuit, quibus apparuit, quando per corporis oculos in scripturis sanctis visus esse narratur III 345, 11. dei filius visus est in veteri testamento III 290, 9 *(Ambr.)*. et illi antiquo fidelissimo famulo dei Moysi mirum nisi in hac terra laboraturo concessum est, quod petivit, ut claritatem domini videret III 306, 4. desiderium piorum, quo videre deum cupiunt, non in eam speciem contuendam flagrat, qua, ut vult, apparet, quod ipse non est, sed in eam substantiam, qua ipse est, quod est III 293, 17. in tantum deum videbimus, in quantum similes erimus, quia et nunc in tantum

non videmus, in quantum dissimiles sumus II 438, 18; *cf.* 439, 8. ad videndum deum per eius auxilium cor mundum debemus praeparare III 331, 8; *cf.* 323, 8. 327, 7. qui deum videbunt, sicuti est, non ob aliud videbunt, nisi quia mundo sunt corde III 302, 16. in ipsa quoque resurrectione non facile est deum videre nisi his, qui corde sint mundo *(Ambr.)* III 291, 7. 301, 10; *cf.* 323, 23. in futuro saeculo, qui regnum accepturi sunt, quod eis ab initio praeparatum est, omnes deum corde mundo videbunt nec in illo regno nisi tales erunt III 297, 20. nec in loco deus videtur sed mundo corde nec corporalibus oculis deus quaeritur *(Ambr.)* III 291, 14. 318, 13. 320, 16. 329, 3. 342, 21. nonnulli volentes probare etiam impios visuros deum a diabolo quoque ipso deum visum putant III 287, 12; quod non ita esse Ambrosii auctoritate confirmatur III 298, 7—299, 13.

Donec diligenti inquisitione reperiatur, quid secundum scripturas de spiritali corpore, quod in resurrectione promittitur, sentiendum sit, interim nobis sufficiat, quod unigenitus filius, homo Christus Iesus, ita videt patrem, sicut videtur a patre III 326, 20; *cf.* 518, 14. corporis ipsius domini clarificati substantia non poterit videre dei substantiam, dicit Evodius III 509, 15; idem censet A. II 440, 8. 441, 15. III 509, 17. 518, 14. cum et deus pater videat filium et filius patrem, procul dubio non sunt audiendi, qui visionem nolunt tribuere nisi corporibus III 325, 15. dicunt quidam nos deum videre nunc mente tunc corpore, ita ut etiam impios eum pari modo adseverent esse visuros II 440, 3. divinam substantiam si oculi corporales in resurrectione conspicient, viderint, qui hoc possunt adstruere; A. nec in ipsa resurrectione hoc corporalibus oculis sed mundis cordibus tribui putat III 323, 21. isti nostrae carnis oculi neque nunc possunt neque tunc poterunt deum videre III 325, 3; *cf.* II 438, 3. III 331, 1—6. 332, 7. 333, 11. 334, 1. 10. 336, 18 *et* 342, 22 *(Ambr.)*. 337, 12 *et* 339, 20 *(Hier.)*. non solum patris divinitatem sed ne filii quidem nec spiritus sancti possunt oculi carnis aspicere sed oculi mentis *(Hier.)* III 330, 9. 339, 18. deus corpus non est nec aliquid oculis corporeis cerni potest, nisi quod alicuius intervalli interpositione cernatur, id autem non nisi corpus est III 519, 3. deum corporalibus oculis invisibilem esse patrum confirmatur auctoritate, Ambrosii, Hieronymi, Athanasii, Gregorii III 291, 14. 300, 11 *al.* 19. 330, 8. 339, 18. 340, 8. 16; *cf.* 332, 7. 333, 11. 334, 10. 339, 14. sunt, qui eos, qui ad vitam aeternam resurgent, etiam per corpus deum visuros putant, quoniam talem sperant spiritalis corporis qualitatem, ut etiam ipsa, quae caro fuerat, spiritus fiat III 324, 19; *cf.* 333, 2—25. si tanta erit

corporis mutatio, ut possit videre invisibilia, non talis potentia corporis menti auferet visionem, ut exterior homo deum videre tunc possit, non possit interior III 346, 14. scripturarum loci, qui veluti contraria et repugnantia de videndo deo continere videntur, quo modo intellegendi sint, ut non esse contrarios nec repugnare probentur III 286, 15. deus nec auditur affatu *(Ambr.)* III 291, 16. 303, 10.

Nihil deus iubet, quod sibi prosit sed illi, cui iubet III 130, 17. deus omnia largitur et praescit; sed peccata praedicit, supplicia minatur, beneficia pollicetur III 195, 25. deus non expectat voluntates hominum, ut praeveniant eum, quibus det gratiam IV 420, 11. cum deus coronat merita nostra, nihil aliud coronat quam munera sua IV 190, 14. deus fomentis lenibus, quibus consolatur, saepe etiam mordacissimum medicamentum tribulationis adiungit II 449, 5. omnia, quae cognitione digna sunt, aut certe plurima ipso deo magis inspirante quam hominum aliquo commonente perdiscimus III 234, 10. nemo potest esse non solum sciens verum etiam continens, nisi deus det IV 126, 11; *cf.* 123, 17. 126, 1. si tu, deus, deseris, quae hominis virtus? III 185, 8. deus timentes sibi displicere et conantes placere numquam deserit I 69, 13 neque deserit eos, qui ex eius fide vivunt eumque pie colunt III 124, 16. deus derelinquens non derelinquit, quando in bonis temporalibus non exaudit III 205, 13. *cf.* 169, 9. 230, 22. bonus dominus, qui non tribuit saepe, quod volumus, ut, quod mallemus, adtribuat II 1, 10. nonnullis inpatientibus dominus deus, quod petebant, concessit iratus, sicut contra apostolo negavit propitius III 70, 3. a deo longe esse dicuntur, qui peccando dissimillimi facti sunt et hi ei propinquare, qui eius similitudinem pie vivendo recipiunt IV 95, 12. tanto efficimur similiores deo, quanto magis in eius cognitione et caritate proficimus II 439, 5. ad deum, qui ubique praesens est et ubique totus, non pedibus licet ire sed moribus III 443, 18. tanto nobis melius est, quanto magis in deum imus, quo nihil melius est III 443, 13. deum praecipue diligamus, quo nihil melius invenimus III 443, 10. etiam hoc a deo nobis est, ut eum diligamus III 233, 17. cum anima deo delectatur, ibi veram, certam, aeternam invenit requiem II 189, 20.

Qua locutione sit dictum, quod omnes homines vult deus salvos fieri, cum tam multi salvi non fiant, non quia ipsi sed quia deus non vult IV 417, 19. neminem deus liberat nisi gratuita misericordia per dominum nostrum Iesum Christum et neminem damnat nisi aequissima veritate per eundem dominum nostrum Iesum Christum IV 194, 19; *cf.* 55, 5. cur deus illum potius quam illum liberat aut non liberat, scrutetur, qui potest iudiciorum eius tam magnum profundum, verum tamen

caveat praecipitium IV 194, 22; *cf.* 179, 18. 180, 18. deus, cuius vult, miseretur et, quem vult, obdurat profecto neutrum aliqua iniquitate sed utrumque misericordia et veritate vindictae IV 59, 16; *cf.* 181, 1. non obdurat deus impertiendo malitiam sed non impertiendo misericordiam IV 187, 5. miseretur deus gratuito dono, obdurat autem iustissimo merito IV 208, 2; *cf.* 61, 20. qui bonum, quod ex deo est, negat esse ex deo, nescimus, cui faciat iniuriam nisi deo ac per hoc illi utique trinitati IV 128, 3. necesse est, ut parum diligat deum, qui non ab illo sed a se ipso bonum se arbitratur effectum III 233, 20. si id nolumus, quod deus vult, potius nos culpandi sumus, quam ille non recte aliquid vel facere vel sinere existimandus est II 65, 2; deum quisquis in hoc saeculo contempserit patrem, inveniet in futuro iudicem II 151, 26. mala publica - si deus pollere permittat, tunc indignatur gravius; haec si inpunita dimittat, tunc punit infestius; cum vero evertit subsidium vitiorum et copiosas libidines inopes reddit, misericorditer adversatur III 141, 3. quid est, quod deo placet, ut nascantur, crescant ac multiplicentur hi, quos etsi malos ipse non fecit, tamen malos futuros esse praescivit? III 364, 21. quo consilio et qua ratione deus malis utatur IV 145, 9. 635, 9—636, 23. deus bene utitur etiam malis et ordinate etiam malis utendo permanet bonus III 158, 2. IV 145, 9. deus malorum malitiam ad exercendos et comparatione admonendos bonos accommodat IV 145, 11; *cf.* 636, 10. per malos et iniquos deus flagellat poenis temporalibus, quos voluerit; ipsis namque iniquis, si correcti non fuerint, servat aeterna supplicia, quorum malitia iuste utitur, ut aliis mala ingerat temporalia IV 437, 8. deus tantum homines esse permittit malos, quantum novit expedire atque sufficere admonendae atque exercendae sanctae domui suae IV 636, 9. deus mala infert malis, non peccata sed supplicia III 195, 23. non sicut regi homini vel cuilibet principi civitatis ita etiam deo, quicquid a multis peccatur, inultum est III 124, 12. deus peccata, quae non sunt commissa, sed quae praevidet commissurum esse quempiam, si diutius esset victurus, fieri non potest, ut puniat IV 208, 13—210, 19.

Qui volunt deum habere cum multis, facilius effecerunt, ut eum non haberent, quam ut diis multis falsisve miscerent IV 106, 10. unum esse deum summum sine initio, sine prole naturae ceu patrem magnum atque magnificum quis tam demens, tam mente captus neget esse certissimum? huius nos *(i. e. pagani)* virtutes per mundanum opus diffusas multis vocabulis invocamus, quoniam nomen eius ignoramus; nam deus omnibus religionibus commune nomen est. ita fit, ut, dum eius quasi quaedam membra carptim

variis supplicationibus prosequimur, totum colere profecto videamur *(Max. gr.)* I 37, 10. 40, 14. deorum ridicula nomina I 42, 6. templum, sacerdotem, sacrificium et alia quaecumque ad haec pertinentia nisi uni vero deo deberi nossent dii falsi, hoc est daemones, numquam haec sibi expetissent II 559, 18. de varietate in cultu falsorum deorum II 552, 19—555, 7. nihil homines tam insociabiles reddit vitae perversitate quam deorum imitatio, quales describuntur et commendantur litteris paganorum; qua re doctissimi eorum viri egregios atque laudabiles, quos putabant, homines potius quam deos suos imitandos proponebant erudiendae indoli iuventutis II 429, 12—21. clarissimorum virorum auctoritate firmatur nequissimos homines fieri deorum falsorum imitatione peiores II 430, 10. deorum probra non solum in fabulis audienda posita, verum etiam in theatris spectanda sunt proposita III 145, 13. *cf.* II 430, 20. quae antiquitus de vita deorum moribusque conscripta sunt, eorum in templis populis congregatis recitari salubres interpretationes A. audivit II 430, 14. prohibitum est, ne in honorem alienorum deorum aliqua re utamur aut uti existimemur sic eam accipiendo, ut, quamvis animo contemnamus, eos tamen, qui nostrum animum ignorant, ad haec honoranda aedificemus II 132, 9. cum deorum falsorum templa, idola, luci et si quid huius modi data potestate everturtur, in usus communes, non proprios ac privatos, vel in honorem dei veri possunt converti II 132, 13.

Deuterius, Macrianensis episcopus Donatista, traditorum plebem ecclesiae miscuit neque minus in pristina communione cum Donato mansit II 487, 2.

Deuterius episcopus ep. 236 ab A. monetur, ut Mallianensem subdiaconum Victorinum, qui Manichaeum se esse confessus est, caveret.

diabolus princeps utique peccatorum IV 212, 21. praescientia, qualis quisque futurus sit, si est in sanctis angelis, quo modo fuit diabolus beatus aliquando, cum adhuc angelus bonus esset, sciens futuram iniquitatem suam et sempiternum supplicium? II 271, 12. diabolus arbitrium nec ipse habet liberum ad benefaciendum sed ad maximam malivolentiam poena sui sceleris obduratum IV 410, 16. potestas tenebrarum, id est diabolus, qui dicitur etiam princeps potestatis aeris, operatur in filiis diffidentiae opera sua mala et in primis maximeque ipsam diffidentiam et infidelitatem IV 410, 13. 20. nihil sic agit hic princeps, quam ut non credatur in deum nec ad mediatorem, a quo solvuntur opera eius, credendo veniatur IV 411, 7. nullus locus est, ubi non possit laqueos tendere, qui timet, ne revolemus ad deum II 138, 20. de tribus diaboli captionibus et circumventionibus; seducit enim ad nequitiam, famam inquinare conatur, malivolas su-

spiciones suggerit II 338, 4—12. diabolus aliquos, per quos amplius decipere affectat, sinit habere nonnulla velut opera bona IV 411, 1. scandalis non superatur diabolus, sed laetatur II 51, 15.

diaconus: communis oratio voce diaconi indicitur II 209, 10. de lapsu duorum diaconorum, qui ex parte Donati venerant II 342, 9.

dialectica nervorum suorum luctamine nihil certi cuiquam relinquere nititur I 38, 17.

Didymus Alexandrinus, quem videntem suum Hieronymus appellat, commentarios in epistulam ad Galatas reliquit II 286, 7. 318, 10. ab Hieronymo est reprehensus II 376, 3.

Didymus episcopus in concilio Carthaginensi adfuit III 653, 6.

dies: totus dies, totus circuitus solis verius nuncupatur non ab oriente usque in occidentem sed ab oriente usque in orientem IV 258, 13. solent scripturae diem vel horam etiam pro tempore ponere IV 232, 6. in quo quemque invenerit suus novissimus dies, in hoc eum comprehendet mundi novissimus dies, quoniam, qualis in die isto quisque moritur, talis in die illo iudicabitur IV 246, 4; *cf.* 247, 6. novissimi dies dicti sunt et in ipsis primis apostolorum diebus IV 264, 6. dies superstitione infames non sunt observandi II 183, 20. cessatio septimi diei ab ipsis naturis condendis intellegenda est facta, non ab earum administratione, quae conditae referuntur IV 337, 20. primam sabbati vel unam sabbati in evangeliis constat eum esse diem, qui postea dominicus appellatus est II 57, 17; *cf.* 188, 9. venit cum Christo dominicus dies, per quem factus est, ipse dies dominicus II 42, 9. 16. diei octavi sacramento significatur resurrectio II 194, 12. dies dominicus non Iudaeis sed Christianis resurrectione domini declaratus est et ex illo habere coepit festivitatem suam II 194, 1. ante domini resurrectionem quamvis sanctos patres octavi sacramentum nequaquam lateret, quo significaretur resurrectio, solum celebrandum sabbatum traditum est, quia erat antea requies mortuorum, resurrectio autem nullius erat II 194, 10. postquam facta est resurrectio in corpore domini, dies dominicus, id est octavus, qui et primus, incipiebat celebrari II 195, 2. 11. praeponitur dies dominicus sabbato fide resurrectionis, non consuetudine refectionis aut etiam vinolentae licentia cantionis II 41, 14. ex evangelio ipsorum dierum, quibus pascha celebrari oporteat, observatio per patrum concilia constituta est II 200, 16. ut quadraginta illi dies ante pascha observentur, ecclesiae consensio roboravit II 207, 7. dies quinquaginta in scripturis commendantur non tantum in evangelio sed etiam in veteribus libris II 202, 15. dies natalis domini non in sacramento celebratur, sed tantum in memoriam revocatur, quod natus est, ideoque ad eundem semper redit anni diem II

170, 7. 4. ecclesiae consensio roboravit, ut octo dies neophytorum distinguantur a ceteris, id est ut octavus primo concinat II 207, 8. aliqui vel diem tertium octavarum vel etiam ipsum octavum, ut pedes lavarent, elegerunt II 208, 4. gravius corripitur, qui per octavas suas terram nudo pede tetigerit, quam qui mentem vinolentia sepeliverit II 209, 20. *v.* alleluia. annus. circumcisio. ieiunare. ieiunium. Manichaei. Priscillianistae.

digitus: in libris evangelii apertissime declaratur digitum dei significare spiritum sanctum II 202, 20; *cf.* 203, 15.

Diocletianus VIII. consul II 155, 1.

Dionysius, episcopus Romanus II 153, 19.

Dioscorus, iuvenis Graecus II 674, 18. 675, 7, flagrantissimo studio litteris deditus II 666, 4. 19. 669, 18. 673, 8, ad quas discendas a Roma Carthaginem venerat II 673, 1. 17. 674, 7. ubi Alypium et A., postquam autem ille in Mauretaniam discessit, solum A. rogavit, ut responderet ad quasdam interrogationes ex Ciceronis dialogis ortas II 664, 1. cui respondit A. ep. 118. Christianam doctrinam omnibus praeposuit et in ea sola esse credebat spem salutis aeternae II 676, 1.

Dioscorus archiáter quibus miraculis Christianus fidelis sit factus IV 482, 4.

Diospolitana synodus miserabilis IV 300, 18; *v.* Pelagius.

dispensatio: Latinae linguae inopia in suis regionibus evangelicam dispensationem multum laborare dicit A. II 393, 9.

'dispensative' quid sibi velit II 373, 10.

dispensator: Christus ipse fideles suos securos fecit etiam de dispensatoribus malis mala sua facientibus et bona eius loquentibus II 343, 6.

divinitas: ex evangelio non comprehendimus patris et filii divinitatem, sed admonemur non oportere nos de temeraria comprehensione iactare IV 565, 11. opinio, qua putatur divinitas trinitatis alia esse, quam est ipsa trinitas, sine dubitatione respuenda est II 718, 2—719, 15.

doctor: apostolus cum praedixisset 'pastores', subiunxit 'doctores', ut intellegerent pastores ad officium suum pertinere doctrinam III 358, 21. doctoris solacium IV 649, 7.

Dodona Molossos finibus abscidit Talari I 94, 2 *(Licenti carmen)*.

Dominationes, angelorum chorus II 504, 8. deum videre, sicuti est, non possunt, dicit Hieronymus III 337, 11. 339, 14.

dominus non absurde vocatur, cui per caritatem servitur I 63, 11.

Domnionem parentem suum vere sanctissimum Paulinus appellat, apud quem Romae Eusebi de omnibus temporibus historiam repperisse se scribit et ad Alypium misisse I 75, 7. 19. 77, 22.

Donatianus episcopus in concilio Carthaginensi adfuit III 652, 7. venerabilis senex vocatur

IV 216, 6. ad quem cum Asellicus litteras de cavendi Iudaismi disceptatione misisset, ipse eas ad A. dedit, qui Asellico respondit ep. 196.

Donatistae, quorum furor exortus est in media consulari Numidia II 217, 9. in concilio a Secundo Tigisitano, Numidiae primate, in domo Urbani Donati habito in eos, qui traditores dicebantur, dictae sunt sententiae, ubi praesentes et confessos traditores reliquit deo iudicandos et in episcopalibus sedibus manere permisit, cum quibus traditorem Silvanum ordinavit episcopum II 87, 6. 89, 11. 155, 12; *cf.* 88, 17. 89, 16. 93, 15. idem postea apud Carthaginem in concilio septuaginta ferme episcoporum cum traditoribus, quos praesentes atque confessos deo dimiserat, damnavit crimine traditionis non confessum et absentem Caecilianum aliosque suos collegas, quos absentes apud eum nemo convicerat II 86, 25. 88, 18. 89, 26; *cf.* 87, 10. 89, 7. 15. 96, 4. 24. 99, 7. 596, 13. III 239, 17. 241, 14. de causa Caeciliani, quem Donatistae persecuti sunt, *v.* Caecilianus, Constantinus. pars Donati primo apud Carthaginem pars Maiorini dicebatur II 407, 12. Maiorinum enim adversus Caecilianum ordinaverunt episcopum II 87, 14. 116, 4. in ordine episcoporum Romanorum nullus Donatista episcopus invenitur II 154, 3. sed ex transverso ex Africa ordinatum miserunt, qui paucis praesidens Afris in urbe Roma Montensium vel Cutzupitarum vocabulum propagavit II 154, 4.

Donatistae crimen traditionis catholicis obiciebant II 30, 16. 145, 13. 328, 15. 596, 8. 608, 20. III 235, 13. 236, 9. propter traditores dicebant remansisse ecclesiam Christi in sola Africa partis Donati II 596, 16; orbem Christianum Caeciliani peccatis esse pollutum IV 15, 7. Donatistae potius in tali crimine detecti et confessi manifestabantur II 608, 22; *cf.* 112, 27. eorum maiores quidam codices sanctos et instrumenta ecclesiae persecutoribus tradiderunt, quidam eos fatentes dimiserunt et eis communicaverunt, utrique Carthagine de crimine traditionis inauditos damnaverunt II 327, 4. in concilio Zertensi episcopalibus gestis demonstratum est aliquos Donatistarum episcopos, qui sententias in absentem dixerant Caecilianum, manifestissimos fuisse traditores III 241, 13.

In Christianos innocentes, qui per totum orbem malis Christianis permixti sunt, multa falsa crimina et vana iactabant dicentes orbem terrarum Afrorum criminibus esse maculatum et hereditatem Christi per contagionem communicationis deletam II 156, 20. 157, 10; *cf.* 625, 21; ecclesiam suam Christum de toto orbe perdidisse et in Donatistis solis habere coepisse II 142, 16; *cf.* 476, 16. 596, 17. sacramenta cum peccatoribus communicando perisse putabant ecclesiam, quae fuisset in orbe terrarum, atque ideo se separa-

verunt II 482, 1. qua separatione se cavere aiebant, ne macularentur peccatis alienis II 483, 15. Donatistae se a totius orbis unitate nefario schismatis sacrilegio diviserunt II 324, 7; *cf.* 103, 4. 327, 28. 398, 21. III 265, 18. IV 15, 8. quibus sacrarum litterarum praeceptis separationem suam firmare conati sint II 619, 4; *cf.* 630, 11. Donatistas cum catholicis esse ait A. in baptismo, in symbolo, in ceteris dominicis sacramentis; in spiritu autem unitatis et in ipsa catholica ecclesia cum catholicis non esse II 488, 24. Donatistae ab orbe terrarum longe maiore scelere schismatis sunt separati, quam quod in Maximianistis se damnasse gloriabantur II 149, 7. pars Donati iustitiam suam a ceterorum hominum iniquitate secrevit II 470, 25. dixerunt in ea se esse ecclesia, quae iam non habeat maculam aut rugam aut aliquid eius modi IV 33, 26. solos se Christianos esse perhibebant II 471, 18; *cf.* 112, 9. Donatistarum vesana superbia II 244, 24; *cf.* 463, 24. 464, 21. 605, 1. eorum clerici pavimenta, quae catholici attigissent, aqua salsa putabant lavanda II 628, 17. sed tamen multos sceleratos, qui apud eos emerserant, Donatistae toleraverunt per multos annos, ne partem Donati conscinderent II 151, 11; *cf.* 106, 6. 400, 19. 403, 20. ecclesiae, cui catholici communicabant, Donatistas non communicare manifestum erat III 238, 15; *cf.* II 103, 7. 141, 24. 150, 23. 596, 23. litteras communicatorias iam olim ab unitate catholica non accipiebant II 85, 20 et frustra Fortunius volebat ostendere Serdicense concilium ad episcopos Afros, qui erant communionis Donati, dedisse litteras II 113, 21—114, 25. totus orbis non Donatistis communicabat II 101, 21; *cf.* IV 4, 16. Donatistae de sola communione infeliciter litigabant et contra unitatem Christi rebelles inimicitias exercebant IV 1, 15.

De baptismo Donatistae solebant dicere tunc esse verum baptismum Christi, cum ab homine iusto daretur II 422, 16—423, 19. si bonus est homo, dicebant, ipse sanctificat eum, quem baptizat; si autem malus est et nescit ille, qui baptizatur, tunc deus sanctificat II 604, 3. catholicos Christi baptismum non habere et praeter suam communionem nusquam esse II 147, 6; *cf.* 223, 7. baptismum se solos habere contendebant II 328, 20; a se iustificari eum, quem baptizavissent IV 33, 10, neque iustificari nisi eos, qui ab ipsis potuissent baptizari II 454, 22. alienam aquam et alienum fontem, ut solebant dicere, aspernabantur II 612, 22; *cf.* 617, 8. 630, 2. quisquis ad Donatistas fidelium a catholicis venerat, baptizabatur II 119, 24. 150, 10 velut diaconus Mutugennensis I 65, 10; velut iuvenis sceleratus, qui matrem caedere solebat eiusque mortem meditabatur II 23, 17; velut subdiaconus Primus a clericatu remotus II 28, 16 et cum eo duae sanctimoniales 21; velut subdiaconus Rusti-

cianus a presbytero suo excommunicatus II 632, 24 et alius diaconus et ipse a suo presbytero excommunicatus II 633, 1. qui male viventes ecclesiastica disciplina corripiebantur, si ad Donatistas transibant, persuadebatur eis, ut ad lavacrum alterum venirent atque, ut id accipere mererentur, paganos se esse responderent II 29, 14. Mappalienses timefactos Crispinus rebaptizavit II 235, 2. ecclesia toto orbe diffusa a Donatistis rebaptizanda censebatur II 421, 21; *cf.* 102, 25. separaverunt ab ecclesia Christi populos habentes baptismum Christi et baptismo Christi eos baptizaverunt II 596, 3. verum tamen in concilio a ducentis et septuaginta episcopis celebrato decreverunt, ut traditoribus, si baptizari nollent, pro integris communicaretur II 486, 20 et Maximianistarum, schismaticorūm suorum, baptismum receperunt II 147, 9—149, 6. 610, 22—611, 8. 612, 25—613, 6. IV 15, 28—16, 15. iterata baptismata, exsufflata sacramenta plangebant catholici et lugebant II 106, 19 neque rebaptizabant, quos ex haereticis suscipiebant IV 22, 9; *cf.* 37, 14. 21. neque enim sacramenta haereticorum sibi inimica esse, quae in illis essent sibi communia II 424, 9; *cf.* 223, 10. tantum paenitentiam ut agerent, se postulare IV 37, 18 et quisquis apud eos propter disciplinam poena teneretur, si ad catholicam transire vellet, nisi in humilitate paenitentiae non recipi II 29, 10. neque tamen honorem clericatus aut episcopatus auferri IV 38, 8—41, 24; *cf.* II 224, 16. III 31, 24—33, 3. quamquam ut ordinaretur aliquis, qui in parte Donati baptizatus esset, auctorem se esse non posse Possidio scripsit A. IV 583, 12. Donatistae ut repetitionem baptismi confirmarent, perperam adferebant, quod post Iohannem Paulus apostolus baptizavisset II 489, 9—492, 6 et Cypriani aliquando auctoritate se tueri conabantur II 620, 20; *cf.* 481, 1.

Donatistae solebant catholicis obicere, quod ipsos per potestates terrenas persequerentur, ipsi autem idem fecerunt in Maximianistas II 146, 18; *cf.* 404, 3. traditores et persecutores catholicos appellabant II 30, 16. III 235, 13. pro veritate se pati dicebant persecutionem, cum paterentur catholici Donatistarum crudelitatem II 417, 22; *cf.* 414, 22—415, 5. 420, 27. ipsi erant persecutores IV 5, 20. persecutionem se perpeti gloriabantur II 419, 19. 627, 1. IV 8, 7. neque vero semper esse laudabile persecutionem pati docet A. II 452, 14. Donatistae iactabant fallaciter innocentiam suam IV 8, 9. tantam sibi adrogabant iustitiam, ut eam se iactarent non solum habere sed etiam aliis hominibus dare IV 33, 9. propterea se iustos esse dicebant, quia persecutionem per imperatores passi essent II 328, 16. IV 8, 3 atque inde honorem martyrum quaerebant II 421, 1. IV 8, 10. at tamen in hoc titulo gloriae a Maximianistis eos fa-

cillime vinci respondet Augustinus II 627, 4. idem dixerunt illam esse veram ecclesiam, quae persecutionem pateretur, non quae faceret IV 9, 6; *cf.* II 112, 8. 114, 26.

Donatistae recusabant pacificam conlationem II 413, 15. eorum episcopi cum catholicis pacifice conferre noluerunt quasi fugientes cum peccatoribus loqui II 604, 26. *cf.* 328, 23. 416, 16. quando catholici eis dicebant, ut causam ipsorum et suam patienter audirent, non noverant nisi superbire et insanire II 596, 10. catholicis facto concilio placuit, ut Donatistae pacifice convenirentur, quo, si fieri posset, haberent inter ipsos conlationem et errore sublato fraterna caritas restitueretur II 413, 8; *cf.* 416, 13. hoc enim fuit desiderium catholicorum, ut cum episcopis suis Donatistae pacifice conferrent II 416, 11; *cf.* 418, 25. quibus condicionibus Melchiades dissensionem componere conatus sit II 98, 4. ad nonnullos Donatistarum primarios A. scribebat non communicatorias litteras sed tales privatas, qualibus uti etiam ad paganos licet II 85, 19. episcopus Donatista A. episcopus non erat I 64, 2. cum Proculiano agere paratissimum se esse ait, prorsus sicut ille voluisset, sicut iussisset, sicut ei placuisset II 21, 12; *cf.* II 26, 4. praeterea ad disputationem evocavit Maximinum ep. 23, Fortunium II 109, 16, Honoratum ep. 49, Crispinum ep. 51 et 66, Severinum II 151, 18.

Donatistae catholicae ecclesiae audaciter insidiari minarique non cessabant II 419, 8. non quaerebant, nisi unde catholicis calumniarentur et retribuerent mala pro bonis IV 29, 4. atroces inimici pacem et quietem ecclesiae variis violentiarum et insidiarum generibus graviter infestabant II 446, 21; *cf.* 14, 2. ubicumque catholici volebant praedicare veritatem, ut eam quisque securus audiret, ut volens eligeret, numquam permiserunt per violentias et terrores II 596, 27; *cf.* 597, 25—598, 10. IV 16, 16. quod catholicis faciebant, sibi non imputabant et, quod sibi faciebant, catholicis imputabant II 415, 5. IV 29, 10. obiciebant eis, quae inter ipsos faciebant vel tolerabant II 107, 1. 145, 13. 146, 18. 147, 6. 151, 7. 156, 20. 328, 11. 411, 8. 625, 2. mendaciis fallere non dubitabant II 599, 2. III 235, 14. 238, 18. 241, 21. 242, 3. 245, 9. IV 5, 19. 23. concitabant catholicis invidiam et in odium eos adducebant, quod terrenarum potestatum auxilium expeterent et ecclesiae causam apud imperatores agerent, id quod ipsos priores identidem fecisse A. demonstrat III 241, 20. II 456, 13—458, 9; *cf.* 411, 8. 600, 21. III 36, 17. IV 5, 9. 13. catholicos ideo sibi displicere dicebant, quia per imperatorum iussiones ad unitatem se cogerent II 596, 26. liberum esse clamabant credere vel non credere; neminem ad unitatem esse cogendum IV 21, 8. II 458, 23; *cf.* 449, 16. 24 nec ad bonum

III 640, 15. 641, 7; *cf.* IV 19, 8. verum ad Iulianum imperatorem petitionem miserunt dicentes apud eum solam iustitiam locum habere II 456, 18. 602, 1. catholicis obiciebant, quod res ipsorum concupiscerent et auferrent, quod opprobrium A. a catholicis repellit IV 31, 21; *cf.* II 493, 22. IV 37, 5. reprehendebant catholicos, quod sobrie psallerent in ecclesia divina cantica prophetarum, cum ipsi ebrietates suas ad canticum psalmorum quasi ad tubas exhortationis inflammarent II 209, 4. maledici ex Donatistis aliud quid catholicos in altare dei ponere iactitabant II 462, 19. ecclesiam catholicam appellabant Macarianam et catholicos Macarianos II 142, 9. 406, 13. aliqui ex Donatistis ad unitatem catholicam etiam inimicitias perditorum parati sustinere transibant; sed plures, quamvis id vellent, eos tamen homines, quibus tanta fuerat licentia saeviendi, inimicos facere non audebant; nonnulli quippe illos, cum transissent, crudelissimos passi sunt IV 15, 14; *cf.* 12, 17. II 448, 8. Donatistae enim, si quis ad catholicos transibat, crudelissime persequebantur II 597, 9—21. regio Hipponiensis Donatistarum audacia et tumore laborabat, ut A. praesidialis edicti auxilium peteret ep. 86. quae maxima ex Donatistarum schismate redundarint mala II 21, 18. 631, 7—633, 11. IV 14, 3. quam viam ecclesia ingressa sit, ut eos corrigeret II 446, 21—449, 15. 604, 15. quibus condicionibus ecclesia catholica, cum ad se venirent ex parte Donati, eos susciperet, exponit A. II 222, 18. 223, 18. IV 37, 10—41, 24. quisquis apud Donatistas propter disciplinam degradatus ad catholicam transire voluit, in humiliatione paenitentiae recipiebatur ab Augustino, quo et illi ipsi eum forsitan cogerent, si apud eos manere voluisset II 29, 10. Maximianistarum inter Donatistas schisma pro ecclesia catholica multum valuit; plurimi enim confundebantur et in manifesta veritate erubescentes corrigebantur IV 16, 2. 13; ex qua re quid consecutum sit 16, 16.

Atrocia Donatistarum facinora et crudelitates II 414, 14—415, 3. 418, 14. 597, 9—598, 16. 643, 11. IV 14, 13. 15, 14. 16, 16. 25, 9—15. 25, 20—26, 17. 28, 13—21; sed catholicos huius modi adflictos malis consequens consolatus est fructus; nam ubicumque a perditis ista commissa sunt, ibi ferventius atque perfectius unitas Christiana profecit IV 28, 22. Donatistarum rabies furiosaeque violentiae usque quaque saeviebant IV 24, 1. 5, non defuerunt, qui et codices dominicos in flammas mitterent IV 28, 20, terrore ac metu tenebant catholicos 14, 2—22. mandaverunt catholicis quidam presbyteri partis Donati dicentes: 'Recedite a plebibus nostris, si non vultis, ut interficiamus vos II 595, 12; *cf.* 610, 11. multas violentissimas caedes et strages plerique Donatistarum et episcopi et presbyteri et quilibet clerici congregatis

turbis hominum furiosissimorum non catholicis sed non numquam etiam suis inferre non cessabant II 116, 22. sic amabant homicidia, ut in se ipsis ea perficerent, quando in aliis perpetrare non poterant IV 10, 18. ‘eorum laborat furor‘, inquit A., ‘aut nos occidere, ut suae crudelitatis pascant libidinem, aut etiam se ipsos, ne perdidisse videantur occidendorum hominum potestatem‘ IV 10, 21; *cf.* 317, 12. suas mortes voluntarias et furiosas minabantur IV 13, 5; *cf.* 317, 19. quidam Donatistarum ipsi sibi mortem inferebant, quod ut patrarent, varias excogitaverunt vias IV 10, 25—11, 24. 14, 22—15, 2. 319, 1. 320, 3. mortem voluntariam Raxi exemplo defendere conabantur IV 320, 23—322, 15. quas mortes sibi ultro ingerebant, catholicis volebant esse invidiosas, sibi gloriosas II 415, 4; habere volebant qualemcumque umbram nominis martyrum IV 11, 7. cum male vivebant, latronum facta faciebant et, cum iure puniebantur, gloriam martyrum requirebant II 598, 19. vivebant ut latrones, moriebantur ut Circumcelliones, honorabantur ut martyres II 415, 7. 416, 9. horrebant ista plurimi in ipsa superstitione haeretica constituti IV 15, 3; *cf.* 320, 4. A. monstravit non Donatistas posse habere martyrum mortem, quia Christianorum non haberent vitam, cum martyrem non faceret poena sed causa IV 319, 18. propter Donatistas perpaucos, qui se ipsos occidere volebant, ne omnes liberarentur, ecclesia ceterorum liberationem neglegere non poterat IV 13, 1—24. 30, 12—31, 20. 317, 15. 318, 2—15.

Donatistae solebant graviter inritari, quod reges terrae leges contra haereticos et schismaticos pro catholica pace constituebant III 36, 17. Donatistas per ordinatas a deo potestates cohiberi atque corrigi A. non videbatur inutile; nam multos iam correctos veraciter unitatem catholicam tenere atque defendere et a pristino errore se liberatos esse laetari etsi terrore perculsos II 445, 13; *cf.* 447, 7. quibus ex causis multi in divisione tenerentur II 462, 8—463, 21. magna in Donatistas factum est misericordia, ut per imperatorum leges ab haeresi prius eriperentur inviti, quo in catholica postea bonis praeceptis et moribus sanarentur adsueti IV 12, 8; *cf.* 19, 11. II 445, 18. de Donatistis corripiendis atque cohercendis habita ratio est, qua potius admonerentur ab errore discedere, quam pro scelere punirentur II 454, 13. Iulianus imperator Donatistis per Rogatianum et Pontium supplicantibus libertatem permisit et basilicas reddidit II 601, 24. Constantinus primus contra Donati partem legem constituit, ut loca congregationum eorum fisco vindicarentur II 409, 12. idem primus constituit in Donatistarum causa, ut res convictorum et unitati pervicaciter resistentium fisco vindicarentur II 458, 14. Donatistae res suas falso appellabant, quas

secundum leges regum terrenorum amittere iussi sunt II 493, 18. Constantinus prior contra partem Donati severissimam legem dedit; hunc imitati filii eius talia praeceperunt, deinde Valentinianus, Gratianus, Theodosius et Theodosi filii II 601, 22—602, 10. quicquid nomine ecclesiarum partis Donati possidebatur, Christiani imperatores legibus religiosis cum ipsis ecclesiis ad catholicam transire iusserunt IV 32, 10; *cf.* 31, 21. catholici legatis ad comitatum missis petiverunt, ut lex Theodosi, qua omnes haeretici decem libris auri multarentur, expressius in Donatistas confirmaretur, in quorum regionibus aliquas violentias ecclesia catholica pateretur; sed frustra, iam enim lex fuerat promulgata, ut haeresis Donatistarum omnino esse non sineretur impune non tamen supplicio capitali sed pecuniariis damnis propositis et in episcopos vel ministros eorum exilio constituto IV 24, 7—25, 19; *cf.* II 414, 1. imperator malebat piissimis legibus Donatistarum errorem corrigere et eos ad unitatem catholicam terrendo et cohercendo redigere quam saeviendi tantum modo auferre licentiam IV 27, 8. imperialibus legibus Donatistae ad unitatem cogebantur II 471, 8. adversus Honori leges Donatistarum episcopi Romam navigaverunt, ut audirentur II 416, 20. leges vivo Stilichone imperatore nesciente vel nolente constitutas esse Donatistae sive dolose iactabant sive libenter putabant II 517, 14. Stilichone mortuo eas iam nihil valere arbitrabantur et iactabant II 538, 3. qua re A. efficere conabatur, ut Donatistae per edicta novissent leges illas voluntate imperatoris constitutas esse atque manere II 517, 13—518, 6. 538, 1. Donatistae proferebant falsas imperatorum indulgentias et mendacio isto totam Africam implebant II 599, 2. quaenam poenae ex Honori legibus in Donatistas redundarint II 464, 1—13. nullis imperialibus institutis praeceptum est, Donatistae ut necentur IV 319, 3. hoc contigit Donatistis, quod accusatoribus sancti Danihelis; sicut enim in illos leones, sic in istos conversae sunt leges IV 6, 6; *cf.* II 464, 16. permulti Donatistae Honori legibus ad ecclesiam catholicam reducti vel redire coacti aut se correctos esse laetabantur aut paulatim adsuescendo corrigebantur II 447, 8. 462, 8—463, 21. 598, 27. IV 6, 10. 12, 8—26. 27, 14—28, 12. 30, 1; accusabant pristinam caecitatem II 446, 14. 447, 9. 21. 461, 13. IV 30, 4. de multorum iam correctione se gaudere dicit A., qui tam veraciter unitatem catholicam tenerent et a pristino errore se liberatos esse laetarentur, ut eos cum magna gratulatione miraretur II 445, 15; *cf.* 448, 19. 519, 11. remanserunt turbae durae, in quibus aliquanto diutius laboratum est IV 28, 2—12. quidam cum ficti putarentur, quoniam iussionis terrore transierunt, tales posterius inventi sunt, ut quibusdam veteribus catholicis praeferren-

tur II 424, 19. non illi aut illi homines sed multae civitates, quae fuerant Donatistae, tunc catholicae factae erant timore per leges imperatorum, detestabantur separationem, diligebant unitatem II 461, 11. *cf.* IV 24, 22. 31; 8. edicta de Donatistis commemorantur Caeciliani II 396, 13, Macedoni III 447, 13, Dulciti IV 318, 24. 319, 4. Donatistae laudabant omnes Genethlium episcopum, quod constitutionem aliquam datam contra ipsos compressisset et effectum habere non sivisset II 119, 17. quod pertinet ad terrenarum potestatum iussa contra schismaticos aut haereticos vel impetranda vel exerenda, Donatistae acerrimi fuerunt et contra Rogatistas et contra Maximianistas II 456, 13.

Condicionibus, quae conlationi cum Donatistis Carthagine habendae Marcellini edicto erant propositae, omnibus se consentire episcopi catholici per litteras 128 declaraverunt simulque promiserunt, si Donatistae demonstrare potuissent ecclesiam Christi peccatorum perisse contagio et in sola remansisse parte Donati, nullos se apud eos honores episcopalis muneris requisituros; si autem ipsi ostendissent id fieri non potuisse, Donatistas, si secum tenerent unitatem, nec honorem episcopatus amissuros II 30, 21—31, 25. Donatistae notoria ad Marcellinum missa edicto consentire noluerunt III 34, 9. cui notoriae respondebant episcopi catholici ep. 129 ad Marcellinum data. Donatistae vehementer instabant, ut in conlatione Carthaginensi nihil ageretur III 237, 13. 10. 238, 4. 241, 2. confessi sunt contra ecclesiam catholicam nihil se habere, quod dicerent III 238, 5. 12. 240, 13. multa pro catholicis contra se ipsos dixerunt et recitaverunt III 245, 25; *cf.* 242, 16. 242, 20—243, 14. 244, 19. 245, 13. 22. in ipsa conlatione Carthaginensi modis omnibus victi sunt IV 5, 26. Donatistarum episcopi suis victi atque convicti mendacia iactabant dicentes cognitorem praemio fuisse corruptum, ut contra eos sententia proferretur III 235, 10. 6. 236, 8. 245, 19. in suo mandato, quod pro ipsa conlatione fecerunt, in falsitate atque mendacio detecti atque convicti sunt, III 235, 12—236, 7.

Donatistae pertinaces et superbi II 464, 21. eorum pertinacissima iniquitas II 421, 3, obstinationis necessitas II 459, 7. in pertinacia scelestissimi schismatis permanebant II 87, 26. eorum pertinacia insuperabiles vires habere conabatur II 419, 14. omnibus auctoritatibus rationibusque resistere quam consentire malebant; resistebant autem duobus modis aut saeviendo aut pigrescendo velut phrenetici et lethargici II 423, 22. quia non poterant malum esse ostendere, quo cogebantur, nec ad bonum se cogi oportere contendebant IV 22, 17, quod non ita esse Pauli exemplo confirmatur II 449, 18. IV 20, 24. 22, 19. ipsum diabolum dicit A.,

si auctoritate iudicis, quem ultro elegisset, totiens vinceretur, non futurum esse tam inpudentem, ut in ea causa persisteret II 421, 11. Donatistas in tam pestifera et sacrilega praecisione nulla res cogebat remanere II 108, 28; *cf.* 149, 6. 215, 7. 398, 11. 470, 7. 472, 19. 482, 11. 631, 4. Donatistae ecclesiam non divinarum litterarum auctoritate cognoscebant, sed humanarum calumniarum vanitate confingebant IV 2, 16. in Donatistis erant scientes, quid verum esset, et pro animositate suae perversitatis contra veritatem etiam sibi notissimam dimicantes II 455, 3. schismatis crimen etiam haeresem male perseverando fecerunt II 400, 7; ipsi se negabant haereticos IV 24, 11.

Pars Donati in sola erat Africa IV 346, 9; *cf.* II 111, 19. 142, 4. 150, 6. 326, 19. 596, 17. III 35, 4. 36, 9. IV 3, 19. certum est, inquit A., magnae parti Romani orbis, ne dicam etiam barbaris gentibus ignotam esse partem Donati nec eos omnino scire, vel quando vel quibus causis exorta sit ista dissensio II 397, 17. de Donatistarum numero III 38, 9. in populorum liberandorum comparatione perpauci sunt IV 13, 6. nonnulli ex Donatistis volentes sibi Arrianos Gothos conciliare dicebant hoc se credere, quod et illi crederent, sed maiorum suorum auctoritate vincebantur IV 2, 1; cf. II 114, 9. 476, 24. inter Arrianorum et Donatistarum hoc interest errorem, quod Donatistae unam trinitatis substantiam confitebantur et, si aliqui minorem filium esse dixerunt, quam pater est, eiusdem tamen substantiae non negarunt IV 1, 7. in Africa ipsa complures partes factae sunt ex parte Donati II 470, 20. Maximianistarum inter Donatistas schisma *v.* Maximianistae, Maximianus. pars Rogati brevissimum frustum partis Donati *v.* Rogatistae, Rogatus.

Donatus auctor schismatis fuisse manifestatus est IV 41, 5. Donatistarum auctor paterque Donatus II 482, 6. in iudicio episcopali Romae facto adversus Caecilianum aderat II 87, 24. accusatores vel testes vel quoquo modo causae necessarii, qui ex Africa venerant, cum praesentes fuissent, a Donato subtractos esse dicebatur; quos cum se esse exhibiturum non semel sed saepius promisisset, amplius ad illud iudicium accedere noluit II 97, 7. Melchiades, qui iudicium exercebat, Donatum solum, quem totius mali principem invenerat, maxime culpavit II 98, 8. Donatus Deuterio et universis Maurorum episcopis, qui cum traditoribus unitatem fecerunt, communicabat II 487, 6. *Ad alterum Donatum, notissimum illum episcopum Carthaginensem, referenda videntur:*

Maximianus dicebatur esse Donati propinquus II 108, 3. quod nonnulli ex Donatistis dicebant hoc se credere, quod etiam Arriani crederent, nec Donatus ipse sic credidisse dicebatur IV 2, 2. pars Donati primo apud Carthaginem pars Maiorini

dicebatur II 407, 12. in illis omnibus partibus, unde terras evangelium Christi perfudit, nomen Donati nesciebatur II 142, 10.

Donatus *v.* Urbanus Donatus.

Donatus Masculitanus, confessus traditor II 155, 14.

Donatus Calamensis, confessus traditor II 155, 15.

Donatus et frater eius, monasterii desertores, quorum ille nihilo minus in clerum adsumptus est II 221, 7. 13. 222, 7. de qua re Augustinus ad Aurelium episcopum scripsit ep. 60.

Donatus, Mutugennensis presbyter partis Donati III 640, 2. 645, 22. ne ad ecclesiam catholicam traheretur, acerrime resistebat: in corpore laesus est, iumento admoto uti noluit et se ad terram graviter conlisit, in puteum se misit III 640, 8. 11. 642, 18. cuius animum ut conciliaret, Augustinus ad eum dedit ep. 173.

Donatus, diaconus rebaptizatus, qui fuit colonus ecclesiae, versatus est in caede Innocenti presbyteri praecipuus III 151, 5.

Donatus erat in episcopis concilii Zertensis III 235, 3. unus fortasse fuit ex tribus illis episcopis eiusdem nominis, qui in concilio Milevitano adfuerunt III 663, 4. 7. 664, 5.

Donatus pro consule Africam administrabat II 536, 7, cum Augustinus ep. 100 ad eum misit rogans, ut Donatistas legibus coherceret, non occideret. magistratu deposito accepit ep. 112, quae necessitudinem cum Augustino exortam ostentat II 658, 4; *cf.* 537, 19. eius administrationem homines laudabant II 657, 18. sincerissimus catholicae matris filius erat et Christi nominis amantissimus II 536, 2. 6. patrem quoque suum ad Christianam fidem perduxit II 659, 4. agros possidebat in Sinitensi et Hipponiensi regione II 659, 2.

dormientes: mors saepe in scripturis dormientium dicitur propter futuram resurrectionem velut evigilationem III 224, 16.

Dulcitius Donatistas apud Tamugadem edicto admonuit IV 318, 24. quod edictum cum perperam acciperetur, altero planius, quid voluisset, aperuit IV 319, 4. ipsum episcopum eorum, Gaudentium, litteris adlocutus est, quod honorificentioribus verbis factum esse censuit A., quam deceret haereticum IV 319, 6—11. ab A. petivit, ut institueretur, quem ad modum se oporteret haereticis respondere IV 317, 6, quod desiderium A. explevit ep. 204.

Ebion, Ebionitae *v.* Hebion, Hebionitae.

ebrietatis pestilentia late vastat animas et magna libertate dominatur II 493, 5. ebrietates et luxuriosa convivia in cimiteriis et ecclesiis frequentata ut auferrentur, enixe operam dabat A. *ep.* 22 *et* 29. qua necessitate in ecclesia viderentur exorta I 120, 2. comissationes et ebrietates ita concessae et licitae putabantur, ut in honore etiam beatissimorum martyrum non solum per dies sollemnes

sed etiam cotidie celebrarentur I 56, 16—59, 11.

ecclesia: in monte Sion figuratur ecclesia II 182, 7. in Ps. XXI, 21 nihil aptius quam unica ecclesia Augustino videtur intellegi III 190, 10; *cf.* 191, 23. ecclesia catholica appellatur, quod per totum orbem terrarum diffunditur II 150, 2. ecclesia catholica non est in parte Donati neque in solis Afris II 142, 1. 152, 10. 596, 17. III 35, 5. 36, 9. IV 346, 9. ecclesiae quanta sit auctoritas quo modo munita atque armata II 695, 22—696, 21. transmarinarum et apostolicarum ecclesiarum auctoritas II 91, 10. 22. 92, 14. 111, 25. quae non scripta sed tradita in ecclesia toto terrarum orbe servantur, datur intellegi vel ab ipsis apostolis vel plenariis conciliis commendata atque statuta retineri II 159, 15.

Utitur ecclesia potestate, ut non solum invitet, sed etiam cogat ad bonum III 647, 12. de ecclesiae mansuetudine adversus haereticos II 412, 9. 413, 6. tormenta corporalia a proposito ecclesiae abhorrent II 594, 21. de matre naturali et matre ecclesia IV 570, 16. 574, 3. mater ecclesia quantopere praeferenda sit matri terrenae IV 574, 17—577, 20. quam curam tuendis cum omnibus hominibus tum maxime pupillis sibi commendatis ecclesia vel episcopi debeant *ep.* 252—255. ecclesia adhuc in ista mortalitate carnis constituta propter ipsam mutabilitatem lunae nomine in scripturis significatur II 180, 4.

Templum ecclesiae sicut arca Noe in hoc saeculo fluctuat IV 115, 20; intra sagenam dominicam cum malis piscibus natat II 480, 1. ecclesia dei inter multam paleam multaque zizania constituta multa tolerat et tamen, quae sunt contra fidem vel bonam vitam, nec adprobat nec tacet nec facit II 210, 14. corporalem separationem malorum in fine saeculi expectat ecclesia corrigens, quos potest, tolerans, quos corrigere non potest II 480, 4. quibus mali placent in unitate ecclesiae, ipsi communicant malis; quibus autem displicent et eos emendare non possunt, non factis eorum sed altari Christi communicant II 103, 16; *cf.* 327, 21. 399, 19. in ordinem episcoporum Romanorum etiam si quisquam traditor subrepsisset, nihil praeiudicaret ecclesiae et innocentibus Christianis II 154, 7.

Ecclesia beata est, quae persecutionem patitur propter iustitiam; impii vero miseri, qui persecutionem patiuntur propter iniustitiam IV 10, 10. quid in periculis, quae tempora illa invenerunt, facere debeant ministri ecclesiae, utrum in ecclesiis persistendum sit an fugiendum *ep.* 228. quantus in illis periculis in ecclesia fieri solebat ab utroque sexu atque ab omni aetate concursus aliis baptismum flagitantibus aliis reconciliationem aliis etiam paenitentiae ipsius actionem omnibus

consolationem et sacramentorum confectionem et erogationem IV 490, 19. quae fuerit ecclesiae condicio Arrianorum temporibus II 476, 15. a radice orientalium ecclesiarum evangelium in Africam venit II 150, 8; ex ecclesia transmarina ad Africae partes Christianae fidei manavit auctoritas 150, 21. ecclesiam catholicam contra Vincentium Rogatianum defendit A. ep. 93. catholicae nomen non ex totius orbis communione interpretabatur II 468, 3. 492, 11. idem Hilarii libris oppositis negabat ecclesiam crescentem in omnibus gentibus usque in finem saeculi II 467, 6; *cf.* 476, 15.

Quisquis a catholica ecclesia fuerit separatus, quantum libet laudabiliter se vivere existimet, hoc solo scelere non habebit vitam; quisquis autem in hac ecclesia bene vixerit, nihil ei praeiudicant aliena peccata III 238, 21; *cf.* 249, 8. 644, 17. extra ecclesiae unitatem etiam si quis pro Christi nomine moriatur, occidi potest, non potest coronari II 621, 14. separata ab unitate corporis Christi nihil prodest servata virginitas IV 346, 22.

Ecclesia est domus dei III 248, 2. ecclesia pacis Hipponiensium Regiorum IV 373, 2. quidam aere alieno oppressus cum ad auxilium sanctae ecclesiae convolavisset, exactores gravissimis A. querelis oneraverunt, ut eis illum traderet IV 652, 11—17; utrum non etiam de ecclesia pellendi sint, qui eo confugiunt, ut fidem fideiussoribus frangant, A. et in concilio agere cupit et ad sedem apostolicam scribere IV 598, 6.

Ecdicia nimio religionis studio inducta, quae marito debebat, ita neglexerat, ut ille graviter offensus et abalienatus libidini indulgeret. in qua sollicitudine A., quem per litteras consuluerat, ep. 262 ad eam scripsit et explanavit, quae deo, quae marito officia praestare deberet.

eculeo suspendi II 95, 18; *cf.* III 82, 6.

edictum *v.* conlatio.

Edom alterum nomen est, quo dicebatur Esau IV 227, 12.

egestosa vita aeternam parit calamitatem, dicit Nectarius II 580, 14, id quod A. nec in sacris nec in profanis litteris uspiam se legisse recolit 583, 14.

electio non ex operibus sed procul dubio gratia, quae non invenit eligendos, sed facit IV 57, 11: *cf.* 61, 6. 70. 9. 204, 25. 207, 1. 10. 383, 16. electio gratiae nullis fit operum praecedentibus meritis IV 207, 1.

electus: qui vocati sunt secundum propositum, hi sunt electi, qui per electionem gratiae salvi fiunt IV 65, 13; *cf.* III 367, 13. habent consentientem doctrinae salutari, in qua nutriti sunt, voluntatem et in ea finiunt istam vitam, qui electi sunt in Christo ante constitutionem mundi IV 410, 8.

elemosyna: elemosynae largiores sine mariti consensu mulieri non sunt faciendae IV 624, 9—628, 13.

Eleusinus tribunatum apud Tamugadenses egit, quo factum

est, ut ea civitas A. se insinuaret IV 322, 19.

Eleusius unus fuit ex Donatistis illis, ad quos A. dedit litteras 43 et 44.

Elias *v.* Helias.

Elisabeth III 686, 2. mater Iohannis IV 100, 14.

Elisaeus *v.* Helisaeus.

Elpidius Arrianus A. facie incognitum brevi epistula revocare conabatur ab errore, quo eum in cognitione trinitatis teneri putabat; libellum quoque ei misit legendum atque suasit, ut ad Bonosum et Iasonem trans mare navigaret ad reportandos ex eorum disputationibus uberes fructus. ad quae ab A. responsum est ep. 242.

emere de hastario II 515, 18.

Emeritus Donatista bono ingenio praeditus doctrinisque liberalibus eruditus II 397, 8. 399, 13. 406, 7. A. cum audivisset eum rescripturum, si ei scripsisset, ultro epistulam ei misit et, cum responsum non acciperet, alteram ad eum dedit i. e. ep. 87, ut quaereretur a capite, cur schisma factum esset II 402, 17—23. 406, 4. 19. si alium aliquem forte deceret, Emeritum certe non decere ait A. defendere Optatum II 401, 4.

Emisenus *v.* Eusebius Emisenus.

Ennius de laudis cupiditate IV 505, 22. Horatius Ennio vigilantior IV 506, 3.

Enoch *v.* Helias.

Entellini grandes atque acres caestus II 264, 1.

Entellus, pugil Vergilianus II 242, 10. 274, 13. caestus Entelli II 267, 5.

Ephesiorum ecclesia II 401, 25, episcopus IV 148, 10.

Epicureus in aucupandis et defensitandis voluptatibus III 592, 5. Epicureorum voluptas III 91, 3. Epicureis maxime contionibus commovebantur homines non solum ad hauriendam, quo ultro ferebantur, sed etiam ad defensitandam corporis voluptatem, ut in ea summum hominis bonum constitueretur II 682, 5; *cf.* 679, 6. mortem malorum omnium esse finem Epicureorum est sententia et si qui alii mortalem animam putant II 583, 28. hominem mortuum in portu non sentiendi nullum omnino esse Epicurei et si qui alii simili stultitia putaverunt III 433, 15. Epicurei apud indoctam multitudinem excellentiore auctoritate viguerunt II 679, 10. Stoici et Epicurei nisi corporalia cogitare non poterant II 689, 21. a corpore nusquam discedebant, cum hi atomis, illi quattuor elementis, in quibus ad efficienda omnia ignis praevaleret, principia rerum darent II 683, 1. Epicurei numquam sensus corporis falli dicebant, Stoici autem falli aliquando concedebant, utrique tamen regulam comprehendendae veritatis in sensibus ponebant II 683, 10. reperimus Epicureos et Stoicos inter se acerrime dimicantes II 681, 18. Platonici non inmerito ad officium suum pertinere arbitrati sunt Stoicis et Epicureis maxime et prope solis omnino resistere

II 681, 3. videbant repugnantibus vel Epicureis vel Stoicis multo quam sibi facilius palmam daturos homines II 682, 19. Cicero ostendit oppugnatos esse nomine Epicureorum et Stoicorum a Platonicis eos, qui in corporis vel in animi natura ponerent et finem boni et causas rerum et ratiocinandi fiduciam II 684, 2. 7; negavit aeternum deum Epicureorum posse cogitari II 693, 13. cum Paulo non solum Iudaei sed etiam de haeresi Stoicorum et Epicureorum philosophi gentium contulerunt II 417, 11; *cf.* 684, 14. iam ne ipsorum quidem multo Anaxagora recentiorum multumque loquacium Stoicorum aut Epicureorum cineres calere dicit Augustinus, unde aliqua contra fidem Christianam scintilla excitaretur II 676, 18; errores enim gentium in his maxime duabus sectis eminuisse et durasse usque in tempora Christiana, sua autem aetate prorsus obmutuisse II 684, 17.

Epicurus nihil in principiis rerum posuit praeter atomos, quorum concursu fortuito et mundos innumerabiles et animantia et ipsas animas fieri dixit et deos II 692, 2; quam vanitatem Cicero refellit 693, 12. eius atomi quo refellantur I 6, 4. 10. qua re Democritus distare in naturalibus quaestionibus ab Epicuro diceretur II 691, 19—692, 15 et qua ratione Epicuri quidem de hac re sententiam urgeri posse putaret Augustinus II 693, 2. — *v.* Democritus.

Epidaphnaeae rupes I 91, 17.

Epiphanius, episcopus Cyprius in doctrina catholicae fidei laudabiliter diffamatus, Graece scripsit de haeresibus, quae fuerunt post adventum domini et ante IV 447, 2; *cf.* 450, 6. de earum numero quantum a Philastrio differret IV 447, 5. longe Philastrio doctior eminuit IV 447, 10. librum Epiphani Quodvultdeo mittere A. paratus fuit; ipsum enim se arbitrari Philastrio doctius de haeresibus locutum IV 448, 4.

episcopalis: de cathedris aliquando descendendum est; episcopalis enim dignitas fructuosior nobis erit, si gregem Christi magis deposita collegerit quam retenta disperserit III 32, 19. 26.

episcopatus: episcopatus presbyterio maior est II 385, 6. tam multi, ut episcopatum suscipiant, tenentur inviti, perducuntur, includuntur *etc.* III 640, 18; *cf.* IV 348, 26.

episcopus: ad episcopum non pertinet cura propria nisi suae ecclesiae; in aliis enim civitatibus tantum agit, quod ad ecclesiam pertinet, quantum permittunt earundem civitatium episcopi II 26, 13. 16. peregrinus episcopus iuxta considente collega III 32, 2. episcopus ultro ad plebem scribere, quae dispensationi suae commissa non erat, minime poterat; rescribere autem scribenti poterat II 230, 26. 25. de episcoporum intercessione *ep.* 152 *et* 153. episcopi uti fruique rebus ecclesiae tam-

quam possessores et domini existimantur III 4, 16; *cf.* 13, 11. 26. si episcopi privatim, quae sibi sufficiant, possident, non sunt ecclesiae bona episcoporum sed pauperum, quorum procurationem quodam modo gerunt IV 32, 6. quae sint, ut Nectario quidem pagano videbatur, episcoporum officia II 426, 17. 432, 3. fieri non potest, ut non sit collega ceterorum quilibet episcopus ecclesiae catholicae, qualiscumque sit, nullo ecclesiastico iudicio damnatus II 394, 15.

Episcopus ne in alienam cathedram transferretur, statutis patrum cautum erat IV 350, 30. episcopo etiam tum vivo alterum ordinari coepiscopum et sedere cum illo concilio Nicaeno prohibitum fuit IV 376, 15. post obitus episcoporum per ambitiosos aut contentiosos solebant ecclesiae perturbari IV 373, 20; *cf.* 374, 4. in Milevitana ecclesia ordinatus est episcopus, quem praecedens episcopus designaverat IV 374, 15. sed nonnulli contristabantur, quia successorem apud clericos designaverat, ad populum autem inde non erat locutus IV 374, 10. A. adstanti clero et frequenti populo presbyterum Eraclium sibi successorem se velle dixit, cuius rei acta extant IV 372, 13—379, 9.

Episcoporum nomina in tractoria poni oportebat eo ordine, quo episcopi facti sunt II 219, 15.

Quae episcoporum avaritia Cypriani fuerit temporibus II 621, 22. episcopi pecunia corrupti II 99, 20. in castello, quod ad parochiam Hipponiensis ecclesiae pertinebat, A. cum adhibendae non sufficeret diligentiae, episcopum constituendum curavit, propter quem ordinandum primatem Numidiae, ut veniret, rogans litteris impetravit IV 348, 1—24. itaque obtulit non petentibus quendam adulescentem in monasterio suo a parvula aetate nutritum sed praeter lectionis officium nullis clericatus gradibus et laboribus notum; qui episcopus esse coepit IV 349, 2. idem apud A. a plebe sua accusatus atque iudicatus ita, ut salvo episcopatu minueretur potestas, ne eis praeesset ulterius, cum quibus sic egisset, ut eum ferre omnino non possent, sedem apostolicam appellavit IV 349, 9—350, 9. quo modo episcopus puniri possit neque privari episcopatu IV 349, 25—351, 21. exempla poenarum episcopis inrogatarum IV 351, 6—19. plebs si episcopum in plenario concilio degradatum suscipere noluerit, sano capite faciet et nec cogi potest nec debet II 231, 27.

epistula: de epistularum amplitudine IV 567, 17. epistulae formam ad Maximum datae excusant Alypius et A., ne forte ille factam sibi arbitretur iniuriam III 631, 17. epistulas communicatorias, quae formatae dicebantur, dare II 111, 21. de satrapae cuiusdam epistula ad deum dominum Christum missa IV 502, 18 *(Dar.)*.

Eraclius presbyter, quem sibi successorem voluit A. IV 374, 18. eius rei acta ecclesiastica

ipso Eraclio praesente confecta IV 372, 11. 373, 4. A. populum cum obsecraret, ut onera occupationum suarum iam tum in Eraclium presbyterum transfundere sibi liceret, ut, quicquid ad se ferretur, ad illum perferretur, consilium et auxilium suum se ei non negaturum, a populo adclamatum est IV 377, 10—378, 4.

Eridanus: Verum plus Eridano fluat *(Licenti carmen)* I 88, 12. 95, 7. de Mincio in Eridanum emigrare II 670, 17.

Esaias tolerabat, in quos tam multa vera crimina iaculabatur II 105, 9.

Esau, nepos sancti Abrahae II 41, 10, dictus est etiam Edom IV 227, 12. non esca primatum amisit, sed usque ad contemptum sacramenti, quod in primatu suo habuit, concupita esca eum damnavit II 40, 13. 41, 10. cum Esau et Iacob ex eodem patre, eadem matre uno concubitu nati essent, antequam aliquid egissent boni aut mali, alterum dilexit deus, odit alterum IV 206, 14. quid deus oderat in Esau, antequam natus fecisset aliquid mali nisi originale peccatum? IV 203, 19. 206, 17; *cf.* 208, 13. quo modo Esau non damnatus sit indignus IV 62, 4. 203, 7—208, 16. secundum originem carnis ad Esau pertinebat gens Idumaeorum IV 227, 11, secundum mysterium spiritus Iudaei 227, 14.

Esther, illa regina deum timens, deum colens, deo subdita, marito, regi alienigenae non eundem secum colenti deum, tamen subiecta serviebat IV 629, 18—630, 4.

ethica *v.* praeceptum.

Eucaddires, sacerdotes gentiles I 41, 8.

eucharistia, sacramentum communicationis corporis et sanguinis Christi II 159, 8. 10. corpus et sanguinem domini offerre I 115, 25. commendare eucharistiae altitudinem II 167, 7. acceptionem eucharistiae dominicam cenam vocat apostolus II 166, 9. manducare carnem filii hominis et bibere sanguinem nisi baptizati non utique possunt IV 68, 21; *cf.* 118, 8. quaedam parvula a nutrice daemonum sacrilegiis impacta postea in ecclesia inlatam sibi eucharistiam miris motibus respuit II 524, 20.

Quando primo acceperunt discipuli corpus et sanguinem domini, non acceperunt ieiuni II 166, 17. qua re nonnullos delectavit uno certo die per annum, quo ipsam cenam dominus dedit, tamquam ad insigniorem commemorationem post cibos offerri et accipi corpus et sanguinem domini II 168, 1. neminem autem putat A. cogendum esse illo uno die ante dominicam cenam prandere sed nulli etiam contradicere audet II 168, 7. Christus ideo non praecepit, quo deinceps ordine sumeretur, ut apostolis sacraret hunc locum II 167, 10. non tamen propterea calumniandum est universae ecclesiae, quod a ieiunis semper accipitur II 166, 20. placuit enim spiritui sancto ut in honorem

tanti sacramenti in os Christiani prius dominicum corpus intraret quam ceteri cibi et per universum orbem mos iste servatur II 166, 21. alii cotidie communicant corpori et sanguini dominico, alii certis diebus accipiunt II 160, 5; *cf.* 162, 4; nam hi honorando non audent cotidie sumere, illi honorando non audent ullo die praetermittere II 163, 12. contemptum solum non vult cibus iste sicut manna fastidium II 163, 14. dixerit aliquis non cotidie accipiendam eucharistiam II 162, 4; alius contra auctoritate antistitis, non arbitrio suo, cum liberet, debere se quemque vel auferre communioni vel reddere 162, 8.

εὐχήν raro ita scriptura ponit, ut intellegatur 'oratio', sed plerumque et multo usitatius votum appellatur εὐχή. προσευχὴν vero semper orationem vocat III 362, 15. 23.

Eudoxius presbyter, abbas monasterii in insula Capraria, ad quem A. dedit ep. 48.

Eufrates presbyter a Donatistarum parte ad unitatem catholicam conversus III 247, 3. 249, 9. A. ad eum dedit ep. 142.

eulogia: quando manducatur et bibitur non in ebrietate sed in iucunditate dominica celebritate perfecta, tunc eulogia, non alogia celebratur II 48, 16. panis unus unitatis gratia missus eulogia fit dignatione sumendi I 77, 24 *(Paul.)*, accipiendo enim benedicitur 83, 11. frater Florus cum ad Uzalensem patriam fuisset profectus, eulogias monasterio de A. opusculis adtulit IV 397, 16.

Eunomiani haeretici II 676, 24 spiritum sanctum dicebant esse creaturam IV 42, 6.

Eunomius *v.* Arrius.

Euphrates flumen II 185, 20.

Europa atque Asia Helles ponto disiunctae I 93, 24. praecepta toti orbi terrae divinitus ostensa, priusquam nomen aut Europa caperet aut Asia acciperet IV 519, 17.

Eurus ventus I 92, 9.

Eusebius, episcopus Romanus II 153, 20.

Eusebius Caesariensis a Paulino venerabilis episcopus Constantinopolitanus dictus I 75, 7 psalmos interpretatus est II 318, 8, quae interpretatio translata est ab Eusebio Vercellensi II 318, 13. eius historiam de cunctis temporibus Paulinus in usum Alypi transcribendam curavit I 75, 7.

Eusebius Emisenus commentarios in epistulam ad Galatas reliquit II 286, 9. 376, 9.

Eusebius, Vercellensis episcopus, Origenem et Eusebium Caesariensem in Latinum transtulit II 318, 13.

Eusebius presbyter, a quo Hieronymus libros Anniani accepit IV 300, 10.

Eusebius, ad quem A. ep. 34 et 35 misit de causa iuvenis cuiusdam scelerati, qui cum ad Donatistas transisset, a Proculiano susceptus est et rebaptizatus. virum eum merito suscipiendum, honorabilem, gravissimum, eximium, clarissima dignitate prae-

ditum et considerantissima voluntate tranquillum magna cum observantia appellat II 23, 5. 24, 8. 9. 21. 25, 21. 24. 27, 21. 28, 9. 10. 12. 29, 4. 21. 31, 5. 9.

Eustasius, monachus insulae Caprariae, qui in Africam profectus ibidem decessit II 139, 26.

Eustochia *vel* Eustochium et genere suo et A. exhortatione digne gradiebatur III 638, 7. per Hieronymum salvere iussit A. III 638, 7. eius mortem valde se doluisse dicit Hieronymus IV 300, 12.

Eutychianus, episcopus Romanus II 153, 19.

Eva in qualibet muliere caveatur IV 577, 12. de Adam et Eva alius Adam nascitur et nutritur IV 577, 3.

Evagrius episcopus in concilio Carthaginensi adfuit III 653, 4.

Evander sacra Herculi celebravit I 42, 1.

evangelicus: qui de paginis evangelicis sortes legunt II 212, 3.

evangelistas invenimus, quos apostolos fuisse non legimus III 358, 16.

evangelium: per evangelia peierare IV 594, 2.

Evaristus, episcopus Romanus II 153, 13.

evectio *v.* Zenobius.

Evodius episcopus epp. 158. 160. 161. 163 multas quaestiones A. proposuit, ad quas ille epp. 159. 162. 164. 169 respondere non gravatur; unam eius epistulam apud se aberrasse dolet et diu quaesitam non potuisse reperiri III 498, 7. 520, 7. 541, 7. inter illos quinque episcopos invenitur, qui ep. 177 ad papam Innocentium miserunt, quibus ille respondit ep. 183. Hieronymus per A. eum salutavit II 746, 1. Valentinus turbis in monasterio suo exortis ad auferendas impias quaestiones fratribus proposuit, ut ad sanctum patrem Evodium mitterent; neque vero prosperum id habuit eventum IV 398, 14. hic Evodius cum in ep. 158 senis Theasi mentionem faciat III 495, 18. 26, idem esse videtur atque ille episcopus Evodius, quem cum Theasio episcopo ex Italia redeuntem A. iam iamque expectat sperans de Paulino et Therasia eos sibi nuntium adlaturos II 347, 7.

Evodius ut Eusebi de cunctis temporibus historiam Carthagine describeret a Paulino rogatus est, quo descripta ad Alypium mitteretur I 75, 7. 19.

Evodius gaudens A. indicavit Proculianum sibi dixisse velle se conferre cum eo de Donatistarum causa II 19, 6. fidem ei non habere se non posse dixit A. II 19, 7. qui cum audivisset Proculianum esse conquestum, quod Evodius sibi contumeliose respondisset, hanc simultatem studuit diluere II 19, 19—20, 23.

Exampei lacus I 91, 13.

exceptor: notarii cum exceptoribus iudicis alternantes III 236, 23. ipse risus non potuit ab exceptoribus excipi III 242, 27.

excipere *v.* notarius.

excommunicare: non reprehendit A., si quem Donatistae,

ne multos secum excommunicatos traheret et communionem schismatis furore praecideret, excommunicare noluerunt II 400, 19.
exurator *v.* curator.
exduumvir II 410, 19.
exequias praebuimus defuncto; nam per triduum hymnis dominum conlaudavimus super sepulcrum ipsius et redemptionis sacramenta tertio die obtulimus III 490, 8 *(Evod.)*.
exhortatoriae litterae *v.* consolatorius.
exorcizare *v.* baptisma.
exsufflare *v.* baptisma.
extasis: solet in vehementiore extasi mens ab hac vita in illam vitam esse alienata manente corporis vinculo III 305, 12.
Ezechias deo servivit lucos et templa idolorum destruendo IV 17. 24.
Ezechielis volumen olim se adgredi voluisse et tunc tres libros explicasse scribit Hieronymus III 543, 10. 15.

Fabianus, episcopus Romanus II 153, 17.
Fabiolae Hieronymus misit duos libros commentariorum in Ezechielem III 544, 7. quae cum huius vitae peregrinationem desiderio supernae patriae doleret, A. ad eam dedit pusillam ep. 267.
Fabrici focus, Romanorum ducis, qui paupertate non solum non vilis factus est civibus suis sed praecipue carus et patriae gubernandis opibus aptus H 586, 3.
factum: cavendum est, ne sicut philosophi quaedam facta hominum media dicamus inter recte factum et peccatum II 363, 3.
fasciculum in aluta signatum et libellum sine signo Anulinus pro consule ad comitatum transmisit II 408, 10.
Fascius propter debitum, quod ut redderet urgebatur, cum ad auxilium ecclesiae confugisset, A. pecuniam mutuo sumptam ei suppeditavit itaque ipse in difficultatem incurrit, unde ut se liberaret, a plebe sua opem petivit ep. 268.
fatum: peccandi causa non convertenda est in fatum IV 584, 25. mathematicorum facta cum dictis quantopere discrepent in quaestione fati ac fortunae *ep.* 246. fata, quae mathematici hominibus vendebant, ipsi in vitae consuetudine non curabant IV 584, 15. *v.* baptisma.
Faustinianus episcopus alter in concilio Carthaginensi alter in concilio Milevitano adfuit III 653, 1. 663, 6.
Faustinus nomen est duorum episcoporum, qui in concilio Milevitano adfuerunt III 664, 2. 3.
Faustus Manichaeus, contra quem A. longe ante, quam Hieronymi litteras accepisset, se scripsisse dicit II 368, 12.
Faustus Augustini epp. 185 et 189 ad Bonifatium pertulit IV 131, 4—15.
Faventius, Paratianensis saltus conductor, cum causam haberet cum homine pecuniosissimo, ad Hipponiensem ecclesiam confugerat, sed a Florentino quodam, comitis officiali, por

armatorum manum raptus detinebatur II 661, 12. 662, 12. quem ut intercessione sua sublevaret, A. litteris 113—116 sedulo operam dabat.

Febris dea I 42, 9.

Fel: assiduitate irascendi fel crescere etiam medici adfirmant: cremento autem fellis rursus et facile ac prope nullis causis existentibus irascimur I 22, 8.

Felicia virgo scandalis in ecclesia exortis perturbata periculum erat, ne fastidio a catholica communione averteretur, qua re A. sollicitus ad eam dedit ep. 208.

Felicianum Mustitanum et Practextatum Assuritanum in schismatis scelere deprehensos et crudelitatis accusatos Donatistae in concilio Bagaitano damnaverunt II 145, 16. 148, 7. 157, 6. 418, 4. 616, 19. 628, 22—629, 9, inter illos duodecim cum Maximiano damnatos apud tres aut amplius proconsules accusaverunt II 616, 12. de basilicis eorum diuturna conflictatione iudiciorum eos expellere conati sunt II 147, 11. 418, 2. 616, 12. 20; *cf.* 247, 5. damnatos in eodem ipso episcopatu receperunt, in quo damnaverunt II 145, 18—146, 17. 157, 3. 616, 17. 618, 7. 626, 19. 629, 10, et cum ipsis etiam baptismum eorum II 147, 9—148, 4. 157, 5. 417, 27. 616, 22. 617, 19. 618, 8. 22. 629, 11. id factum est cogente Optato Gildoniano sive Tamugadensi II 157, 4, quo die Donatistae eius natalicia celebrabant II 616, 18. Titianus Felicianum et Practextatum, totam ipsam contra Primianum conspirationem verbis gravissimis accusavit II 627, 11. Praetextato Assuritano nuper defuncto (II 616, 15) Felicianus cum Donatistis considere dicitur II 626, 21. Feliciani causam A. breviter perstringit ep. 70; *praeterea cf.* 328, 6. 20. 611, 2. 612, 25. 614, 27. 625, 2. Felicianus Mustitanus Primianum Carthaginensem damnavit et vicissim ab illo etiam ipse damnatus est; diu in sacrilego Maximiani schismate fuit; multos ibi per suas ecclesias baptizavit, sed neminem post eum baptizaverunt Donatistae II 610, 22; *cf.* 247, 1—18. 613, 5. 625, 10. III 240, 18. Felicianus quando separatus est a Donatistis in parte Maximiani, 'fidei aemulus, veritatis adulter, ecclesiae matris inimicus, catena sacrilegii, Dathan, Core et Abiron minister' in Bagaiensi concilio est appellatus II 612, 25. 625, 2. *v.* Clarentius.

Felicitas mater, monacha monasterii, cuius praepositus fuisse videtur Rusticus; ubi cum propter reprehensiones aliquas exortae essent indignationes et dissensiones, A. obedientiam et concordiam restituere conabatur ep. 210 ad eas data; *cf. Ind. III p. 55.*

Felix, episcopus Romanus II 153, 19.

Felix Nolensis, ad cuius beati viri sepulcrum A. Bonifatium presbyterum et Spem monachum misit, ut miraculo aliquo, uter in culpa esset, aperiretur II 335, 14.

Felix, Aptungitanus *sive* Aptungensis episcopus, Caeciliani epi-

scopi ordinator, quem traditorem fuisse Donatistae criminabantur II 599, 8. 601, 16. III 243, 15 et fontem omnium malorum in concilio Carthaginensi dixerunt II 409, 16. III 37, 6. eius causa absentis in concilio septuaginta ferme episcoporum multo prae ceteris invidiosius et criminosius agitata est II 86, 28. 96, 24; *cf.* 94, 21. cum Donatistae apud imperatorem identidem contenderent Caecilianum a traditore Felice esse ordinatum, haec causa ab Aeliano pro consule examinata est, ubi Felicem constitit esse innocentem III 245, 3. *cf.* II 88, 6. 20. 89, 8. 94, 21. 409, 15—22. 410, 15. 411, 16. 601, 16. 602, 16. III 37, 5. 244, 12. quod iudicium non ipse sibi comparavit Felix, sed imperator fieri iussit II 95, 7. diligens et terribilis in causa Felicis inquisitio II 94, 24. 95, 18. neque poterat Felix contradicere, ne tanta diligentia vel severitate quaereretur II 95, 20. Ingentius confessus est in cognitione Aeliani proconsulis falsum se fecisse adversus Felicem. Caeciliani ordinatorem III 243, 20; *cf.* II 410, 18. in qua causa ad comitatum mitti iussus est Ingentius III 245, 5. 15; *cf.* II 410, 23.

Felix nomen est episcopi, qui in concilio Carthaginensi adfuit III 652, 7, et duorum episcoporum, qui adfuerunt in concilio Milevitano III 664, 1. 5. praeterea episcopum Felicem A. Valerio commendat ep. 206.

Felix, ad quem data est ep. 77, qua A. eum et Hilarinum consolatur de scandalo inter Bonifatium et Spem exorto et, quid in hac causa tum factum esset. exponit.

Felix. iuvenis monachus, qui cum Cresconio ad A. venit *v.* Cresconius. venit autem ad A. tarde post comites suos IV 397, 20. duos Felices cum Cresconio fuisse scriptum est IV 387, 16.

Felix frater in Uzalensi civitate A. dictavit opusculum, quod in monasterium delatum et fratribus recitatum magnas turbas effecit IV 397, 19.

Felix, cuius uxor matertera fuit puellae IV 601, 24, quae in ecclesiae tutelam tradita ut filio suo in matrimonium daretur, Rusticus flagitabat. de qua re scriptae sunt epistulae 252—255, prima ad Felicem data.

Felices erant ex Donatistis illis, ad quos A. dedit epp. 43 et 44.

Felix *v.* Munatius.

femina: non tactu solo sed affectu quoque et aspectu appetitur, et appetit femina IV 363, 9. capillos nudare feminas, quas etiam caput velare apostolus iubet, nec maritatas decet IV 582, 9. maritis solis permittendae sunt feminae ornari secundum veniam non secundum imperium IV 582, 13.

ferrum, quod pertransiit animam Ioseph, pro dura tribulatione positum ferrum A. videbatur III 378, 23.

Festus curis publicis occupatus dicitur II 425, 16. ad homines suos, qui in regione Hipponiensi erant, litteras miserat, ut catholici fierent, quae nihil apud eos valuerunt II 424, 26. A. igitur ep. 89 eum exhortatur, ut mit-

teret aliquem suorum vel domesticorum vel amicorum, qui consilio secum capto, quod agendum videretur, ageret II 425, 2.

fideiussor: si quis decipit fideiussorem suum, pro isto supplicium legitimum luit III 415, 17.

Fidentius episcopus in concilio Carthaginensi adfuit III 652, 3.

fides ipsa in Latino sermone ab eo dicitur appellata, quia fit, quod dicitur *(Cicero)* II 374, 12. de varia fidei ratione II 711, 26. alia fides est, qua fideles vocantur, qui baptizantur in Christo, alia humanorum placitorum atque pactorum II 130, 15. de fide et ratione, utra utram praecedat II 706, 18—708, 24. 711, 6. si rationabile est, ut magnam quandam, quae capi nondum potest, fides antecedat rationem, procul dubio quantulacumque ratio, qua hoc persuadet, etiam ipsa antecedit fidem II 707, 2. ad intellegentiam ratio vera perducit et fides ei animum praeparat II 708, 26. intellectui fides aditum aperit, infidelitas claudit III 117, 7. per fidem possumus mundari, sanari, perfectissime liberi in aeternitate regnare IV 410, 22. non omnium est fides, qui audiunt verbum, sed quibus deus partitur mensuram fidei IV 184, 14. ne se vel ipsius orationis meritum extollat, fides orat, quae data est non oranti, quae utique nisi data esset, orare non posset IV 183, 20; *cf.* 188, 7. fides desuper gratuito munere nobis datur IV 185, 16; *cf.* 383, 14. ideo pro infidelibus deus rogatur, ut credant, quoniam deus donat et fidem; ideo pro eis, qui crediderint, deo gratias agitur, quoniam donat et fidem IV 424, 15—425, 7. homo non haberet fidem, nisi accepisset spiritum fidei IV 187, 23. sine spiritu fidei non est recte quispiam crediturus nec sine spiritu orationis salubriter oraturus IV 190, 5; *cf.* 188, 14—189, 22. fides praecedit orationem IV 183, 20—184, 2. bona opera nostra et piae orationes et recta fides nullo modo in nobis esse possunt, nisi haec accipimus a deo IV 383, 11. initium fidei non esse donum dei, sed ex nobis nos habere contendit Vitalis, ut credere incipiamus; cetera autem religiosae vitae bona deum per gratiam suam donare consensit IV 424, 10; *cf.* 403, 14. operatur deus, idem dicebat, quantum in ipso est, ut velimus, dum nobis nota fiunt eius eloquia IV 403, 22. si, ut credamus et evangelio consentiamus, non est donum dei, sed nobis est a nobis, non debemus orare pro his, quibus evangelium praedicamus, ut credant, sed eis tantum modo praedicare IV 403, 10—17. 404, 4; *cf.* 407, 26.

Neque per legem iustitia neque per naturae possibilitatem sed ex fide ac dono dei per Iesum Christum III 679, 16. qui habent fidem, impetrant iustificationem IV 50, 21; *cf.* 53, 4. ipsa est enim iustitia ex fide 51, 12. 52, 1. 5. a fide omnis iustitia

sumit initium IV 183, 8. iustitia ex fide est non ex operibus IV 51, 8—52, 7: *cf.* III 679, 16. a fide incipiunt bona, quaecumque sunt, merita IV 183, 13. opera bona fiunt ab homine; fides autem fit in homine, sine qua illa a nullo fiunt homine IV 183, 16. meritum misericordiae fides dici non potest IV 187, 9—14. cum ista medicina dominus venit, ut fidem populis imperaret II 696, 8. fides ad Christum nos trahit IV 185, 16. dei via quid est nisi fides recta? IV 405, 11. ab exordio generis humani fides ipsa variata non est II 554, 11. 19. sacramenta variata sunt, ut alia essent in vetere testamento alia in novo, cum fides ipsa varia non sit et vera sit III 462, 14. iusti eadem fide salvi fiebant atque fideles temporis nostri IV 112, 2; *cf.* 141, 16. III 680, 11. sit una fides universae, quae ubique dilatatur, ecclesiae, etiam si ipsa fidei unitas quibusdam diversis observationibus celebratur II 52, 3.

Gratiae auxilium fides impetrat, quae est in Christo Iesu III 655, 14. potest quidem dici remissionem peccatorum esse gratiam, quae nullis praecedentibus meritis datur; sed nec ipsa remissio peccatorum sine aliquo merito est, si fides hanc impetrat IV 183, 1. misericordia dei et gratia non deserit eos, qui ex eius fide vivunt eumque pie colunt III 124, 14. in initio fidei est etiam initium bonae, hoc est piae voluntatis IV 424, 10. habet fides oculos suos, quibus quodam modo videt verum esse, quod nondum videt, et quibus certissime videt nondum se videre, quod credit II 711, 16. non sit talis fides nostra, qua nos aliquid habere credamus, de quo in nobismet ipsis non in domino gloriemur IV 127, 6; *cf.* 123, 1—127, 21. aut propter fidem aut propter mores vel emendari oportet, quod perperam fiebat, vel institui, quod non fiebat II 165, 19. quod neque contra fidem neque contra bonos mores esse convincitur, indifferenter habendum et pro eorum, inter quos vivitur, societate servandum est II 160, 13. introierunt cum sponso ad nuptias virgines, quae veram fidem veramque pietatem corde gestabant III 228, 24. temporalia commoda pro fide atque iustitia contemnenda sunt III 136, 14. temporalis mors corporis etiam in his, qui Christi morte redimuntur, relinquitur interim ad exercitationem fidei et agonem praesentis luctaminis III 468, 9. parati esse debemus ad responsionem omni poscenti nos rationem de fide et spe nostra II 707, 6. sunt innumerabiles quaestiones, quae non sunt finiendae ante fidem, ne finiatur vita sine fide II 578, 9. fidei duodecim sententiae IV 414, 15. fides A. IV 540, 4—553, 14. 558, 15—25. cavendum est, ne adiutorium violandae fidei in ipsa fidei domo requiratur IV 594, 3. uti licet fide illius, qui, ut eam servet, per daemonia iuraverit

II 130, 3. hostiles inter se acies cum invicem iurant, laudamus fidem servantes, fallentes autem merito detestamur, etiam si metu extortae iurationi non parcatur III 16, 22.

Figentes *v.* Urbica.

Figulinensis fundus II 598, 3.

filia *v.* mater.

filius: patrem et filium unum deum esse exemplis demonstrare conatur A. IV 541, 12; quae scripturarum eloquia nos cogant unum dominum deum confiteri 546, 10. semper gignit pater et semper nascitur filius IV 552, 16. homo cum passione generat, deus autem sine passione genuit filium III 628, 13. sicut flamma splendorem, quem gignit, tempore non praecedit et lux numquam sine candore est, ita pater numquam sine filio fuit III 625, 4. IV 552, 10. an aliud pax dei aliud splendor dei, cum idem ipse sit unigenitus filius? III 320, 4. non sic est ex deo patre unigenitus filius, quem ad modum ex illo est universa creatura, quam ex nihilo creavit III 624, 20. filius dei non est factus IV 564, 22—565, 4. filius totum, quod habet et quod potest, non tribuit sibi sed patri, quia non est a se ipso sed a patre III 628, 20. quaedam etiam sic dicuntur in scripturis, hominibus parum intellegentibus ut et ipse filius maior patre videatur IV 550, 13. filius dei patri coaeternus II 554, 8. III 111, 8. 232, 1. 617, 10. 625, 8. filius dei aequalis est patri III 628, 22; *cf.* 232, 1. IV 566, 16. noluit deus habere aequalem filium an non potuit? si noluit, invidus est, si non potuit, infirmus est: utrumvis autem horum de deo sentire sacrilegum est IV 553, 10. Salomon, quem Porphyrius dixisse contendit: 'Filium deus non habet', non solum hoc non dixit, verum etiam dixit, quod deus habeat filium II 569, 4. homines filium dei ante incarnationem per ipsam naturam et substantiam suam visibilem et corruptibilem dicebant IV 551, 16.

Deus filium suum misit fierique ex muliere voluit III 159, 1. dei filius personam suam in homine agere atque ostendere dignabatur, ut magis homo timeret extolli fastu hominis quam humiliari exemplo dei IV 515, 22. filius dei manens in sua natura factus est particeps naturae nostrae, ut et nos manentes in natura nostra efficeremur participes naturae ipsius, non tamen sic; nam illum naturae nostrae participatio non fecit deteriorem, nos autem facit naturae illius participatio meliores III 162, 10. in homine totam naturam nostram suscepit filius dei, id est et animam rationalem et carnem mortalem sine peccato IV 637, 10. non desperandum est nos fieri posse filios dei, quia et ipse filius dei, hoc est verbum dei caro factum est et habitavit in nobis III 163, 11. 15. omnes filii hominis non nisi per Adam et omnes ex eis filii dei non nisi per Christum fieri possunt III 694, 26.

'filii promissionis', hoc est filii gratiae, filii misericordiae III 197, 21; *cf.* 195, 26. quos ad suam gratiam non pertinere praescivit deus, qua re multitudine incomparabili plures sint eis, quos in sui regni gloriam filios promissionis praedestinare dignatus est IV 146, 12. filios dei appellavit Iohannes utique praeter Hebraeam gentem in ceteris etiam omnibus gentibus constitutos nondum fideles, nondum baptizatos quo modo nisi secundum praedestinationem? IV 115, 4. ab Adam homines, a Christo filii hominum dicimur in scripturis neque tamen constanter III 172, 24. 174, 1. mali filii mala opera et bona opera boni filii sunt in scripturis III 351, 22. filii mali eo tantum, quo perdite vivunt, parentum pietatem gravius persequuntur, quam cum illos pater aut mater, quanto amplius diligunt, tanto amplius ad bonam vitam compellunt II 420, 7. filium de legitimis et honestis nuptiis susceptum magis in patris quam in matris esse potestate quis nesciat? IV 631, 6.

finis: de fine saeculi *ep.* 199. quo tempore vel die vel hora futurus sit finis saeculi, cognoscere non possumus IV 232, 1—235, 3. 235, 17—241, 22 *(Hes.).* non ideo non potest definiri, quo anno futurus sit finis saeculi, quia secundum promissionem domini breviabuntur dies illi IV 259, 13—261, 9. A. de hac quaestione sententia IV 289, 16—292, 9.

Firmiani a Rogatensibus appellabantur Donatistae II 406, 13.

Firmus presbyter ab A. frater sincerissimus vocatur II 351, 18 et familiarissima sibi caritate coniunctus IV 293, 10. per eum curavit, ut Petrus et Abraham libros 'de civitate dei', si nondum haberent, habere possent III 736, 15. Firmus ad Hieronymum venit, qui cum ab eo quaereret, quid A. ageret, et litteras exigeret, illum quidem sospitem esse respondit, sed nesciente eo de Africa profectum se esse II 350, 4. tum ep. 81 ad A. ferendam accepit II 351, 18. 387, 7. Sixti presbyteri epistulam ad A. Hipponem adtulit IV 162, 14 et A. responsum ad Sixtum IV 176, 6; idem ad eundem A. duas Valeri epistulas IV 293, 8. Hieronymus litteras suas ad eum direxit III 639, 2. ob rem Eustachii et Paulae Ravennam eum et inde Africam Siciliamque praeterito anno se direxisse scribit Hieronymus; tunc autem iam in Africae partibus eum commorari putabat III 638, 10. idemne fuerit, de quo A. Sebastiano scripsit: 'Mitte fratri Firmo litteras nostras', incertum est IV 591, 4.

Firmus, unde Rogatenses Donatistas Firmianos appellare dicebantur. quocum Rusicazensis episcopus Donatista pactus esse perhibebatur incolumitatem suorum, ut ei portae aperirentur et in vastationem darentur catholici II 406, 13.

fiscus *v.* Donatistae (199). fraus.
Flavianus quondam vicarius, Donatista, quamquam legibus serviens nocentes quos invenerat, occidebat, Donatistae cum eo communicaverunt II 404, 1.
Flavii imperatores Caesares II 410, 1.
Flora dea digna mater florum inventa est, cuius ludi scenici erant inpudici II 431, 1.
Florentinam cum A. in epistulis, quas ad matrem dederat, sibi curae esse non semel ostendisset, et ipsa ab eo voluit accipere litteras; tum demum, si quid forte sibi opus esset, non se esse tacituram et rescribendo insinuaturam. quam ob rem ei misit A. ep. 266.
Florentinus, comitis officialis, per armatorum manum rapuit Faventium, qui ad Hipponiensem ecclesiam confugerat II 661, 12—20. de qua re sunt epp. 113—116, ep. 114 ad ipsum Florentinum data.
Florentius episcopus A. scripsit libros 'de genesi' et 'de trinitate' ideo, ut ederentur, urgeri, quo possent ab ipso, dum viveret, defendi III 254, 11. num idem fuerit Florentius episcopus, qui subscripsit litteris ad Gallicanos episcopos in causa Lepori datis, incertum est IV 428, 8.
Florentius Madaurensium epistulam ad A. pertulit; orbus enim erat et in negotio aliquo A. praesidium petebat IV 511, 3. 516, 16.
Florus monachus cum ad Uzalensem patriam esset profectus, Augustini libellum ibi invenit, quem cum describendum curavisset, Carthaginem de Uzalensi civitate ire perrexit IV 397, 16. libellus autem (*i. e.* ep. 194 ab A. ad Sixtum, presbyterum ecclesiae Romanae missa IV 381, 17. 382, 6) in monasterium delatus fratrum dissensione turbas effecit, quas cum Florus Carthagine reversus animadvertisset, Valentino abbati denuntiavit IV 398, 8. Florus furore fratrum propemodum conturbatus est, in quem saeviebant, quia ipse illis vulnera libri illius adtulisset IV 398, 19; *cf.* 385, 3. de quibus rebus A. certior factus epp. 214 et 215 ad monasterium misit et, ut Florus ad se veniret, postulavit IV 396, 5; *cf.* 385, 3. atque Florum venisse comperimus ex pusilla ep. A., quae nuper reperta in hac editione suo loco inseri non potuit, sed in praefatione p. XCIII addita reperitur. in eadem ep. A. Valentinum iterum rogat, ut Florum rursus mittere dignaretur. Valentinus igitur ep. 216, qua ad A. litteras respondebat, per Florum misit IV 402, 2. Flori fidem, de qua fratres quidam inique locuti erant, laudat Valentinus IV 400, 7.
formata epistula *v.* epistula.
Formianum oppidum, ubi Paulinus Roma profectus cum diem quieti daret, A. ep. legit II 498, 14.
Fortunatianum episcopum ep. 148 A. rogat, ut episcopum quendam, qui ep. 147 se laesum putabat, videre et rogare digna-

retur, ut ignosceret, si quid durius et asperius in se dictum accepisset III 332, 3. 334, 22. Fortunatianus episcopus in concilio Carthaginensi adfuit III 652, 6.

Fortunatianus, Tagastensis ecclesiae presbyter, cum Romam navigaturus erat, epistulam Paulino reddendam ab A. accepit paucis diebus ante, quam A. ep. 80 ad eundum misit; A. unanimem filium eum vocat II 347, 11. idem fortasse est ille Fortunatianus presbyter, qui adfuit, cum A. successorem sibi designabat IV 373, 3.

Fortunatus episcopus una cum Alypio et A. ep. 53 ad Generosum Constantinensem (II 154, 21) misit, quem Donatistarum quidam presbyter ad suam partem allicere conabatur. eidem A. ep. 115 Faventi causam commendat eumque rogat, ut Generoso consulari litteras suas (116) tradat et ad ipsum scriptas legat II 662, 14. 663, 9. inter episcopos concilii Milevitani eum fuisse haud negaveris, est enim Fortunatus nomen duorum episcoporum, qui in concilio Milevitano adfuerunt III 663, 5. 7.

Fortunatus Manichaeus in disputatione devictus est; successorem habuit eum, ad quem A. ep. 79 dedit eum provocans, ut solveret quaestionem, in qua defecisset Fortunatus II 346, 15.

Fortunius Donatistarum Tubursicu erat episcopus II 109, 16. per quam civitatem cum A. ad Cirtensem ecclesiam pergeret, publice cum eo disputavit, quae disputatio exposita est ep. 44. Fortunius vitam catholicorum praedicabat adiungens eos omnia bene facere potuisse, si in ecclesia facerent II 111, 12. contendere conabatur ubique terrarum esse communionem suam II 111, 20. ex eo quod persecutionem saepe ipsius pars pertulisset, voluit ostendere suos esse Christianos II 112, 8. tam diu transmarinarum partium ecclesias mansisse innocentes dixit, donec consensissent in eorum sanguinem, qui Macarianam persecutionem pertulissent II 113, 9. frustra volebat ostendere Serdicense concilium ad episcopos Afros, qui erant communionis Donati, dedisse litteras II 113, 21—114, 25. narravit A. in ipsa schismatis nouitate maiores suos, ne schisma fieret, dedisse quendam interuentorem, hunc autem interuentorem a catholicis esse occisum, id quod A. numquam antea se audivisse fatetur II 115, 23. animum eius et voluntatem laudat A. II 120, 22 atque aetatem considerans prior ad eum venire dignatus est II 109, 21; postero die Fortunius venit ad A. II 120, 24.

Fossor memoratur in causa Timothei II 225, 12.

framea gladius est; translato autem verbo framea lingua dicitur persequentium III 189, 17.

fraus quia fisco fiebat, non ideo non fiebat II 515, 5.

Fructuosus episcopus in concilio Carthaginensi adfuit III 653, 1.

fucari pigmentis adulterina fallacia est IV 582, 10.

Fugere: utrum episcopos vel clericos in persecutionum periculis velut hostili incursu fugere liceat necne *ep.* 228.

Fussala dicebatur Hipponiensi territorio confine castellum milibus quadraginta ab Hippone seiunctum; antea ibi numquam episcopus fuit, sed ad parochiam Hipponiensis ecclesiae pertinebat IV 348, 1. 13. paucos habebat illa terra catholicos, ceteras plebes Donatistarum error obtinebat ita, ut in eo castello nullus esset omnino catholicus IV 348, 4. multis laboribus et periculis actum est, ut omnis terra unitati ecclesiae conciliaretur IV 348, 7. unde evenisse demonstrat A., ut episcopum ibi ordinandum constituendumque curaret IV 348, 13.

Fussalensibus congregandis presbyteri primitus constituti quas iniurias et crudelitates a Donatistis perpessi essent IV 348, 9. Fussalensibus, quae abstulerat, omnia prius reddere iussus est Antoninus episcopus, quam ei communio redderetur IV 350, 11. Fussalenses et Antoninum A. quia utrosque diligebat, utrosque commendabat benignitati papae Caelestini neque Fussalensibus se suscensere dicens neque Antonino noceri velle IV 352, 8. ep. 224 A. per Fussalensem presbyterum Quodvultdeo misit et commendavit ipsum eiusque negotium IV 451, 15. 454, 1.

Gaius *v.* Caesar Gaius.

Gaius, episcopus Romanus II 153, 20.

Gaius, vir bonus et egregie cordatus I 47, 3, ad quem A. ep. 19 studii et caritatis plenam misit additis omnibus scriptis suis I 46, 13.

Galaadites *v.* Berzelli.

Galatarum episcopus II 148, 10.

Galatiae ecclesia II 402, 1. 476, 18.

Gallam viduam et eius filiam Simpliciolam, virginem sacram, A. Quintiliano episcopo ep. 212 commendavit. in patriam redituraе erant et portabant secum reliquias martyris Stephani IV 372, 3. 7.

Galli *v.* Heros.

Gallia: Donatistae a Constantino precabantur, ut propter causam inter Afros episcopos dirimendam iudices ex Gallia episcopos mitteret II 155, 24. Constantinus alterum episcopale iudicium dedit habendum in Arelatensi Galliae civitate II 409, 7. quae in Galliis nefaria perpetrata essent, etiam Victorianum latere non arbitrabatur A. II 643, 7. Hilarius A. scripsit, quae Massiliae vel etiam aliquibus locis in Gallia contra eius doctrinam de gratia divina disputarentur IV 469, 4.

Gallieno imperatore cum Romanas provincias barbaries usque quaque pervaderet, propinquus finis rerum credi potuit IV 274, 10.

gallina *v.* animal.

Garamas ignotus I 91, 12.

Gaudentius cum Quodvultdeo Severi litteras ad A. pertulit et A. responsum Severo reddendum accepisse videtur II 638, 9.

Gaudentius, Donatistarum episcopus, cuius ambabus epistulis A. ita se responsurum esse promittit, ne aliquid praetermissum putetur IV 322, 20. Dulcitius, dicit A., honorificentioribus eum verbis tractavit, quam decebat haereticum IV 319, 10.

Gavinianus causa aliqua liberatus non solum Christianus sed etiam fidelis erat valde bonus per pascha proxime baptizatus IV 481, 11.

Gelizitana ecclesia II 88, 14.

generare: sicut non invenitur homo, qui praeter Adam carnaliter generetur, sic non invenitur homo, qui praeter Christum spiritaliter regeneretur III 458, 5.

generatio: ex Adam subsistit generatio carnalis, ex Christo regeneratio spiritalis III 459, 26.

Generosum Constantinensem (II 154, 21) cum Donatistarum presbyter ad suam partem adducere conaretur, Fortunatus, Alypius, A., quibus Generosus presbyteri deridens epistulam miserat II 152, 4, ad eum dederunt ep. 53. cum Numidiae consularis esset II 662, 11. 16, A. per episcopum Fortunatum ad eum misit ep. 116, quo Faventi causam ei commendaret II 662, 14. A. catholicum eius animum praedicat II 152, 6, laudem administrationis et famam praeclaram extollit II 663, 4.

Genethlius episcopus a Donatistis laudabatur, quod constitutionem aliquam datam contra eos compressisset et effectum habere non sivisset II 119, 17.

Gennadius, notissimus fere omnibus medicus, qui artis exercitatione Romae eminuerat, tunc apud Carthaginem degebat, homo erat religiosus atque erga pauperum curam benignissimus III 500, 6. cum aliquando dubitaret, num esset ulla vita post mortem, somnio ei ablatam esse istam dubitationem narrat A. III 500, 10—502, 2.

Geon flumen II 185, 20.

Germanianus episcopus in concilio Carthaginensi adfuit III 653, 7.

Germanicianenses, qui ad A. curam pertinebant IV 599, 18, presbyterum Secundinum etiam de quibusdam criminibus accusare parati erant IV 599, 8. qua re A. ep. 254 ad Pancarium data, quid in hac causa fieri vellet, declaravit.

Germanus episcopus in concilio Carthaginensi adfuit III 653, 7.

Germanus presbyter in Africam rediens pusillam ep. 184 a papa Innocentio accepit Aurelio et A. reddendam.

gesta ecclesiastica II 87, 6. 89, 13 *al.* gesta ecclesiastica in Romana urbe habita II 88, 24; *cf.* 156, 1. gesta ecclesiastica in domo Urbani Donati habita II 155, 12. gesta episcopalia III 241, 13, proconsularia II 88, 8. 20. 89, 8 *al.*, municipalia II 327, 5. 328, 9 *al.*, forensia II 107, 9 (forensia aut ecclesiastica). 627, 25, iudicialia et municipalia II 418, 5. concilii gesta II 89, 10. gesta apud Zenophilum consularem II 99, 15. 155, 17. gesta apud Munatium Felicem, flaminem perpetuum, curatorem tunc

civitatis II 154, 22. qua re A. publicis gestis haerere voluerit sacrilegum nefas II 25, 14. auferri oportet gesta ecclesiastica, quae perturbatior fortasse fecit episcopus IV 597, 14.

Gigantius episcopus in concilio Milevitano adfuit III 664, 4.

Gildon simul cum Optato notus erat et eius fama fervebat II 401, 10.

Gildonianus cognomine vocabatur Optatus II 157, 4.

Gippitana ecclesia, presbyter Gippitanus II 233, 4. 6.

gladius: litus melle gladius *(proverb.)* II 257, 3 *(Hier.)*. 353, 16. tribulationem gladii nomine significatam esse credibile est, quo materna anima vulnerata est doloris affectu III 378, 17—379, 5. *v.* framea.

Glaucia proles, simillimi gemini I 33, 14.

Glorius unus fuit ex Donatistis illis, ad quos A. dedit epp. 43 et 44.

Gog et Magog bella et templi aedificationem deo iuvante explicare se posse sperat Hieronymus, quamvis sit difficile III 544, 12.

Gothos aliquando nonnulli ex Donatistis volebant sibi conciliare IV 2, 1.

Graeci quid δεήσεις, εὐχάς, προσευχάς vocent III 360, 10. pietatem Graeci vel εὐσέβειαν vel expressius et plenius θεοσέβειαν vocant III 598, 9. tractatus populares Graeci homilias vocant IV 453, 5. deo servitus debetur, quae latria Graeco vocabulo nuncupatur III 623, 3. A. quosdam commentariolos in psalmos a veterum Graecorum interpretationibus discrepare docere se posse ait Hieronymus II 262, 4. nonnulli catholici et maxime Graeci trinitatem, quae deus est, magis essentiam quam unam substantiam esse dixerunt II 719, 6. incomparabiliter pulchrior est veritas Christianorum quam Helena Graecorum II 78, 1. certamina philosophorum etiam de loquacissimis Graecorum gymnasiis eradicata atque compressa sunt II 684, 25. non Romanorum fororum sed Graecorum gymnasiorum de philosophia solebant esse certamina II 673, 24. non erat, quod quis vereretur, ne in Graecis atque orientalibus urbibus quemquam de Ciceronis philosophia molestum interrogatorem ferret II 674, 10—20. Graeca lingua maxime excellebat in gentibus IV 228, 16.

Graeciae homines non ferre dicit A., si quis Latinorum auctorum libros Graecis praeponere velit II 674, 21. M. Tullius forensis campi signa victricia stupentibus Graeciae scholis laureatus intulit II 579, 7. in epulis canere fidibus clari et eruditi Graeciae viri solebant IV 505, 14.

Grammaticus unus fuit ex Donatistis illis, ad quos A. dedit ep. 43.

gratia dei revelata est per passiónem et resurrectionem Christi III 684, 8, quamquam et tunc erat temporibus patrum sed tamquam illa pluvia, quam Ge-

deon impetravit, tunc velut in vellere occulta, nunc autem velut in area manifesta 682, 14. haec vero temporum distributio refertur ad altitudinem divitiarum sapientiae et scientiae dei 683, 2. resurrectio domini triduana est; primum enim tempus est ante legem, secundum sub lege, tertium sub gratia II 174, 22. non est gratia dei in natura liberi arbitrii et in lege atque doctrina IV 412, 6. 417, 5; *cf.* 121, 12. 126, 1. Pelagius et Caelestius adserebant in eo dei gratiam deputandam, quod talem hominis instituit creavitque naturam, quae per propriam voluntatem legem dei possit implere III 656, 1; *cf.* 657, 1. 675, 17. 677, 5. 678, 7. 692, 16. IV 182, 8. quicumque adfirmat humanam sibi ad vincenda peccata et dei mandata facienda sufficere posse naturam et eo modo gratiae dei adversarius invenitur, anathema sit III 662, 5. omnis intentio gratiae testamenti novi id agit, ne simus ingrati, atque in ipsa gratiarum actione nihil aliud agitur, nisi ut, qui gloriatur, in domino glorietur III 234, 1. testamenti novi gratia habet adversarios, qui non deo tribuere sed potius sibi volunt adrogare, quod boni sunt III 231, 19. gratiam cinis vaccae et aspersio sanguinis et cruentarum multiplicatio victimarum significabat, non efficiebat III 355, 1. gratia utique nullis meritis redditur, sed gratuita bonitate donatur IV 179, 2 nec ista esset gratia, si non daretur gratuita, sed debita redderetur 182, 2; *cf.* 55, 6. gratia quibus datur, misericordia dei gratuita datur et, quibus non datur, iusto iudicio dei non datur IV 415, 5; *cf.* 418, 6. operibus debitum redditur, gratia gratis datur, unde etiam nuncupatur IV 50, 13. gratia evacuatur, si non gratis donatur, sed meritis redditur IV 187, 10. ipsa aeterna vita, quae utique in fine meritis praecedentibus redditur, tamen etiam ipsa gratia nuncupatur non ob aliud, nisi quia gratis datur, nec ideo, quia non meritis datur, sed quia data sunt et ipsa merita, quibus datur IV 190, 21. gratia dei nec parvulis nec maioribus secundum merita nostra datur IV 414, 23; *cf.* 415, 1. 416, 23. vera dei gratia non secundum merita nostra datur, sed dat merita ipsa, cum datur IV 406, 18; *cf.* 73, 1. 13. ne quisquam dicat meritis operum suorum vel meritis orationum suarum vel meritis fidei suae sibi traditam dei gratiam IV 383, 15. non iuxta merita nostra datur donum pietatis sed per gratiam redemptoris IV 400, 9 *(Val.)*. non gratiam dei aliquid meriti praecedit humani, sed ipsa gratia meretur augeri, ut aucta mereatur et perfici, comitante non ducente, pedisequa non praevia voluntate IV 53, 6. quod est meritum hominis ante gratiam, quo merito percipiat gratiam, cum omne bonum meritum nostrum non in nobis faciat nisi gratia? IV 190, 12.

Iustitia gratiam nulla praecessit IV 60, 11. gratia praevenit hominis voluntatem bonam nec eam cuiusquam invenit in corde, sed facit IV 406, 19. gratia dei praeveniuntur hominum voluntates et per hanc illae potius praeparantur, quam propter earum meritum datur IV 421, 12; *cf.* 406, 21. praeparatur voluntas per occultam inspirationem gratiae dei IV 420, 6. voluntas libera tanto erit liberior quanto sanior, tanto autem sanior quanto divinae misericordiae gratiaeque subiectior III 454, 3. lex iubere novit, gratia iuvare; nec lex iuberet, nisi esset voluntas, nec gratia iuvaret, si sat esset voluntas III 673, 15; *cf.* 694, 11. oratio clarissima est gratiae testificatio III 673, 12. inimici gratiae Christi nobis dominicam etiam orationem impiis disputationibus conantur auferre III 664, 16; *cf.* 709, 2. *(Innoc.).* opera ex gratia, non ex operibus gratia IV 48, 18.

Quod singulari quadam susceptione hominis una facta est persona cum verbo, divinae gratiae satis perspicuum clarumque documentum est IV 117, 10. 18. quid operetur in nobis gratia IV 47, 19—49, 19. quid debet esse iucundius vel infirmis gratia, qua sanantur, vel pigris gratia, qua excitantur, vel volentibus gratia, qua iuvantur? IV 78, 14. omne bonum meritum nostrum non in nobis facit nisi gratia IV 190, 13. homo istam vitam recte gerere propter aeternam tanto magis minusve potest, quanto magis minusve adiuvatur gratia dei per Iesum Christum II 511, 10. gratia non invenit eligendos, sed facit IV 57, 17. gratia nos ab illa perditionis massa et concretione discernit IV 48, 6; *cf.* 55, 8. 125, 1. 144, 15. 145, 12. 146, 18. 206, 16. 382, 16. gratia dei per Iesum Christum pusillos cum magnis a morte primi hominis ad vitam secundi hominis transfert IV 47, 19. a corpore mortis huius neminem liberavit aut liberat sua possibilitas sed gratia dei per fidem unius mediatoris dei et hominum III 680, 5. gratiae mirabiliore virtute iusti a morte ad aeternam beatitudinem reviviscent, quam in mortis experientiam non venient IV 174, 27. Paulus docebat non per vetera sacramenta hominem iustificari sed per gratiam Iesu Christi II 360, 8. gratia Christi liberat a reatu peccatorum pusillos cum magnis III 583, 3. gratia dei per Iesum Christum omnes liberantur, quicumque liberantur, quoniam nemo praeter ipsam quolibet alio modo liberari potest III 694, 19; *cf.* 464, 5. IV 58, 21. neque ab illo peccato, quod originaliter trahitur, neque ab his, quae unusquisque in vita propria mala congregat, quisquam liberatur et iustificatur nisi gratia dei per Iesum Christum non solum remissione peccatorum sed prius ipsius inspiratione fidei et timoris dei impertito salubriter orationis affectu et effectu IV

200, 2; *cf.* III 464, 5. quid nobis gratia dei utilius confert in hoc praesenti saeculo maligno, nisi ut moriamur peccato? IV 395, 12. si qui dicunt, etsi non inveniatur homo in hac vita sine peccato, id tamen posse fieri per adiutorium gratiae et spiritus dei, tolerabiliter in id quisque fallitur nec diabolica impietas sed error humanus est III 687, 10. natura humana etiam si in illa integritate, in qua condita est, permaneret, nullo modo se ipsa creatore suo non adiuvante servaret neque sine dei gratia salutem posset custodire IV 77, 9. misericordia et gratia dei convertit hominem, ut iustificetur impius, hoc est ex impio fiat iustus et incipiat habere meritum bonum IV 384, 3. ad dei pertinet gratiam convertere ad fidem suam ipsi fidei contrarias hominum voluntates IV 408, 2. deus gratia sua aufert infidelibus cor lapideum et praevenit in hominibus bonarum merita voluntatum, ita ut voluntas per antecedentem gratiam praeparetur, non ut gratia merito voluntatis antecedente donetur IV 423, 11. religiosae vitae bona deus per gratiam suam iam ex fide petentibus, quaerentibus, pulsantibus donat IV 424, 13. nisi magnis precibus gratia in nos inplorata descendat, nequaquam terrenae labis et mundani corporis vincere conamur errores III 708, 1. nisi adiuvat gratia, nihil pietatis atque iustitiae sive in opere sive etiam in ipsa voluntate habere possumus IV 48, 2. gratia divina privatus necesse est diaboli laqueis inretitus occumbat III 718, 9 *(Innoc.)* quando futurum sit, ut gratia adiuvet III 456, 23.

Praeter scientiam et delectationem legis homo liberatricis indiguus est gratiae IV 198, 4—9. ad illius gratiam confugiendum est, quo duce et qua via ad caelestem patriam pervenitur II 590, 10. 16. gratiam dominus Christus pusillis et magnis ineffabili bonitate largitur IV 157, 11; *cf.* 163, 20. in humana Christi natura est omnis gratiae commendatio III 108, 4. eadem sunt utique munera gratiae patris et filii et spiritus sancti III 355, 21. gratiam doctrina Christiana demonstrat et praedicat esse propriam Christianorum III 675, 21. gratia non omnibus hominibus datur et, quibus datur, non solum secundum merita operum non datur sed nec secundum merita voluntatis eorum, quibus datur IV 415, 1; *cf.* 417, 10. gratia quibus datur, intellegant, quam gratis eis detur, quando iuste utique non daretur, quoniam similem habentibus causam iuste non datur IV 418, 11; *cf.* 59, 5. 64, 23. 145, 12. 146, 9. 179, 6. 206, 16. gratia dei cur ille sic ille autem sic adiuvetur vel non adiuvetur, nescire se fatetur A.; id tamen deum summa sibique nota aequitate facere II 511, 14. si omnes homines liberarentur, lateret, quid peccato per iustitiam debeatur, si nemo, quid gratia largiretur IV 179, 8. cur quidam non per-

mansuri in fide et sanctitate Christiana tamen accipiant ad tempus dei gratiam et dimittantur hic vivere, donec cadant IV 413, 27. non possunt veraciter dicere nihil se mali facere, quia male vivant, quando quidem gratiam, unde bene vivant, non acceperint IV 193, 6—199, 10. gratia dei ad singulos actus datur eis utique, qui iam libero utuntur arbitrio IV 417, 7; *cf.* 72, 24. 412, 7. 414, 25.

De discrimine gratiae, quae in dono perseverantiae tunc primo homini data est et nunc omnibus datur IV 474, 19 *(Hil.)*. quadam non inprobanda ratione dicitur gratia dei, qua creati sumus, ut non nihil essemus nec ita essemus aliquid ut cadaver et arbor aut pecus sed homines, qui ut essemus, et viveremus et sentiremus et intellegeremus III 676, 6; alia est tamen, qua praedestinati vocamur, iustificamur, glorificamur 676, 13—678, 2. non istam gratiam commendat apostolus, qua creati sumus, ut homines essemus, sed qua iustificati, cum mali homines essemus IV 182, 11. de legis et gratiae distinctione III 673, 15—674, 18. difficillima quaestio et paucis intellegibilis est quaestio de gratia dei IV 385, 6; *cf.* 389, 4. in profunditate gratuitae gratiae multorum ingenia conteruntur III 211, 24. de gratuitae gratiae profunditate III 208, 9. 210, 22. 219, 1. liber de gratia novi testamenti *ep.* 140. duodecim sententiae ad gratiam dei spectantes IV 414, 15. apertam protulit apostolus de gratuitae gratiae, hoc est verae gratiae commendatione sententiam IV 204, 26. Innocentius contra eos, qui dei gratiam et adiutorium negant III 705, 8—713, 10. 718, 3—723, 3. iubet deus, ut facere iussa conati et in nostra infirmitate sub lege fatigati adiutorium gratiae poscere noverimus III 455, 17. oportebat, gratiae medicinam non sanata per legem sed convicta infirmitas quaereret IV 143, 11. actum est per legem, ut peccatum agnosceretur et praevaricatione augeretur et sic adversus victoriam peccati ad divinam gratiam confugeretur III 681, 19. de parvulis, qui, quando eis Christiana gratia subvenitur, vocibus, quibus possunt, et motibus reluctantur IV 103, 2.

Actio gratiarum intimo fidelium mysterio celebratur III 218, 7. in sancti altaris sacramento gratiarum actio cuncta concludit III 363, 14.

Gratianus imperator aliqua de Donatistis constituit II 602, 6.

Gregorius episcopus orientalis; eius sententia de videndo deo III 340, 16. 345, 6.

habitus: est quidam pro modulo personae habitus matronalis a viduali veste distinctus, qui potest fidelibus coniugatis salva religionis observantia convenire IV 628, 19.

Hadriae insula II 256, 6.

haeresis quid sit, re vera omnino definire difficile est IV 447, 13. multi praecisi a radice Christianae societatis de sola figura

originis sub Christiano nomine quasi arescentia sarmenta gloriantur, quas haereses et schismata nominamus IV 513, 15.

haereticus: per dissensionem schismatici vel haeretici facti sunt, qui ecclesiae catholicae unitatem et veritatem non tenent II 223, 4. non sacramenta Christiana faciunt haereticum sed prava dissensio II 488, 12. quinam nequaquam sint inter haereticos deputandi II 85, 8. omnes haeretici, qui scripturas in auctoritate recipiunt, ipsas sibi videntur sectari, cum suos potius sectentur errores, ac per hoc, non quod eas contemnant, sed quod eas non intellegant, haeretici sunt II 716, 7. scripturis apocryphis et canonicis quo modo utantur haeretici IV 526, 16—527, 24. 528, 4—532, 10. haeretici doctrinas daemoniorum et sequuntur et promunt II 733, 8 *(Paul.)*. spiritus sanctus contrarius est hominibus sua quaerentibus II 203, 15; ideo animositas haereticorum semper inquieta est 203, 19; *cf.* 205, 19. 445, 13; haereticorum inquietudine tamquam de somno ignaviae nostra excitatur industria IV 213, 21. haereticorum inquietudinem muscae illae brevissimae significaverunt, sub quibus magi Pharaonis defecerunt II 204, 9.

Omnes haeretici ad salutem vocentur, omnes a pernicie revocentur IV 7, 9. quicumque haereticos Donatistas ex occasione legis imperialis non dilectione corrigendi sed inimicandi odio persequitur, displicet nobis itemque quisquis res proprias eorum cupide appetit et quisquis ipsas res pauperum vel basilicas non per iustitiam sed per avaritiam tenet II 493, 13. 494, 1. non obiciendum est haereticis, nisi quia non sunt catholici II 342, 14. haereticos per ordinatas a deo potestates cohiberi atque corrigi non videtur inutile II 445, 13; reges terrae leges contra haereticos et schismaticos pro catholica pace constituunt III 36, 17. leges de idolis confringendis et haereticis corrigendis vivo Stilichone in Africam missae sunt II 517, 14. Theodosius legem generaliter in omnes haereticos promulgavit, ut, quisquis eorum episcopus vel clericus ubi libet esset inventus, decem libris auri multaretur IV 24, 8; *cf.* II 413, 18. 25. 414, 2. haeretici res suas falso appellant, quas nec iusti possident et secundum leges regum terrenorum amittere iussi sunt II 493, 18.

Sanctum sacramentum haeretici foris ab ecclesia habent ad perniciem II 223, 12. deus occulta satis dispositione sed tamen iusta nonnullos haereticos poenis praedestinavit extremis IV 318, 9. haeretici facilius revocari poterunt, cum haeresim a suo senserint auctore damnari III 730, 4. quidam cum ficti putarentur, quoniam iussionis ad nos terrore transierunt, tales posterius inventi sunt, ut quibusdam veteribus catholicis praeferrentur II 424, 19. de haereticis in suis honoribus receptis IV 38, 7. 40, 25.

41, 14. varii haereticorum greges, qui A. erant tempore II 676, 21. A. valde doluit Bonifatium haereticam duxisse uxorem atque haeresim eius in domo sua praevaluisse IV 433, 24.
Hannibal III 143, 8. Hannibalem iuveniliter exultantem Q. Maximus patientia sua fregit II 258, 6.
hastarium *v.* emere.
hebdomades Danihelis utrum primo adventu domini impletae sint, an finem sacculi prophetaverint, an ad utrumque pertineant IV 261, 10. quo modo mysterium hebdomadarum sit impletum usque ad nativitatem et passionem Christi admiratur Hesychius; ad secundum enim domini adventum id putat pertinere IV 242, 8. 259, 18. non ante passionem domini impletae sunt IV 271, 4. tot expositores divinorum eloquiorum hanc prophetiam non solum computatione temporum verum etiam rebus ipsis completam fuisse demonstrant IV 261, 24. illud de hebdomadibus Danihelis secundum tempus, quod iam transactum est, intellegendum putat A. IV 231, 14. Hieronymus temeritatis notat quendam, qui ausus fuerit Danihelis hebdomadas de adventu Christi futuro, non de praeterito exponere IV 234, 21.
Hebion et Cerinthus haeretici propter hoc solum anathematizati sunt, inquit Hieronymus, quod legis caeremonias Christi evangelio miscuerunt et sic nova confessi sunt, ut vetera non amitterent II 303, 8. in Hebionis haeresin delabi II 303, 8. 366, 16. in Hebionis laqueos incurrere II 311, 12.
Hebionitae Christianos esse se simulabant II 303, 12.
Hebraeorum per gentem Christus sui adventus manifestationem congruis sacramentis praefiguravit II 554, 1. mirari se dicit A., si aliquid adhuc in Hebraeis exemplaribus inveniretur, quod tot interpretes illius linguae peritissimos fugisset II 106, 3. Hiericho in Hebraeo eloquio lunam significare dicitur II 181, 5.
Helena Graecorum II 78, 2. Stesichorus inter vituperationem et laudes Helenae fluctuans II 240, 10.
Heli nefandos filios tolerabat Samuhel II 105, 5.
Helias et Enoch, quos finitis peccatis voluit deus vivere, non hic permissi sunt vivere, quoniam hic quisquam sine peccato non potest vivere IV 172, 12. mortui non sunt, sed cum suis corporibus ex ista hominum conversatione translati IV 170, 17. 172, 8: *cf.* 171, 27. 172. 4. attamen ipsi quoque morituri postea perhibentur IV 170, 20; melius enim credi putat A. eos morituros in mundi fine IV 172, 16. horum exemplis non potest ostendi non propter peccatum homines secundum corpus mori IV 170, 27. in persona Heliae prophetae accipiuntur II 201, 1. quadragesima ieiuniorum habet auctoritatem ex ieiunio Heliae II 200, 19. Moyses et Helias nihil contra prandia sabbatorum fecerunt.

cum diebus quadragenis ieiunaverunt II 56, 19.
Helisaeus mortuum suscitavit III 114, 14. sacrato beatus Helisaeus Heliae adhaerebat II 12, 10. Helisaeus poposcit, ut dupliciter in eo fieret spiritus dei, qui erat in Helia IV 94, 21.
Helles pontus I 93, 23.
Heracleotes *v.* Theodorus.
Hercules I 42, 1. Herculis simulacro in colonia Sufetana everso cum tumultus extitisset. Augustinus facile fieri posse ostendit, ut paganis Hercules suus redderetur II 143, 12.
Hermogenianus, ad quem data est ep. 1, Academicos ab A. victos esse scripserat I 3, 6.
Herodes: Solemus dicere sicut in Herode peccata puniri III 569, 16. non frustra infantes illos, qui, cum Christus necandus ab Herode quaereretur, occisi sunt, in honorem martyrum receptos commendat ecclesia III 573, 1.
Heros ab Honorato, Donatistarum episcopo, ad A. missus II 140, 7. A. eum carissimum sibi et in Christo laudabilem virum vocat II 140, 8.
Heros et Lazarus, episcopi Galli, Pelagium et Caelestium auctores nefarii erroris esse arguebant, quorum litteras Orosius presbyter ad concilium Carthaginense detulit III 653, 13. Pelagius quandam conscripsit defensionem, qua se dixit obiectis respondisse Gallorum III 695, 15.
Hesychius, episcopus Salonitanus, per litteras A. adierat, ut de prophetarum dictis, quae ad salvatoris adventum et finem saeculi pertinerent, aliquid sibi rescriberet IV 231, 3. quod A. fecit ep. 197 simulque locos quosdam ex Hieronymi opusculis excerptos, qui eandem rem tractabant, ei misit IV 231, 8. 235, 9. cum praeterea petivisset, ut, quid ipse de hac quaestione sentiret, sibi rescriberet IV 231, 12. 234, 23, Hesychius hoc desiderium explevit ep. 198 adiecta prece, ut plenius dignaretur se rescribendo instruere IV 242, 18. tum A. ep. 199 totam de fine saeculi quaestionem, qua maxima potuit subtilitate, pertractavit. Hesychius sanctus homo dei et sincerissimus frater ab A. dicitur IV 289, 16.
Hieremias tolerabat, a quibus tanta perpetiebatur II 105, 10. Hieremiae, priusquam exiret de vulva, sanctificatio, inquit A., secundum praedestinationem non inconvenienter intellegi potest, quamquam nonnulli hoc in typum salvatoris accipiebant IV 114, 13.
Hiericho in Hebraeo eloquio lunam significare dicitur II 181, 5. huius civitatis muri septimo circumacta testamenti arca corruentes quid significare videantur II 181, 4—12.
Hieronymus presbyter ab adulescentia in monasteriolo cum sanctis fratribus labore desudabat II 260, 7. ibidem variis hinc inde fluctibus se quati et peregrinationis molestias sustinere conqueritur II 68, 4. subitus impetus barbarorum sic Aegypti limitem, Palaestinae, Phoenices, Syriae per-

cucurrit, ut vix manus eorum potuerit evadere III 543, 16. ingruentibus morbis vel dormitione Eustochiae ita se doluisse dicit, ut Anniani libros propemodum contemnendos putaret IV 300, 12. familiarium eius Hierosolymis et in sanctis locis permagna copia erat II 256, 10.

Hieronymus et A. *v.* Augustinus *p.* 136—139. apologiam in Rufinum A. misit et A. multum doluit inter tam familiares viros tantum malum extitisse discordiae atque, ut reconciliarentur, ardentissime exoptavit II 270, 1—274, 10. 278, 5. 352, 2. lectioni librorum A. unquam operam se dedisse Hieronymus negat II 262, 2. ad Alypium et A. ep. 202 ex sancta Bethleem dedit de iugulata haeresi Caelestina gratulans IV 300, 1. 301, 8. A. victoria de Pelagianis reportata adeo laetatus est, ut absque eius nominis mentione, sicut ait, ne unam quidem horam praeterire pateretur IV 215, 1. ipse adversus Pelagium pro gratia Christi et catholicae fidei veritate praecipue conflixit III 667, 12. ab Alypio visus est I 104, 2, quem deinde in epp. 39. 81. 123 ad A. datis salvere iussit. Origenem ac Didymum reprehendit Hieronymus in recentioribus opusculis suis, quamvis Origenem mirabiliter ante laudaverit II 376, 3. de origine animae quid sibi videretur, in opusculis contra Rufinum se scripsisse Marcellino interroganti respondit eumque, ut A. de hac re consuleret, hortatus est III 542, 15. 543, 6. Marcellino Hieronymum scripsisse dicit A. suam esse sententiam singulas animas novas nascentibus fieri III 621, 1. Hieronymi de videndo deo sententia III 337, 11—340, 7, quam ille breviter ac veraciter definivit sic: 'Res incorporalis corporalibus oculis non videtur' III 330, 8. Hieronymus sententiam suam de peccato originali, quam concinentem dicit A. catholicae fundatissimae fidei, in libro contra Iovinianum et in expositione Ionae prophetae definivit III 554, 16. 577, 2. de aequalitate peccatorum quod soli Stoici ausi sunt disputare, in Ioviniano illo, qui in hac sententia Stoicus erat, suavissima et praeclarissima disputatione dilucidissime convicit III 592, 2. locos quosdam de salvatoris adventu et fine saeculi ex Hieronymi opusculis excerptos A. ad Hesychium misit IV 231, 8. 235, 9. opinionem cuiusdam, qui ausus est Danihelis hebdomadas de adventu Christi futuro, non de praeterito exponere, ut temerariam vituperavit Hieronymus, quod A. comprobavit IV 234, 20. in aliquo libro Hieronymus de resurrectione carnis praeclare disputasse laudabatur III 700, 13. anthropomorphis adversabatur III 343, 17—344, 14. contra libros Anniani, pseudodiaconi Celedensis, nondum se rescripsisse dicit sed paucis lucubratiunculis id esse facturum IV 300, 7. in interpretatione librorum canonicorum de Hebraico sensuum potius veritatem quam

verborum interdum ordinem conservabat II 316, 12. periculosum esse ait de magistrorum ecclesiarum iudicare sententiis et alterum praeferre alteri IV 242, 2.

Hieronymi opera: Iob et ex Hebraeo et ex Graeco (LXX) interpretatus est atque hanc interpretationem A. mirabili diligentia factam esse ostendit, quod non idem esse in illa I 105, 14. II 250, 10. psalterium ab Hieronymo translatum ex Hebraeo se non habere scripsit A. IV 620, 6. psalmi XCIII expositio III 343, 22. in Ezechielem commentarii quibus difficultatibus retardati sint, ut etiam tum ad finem adduci non potuerint III 543, 10—544, 16. expositio beati Danihelis de hebdomadibus IV 241, 23. interpretatio Ionae II 321, 5. 322, 1. commentarius *sive* liber explanationum in Ionam II 322, 9. 351, 4. III 555, 6. 577, 2. evangelii interpretationem ex Graeco paratam comprobat A. et plurimum censet profuturum esse Hieronymum, si eam scripturam Graecam, quam septuaginta operati sint, Latinae veritati reddiderit II 253, 17. nesciebat enim hanc interpretationem de Septuaginta factam iam esse editam, quod cum comperisset, ut sibi mitteretur, obsecrabat II 385, 19. cui desiderio Hieronymus cur parere non potuerit III 639, 6. scripta in epistulas apostoli Pauli I 107, 6. in commentariis epistulae ad Galatas imbecillitatem virium suarum sentientem Origenis commentarios secutum se esse confessus est II 286, 2. 287, 9 et alios Graecos 286, 7. contra Iovinianum III 555, 2. 577, 2. 592, 4. 597, 13. liber adversus Rufinum III 567, 5, ubi elegantissimam similitudinem A. laudat 15. opuscula contra Rufinum III 542, 15; *cf.* II 243, 3. opus recentissimum, quod sub nomine Critobuli adversus Pelagium modo edidit III 700, 3. liber de optimo genere interpretandi II 320, 2, quem A. cupiebat legere II 386, 1. liber venit in A. manus, qui inscriptione carebat, sed epitaphium appellari dicebatur, quam inscriptionem non convenire A. censebat II 71, 1. cui respondit Hieronymus librum vel de inlustribus viris vel proprie de scriptoribus ecclesiasticis esse appellandum; epitaphium autem se olim scripsisse in dormitione Nepotiani presbyteri II 284, 3—285, 8.

Hierosolyma *v.* Hierusalem.

Hierosolymitanum concilium II 361, 12, regnum III 575, 3. Hierosolymitanae antistes ecclesiae IV 75, 9. res populi Hierosolymitani caelestis II 510, 27.

Hierosolymitica praecepta IV 519, 14.

Hierusalem ab Africo posita est, unde nomen Christi est diffusum II 607, 21. evangelium coepit ab Hierusalem II 466, 9. non debemus ambigere, quando eversa est Hierusalem, fuisse in illo populo electos dei IV 269, 23. talia mala dicit Iosephus illi populo tunc accidisse, ut vix credibilia videantur IV 270, 17. signa, quae in evangelio fu-

tura praedicta sunt, alia ad excidium Hierusalem pertinent, alia ad adventum Christi per ecclesiam, alia ad ipsum finem, in quo apparebit vivos iudicaturus et mortuos; quid igitur eorum signorum ad quid horum trium referendum sit, diligenti consideratione cernendum est IV 265, 9—271, 18. capta Hierusalem tenetur a Nabuchodonosor nec Hieremiae vult audire consilia; quin potius Aegyptum desiderat, ut moriatur in Taphnes et ibi servitute pereat sempiterna II 746, 2 *(Hier.)*. caelestis Hierusalem, libera mater nostra IV 9, 25. supernae Hierusalem nos omnes cives sumus IV 371, 16. illa Hierusalem, cuius cives sancti angeli II 181, 15. Hierusalem futuram desideramus I 96, 9.

Hilarense oppidum IV 497, 6.

Hilarino et Felici inscripta est ep. 77; *v.* Felix.

Hilarinum, Hipponiensem archiatrum et principalem, Alypius et A. Aurelio episcopo commendaverunt II 83, 19.

Hilarius Pictavensis Origenis et Eusebi psalmorum interpretationem in Latinum transtulit II 318, 12. mendacium non esse monstravit non solum in tropis verum etiam in metaphora III 699, 4. decem provinciarum Asianarum aut zizania non triticum arguebat aut ipsum etiam triticum arguendum putabat II 477, 18; *cf.* 476, 15. eius libros A. opposuit Vincentius, uti negaret ecclesiam crescentem in omnibus gentibus usque in finem saeculi II 467, 6; *cf.* 480, 11.

Hilarius episcopus, ad quem trans mare (III 689, 5) ep. 178 de nova haeresi Pelagiana missa est.

Hilarius, Arelatensis episcopus, praecipuae auctoritatis et spiritalium studiorum vir, in aliis omnibus A. doctrinae admirator sectatorque de praedestinatione et gratia divina iam pridem cum eo per litteras volebat conferre IV 467, 12; *cf.* 479, 6.

Hilarius Syracusanus (III 448, 5. 12.) ep. 156 complures quaestiones A. proposuit, ad quas ille respondit ep. 157 longissima.

Hilarius laicus (IV 478, 16) Massiliae vel etiam aliquibus locis in Gallia quaestiones Pelagianas multum tractari et hominum animos turbari ep. 226 A. scripsit; cui rei provideri oportere IV 469, 4; *v.* Massiliensis urbs. etiam alia eiusdem epistula superior memoratur IV 479, 11. Retractationum libri et liber ‘de gratia et libero arbitrio‘ ut sibi mitterentur, rogat IV 479, 14. recordatur illud tempus, quo praesente delectabatur A. IV 480, 1. socius erat Prosperi, qui et ipse de causa Massiliensi ep. 225 A. certiorem fecit; utraeque litterae coniunctae in Africam sunt missae IV 480, 15. 455, 12. eius frater cum matrona sua ex consensu perfectam deo continentiam devovit IV 481, 3; *cf.* 440, 20.

Hippo (Hippo Regius I 75, 15. 77, 19. II 518, 10), Romana civitas II 29, 23. A. episcopalem sarcinam Hippone sustinebat II

396, 16. 518, 10. ab Hippone Fussala castellum milibus quadraginta seiungebatur IV 348, 13; cum contigua sibi regione ad parochiam Hipponiensis ecclesiae pertinebat IV 348, 1. Hipponiensis ecclesiae praedia A. ut dominus existimabatur possidere III 13, 11. populus Hipponiensis ex magna ac paene ex omni parte ita infirmus erat, ut etiam leviore causa potuerit graviter aegrotare III 2, 4. A. absentiam Hipponienses vehementer nimisque formidabant I 62, 8 et periculosissime ea erant offensi III 2, 9; *cf.* II 742, 10. eximius Hipponiensis regionis possessor et dominus A. sub ironiae adulatione laudabat III 96, 5; unitas catholica regioni Hipponiensi ut diligentius curaretur, A. Celerem rogabat II 215, 22. in regione Hipponiensi, quoniam eam barbari non attigerunt, clericorum Donatistarum et Circumcellionum latrocinia vastabant ecclesias II 643, 11. quantum in campo Hipponiensi haeretica sibi sumeret audacia, A. Caeciliano referendum curavit II 396, 17. A. nuntiatum est Hipponienses se absente morem de vestiendis pauperibus esse oblitos II 743, 17. in Hipponiensi (*sc.* fundo) II 659, 2, de Hipponiensi (*sc.* regione) III 80, 16. ecclesia ad Hipponiensium Regiorum dioecesim pertinens III 83, 9. ecclesia pacis Hipponiensium Regiorum IV 373, 2. clerici catholici regionis Hipponiensium Regiorum II 407, 2. Hipponiensium Regiorum regio praesidiali edicti vigore nondum adiuvari meruit II 396, 12. Hipponienses et Pinianus *v.* Pinianus.

Hispania I 76, 14. Orosius ab ultima Hispania, id est ab Oceani litore Hipponem venit III 621, 13. quidam sancti episcopi de Hispania profugerunt IV 488, 3.

Hispanus: Hispana Priscilliani haeresis III 542, 7. quae nefaria per terras perpetrata sunt, de Hispanis quoque tot provinciis, quae ab his malis diu videbantur intactae, coeperunt nuntiari II 643, 7. Hispanorum animas falsae perniciosaeque doctrinae multo infelicius quam corpora barbaricus gladius trucidarunt III 547, 8.

Hister I 91, 11.

historia quatenus fortassis inter liberales litteras possit numerari II 541, 8—17.

Honoratus episcopus cum quaesivisset, quid in periculis, quae illa tempora adtulissent, episcopi vel clerici facere deberent IV 484, 6, A. respondit ep. 228. idem fortasse est Honoratus ille, qui in concilio Milevitano adfuit III 664, 5.

Honoratus, episcopus partis Donati, A. consilium proposuerat, ut causam suam litteris inter se agerent II 140, 7, quo suscepto A. ep. 49 eius rei initium facere non est cunctatus. Honoratus in vicinia erat A. II 142, 21.

Honoratus in Tagastensi monasterio erat constitutus II 390, 10. Thiavensis ecclesiae presbyter factus est II 388, 6. 390,

9. 391, 14. eius bona utrum ad monasterium Tagastense an ad ecclesiam Thiavensem redire deberent, disceptavit A. ep. 83.
Honoratus, qui nondum erat baptizatus III 196, 3, A. quinque quaestiones proposuerat pertractandas III 153, 7. 155, 3, ad quas A. respondit copiosissima ep. 140 sive libro 'de gratia novi testamenti'. Pelagianos ut caveret, eum monuit A. III 231, 18.
Honorius Augustus imperator III 246, 21. 723, 4. eius leges contra Donatistas II 414, 8. 602, 7. IV 25, 13. 27, 8, contra paganos II 432, 17, de idolis confringendis et haereticis corrigendis II 517, 14. Honori et Theodosi litterae ad Aurelium et A. de opprimenda Pelagianorum haeresi IV 296, 2. 299, 1, ubi secundum synodum Nicaenam conditorem rerum omnium deum imperiique sui auctorem se venerari confitebantur IV 298, 5.
Honorius episcopus in concilio Milevitano adfuit III 663, 8.
Horatiana sententia III 254, 4.
Horatius Ennio vigilantior IV 506, 3.
humor *v.* caro.
Hyginus, episcopus Romanus II 153, 14.
hymnus: hymnus, quem dicunt esse domini nostri Iesu Christi, in scripturis solet apocryphis inveniri IV 526, 14; eius verba obscurissime esse posita 529, 20; agit de eo A. et nonnullos locos adfert 528, 8—18. 528, 29—532, 23.
Hypaneius amnis I 91, 13.
hypocrisis: paries dealbatus, hoc est hypocrisis sacerdotii Iudaeorum III 139, 11. *v.* contentio.
Hyrcania I 92, 27.

Iacob et Israhel unus homo erat habens duo nomina III 196, 5; *cf.* IV 226, 26. 227, 13. semen Iacob ipsum est semen Abrahae III 195, 2. cum Esau et Iacob ex eodem patre, eadem matre, uno concubitu nati essent, antequam aliquid egissent boni aut mali, alterum dilexit deus, odit alterum IV 206, 14. quid deus diligebat in Iacob, antequam natus fecisset aliquid boni, nisi gratuitum misericordiae suae donum? IV 203, 18. 206, 16; *cf.* 208, 13. gentes additae sunt radici Abraham, Isaac, Iacob, ut et ipsae fierent Israhel, id est pertinerent ad semen Abrahae III 196, 20. secundum originem carnis ad Iacob, qui dictus est etiam Israhel, pertinebat gens Iudaeorum, secundum mysterium spiritus ad Israhel Christiani IV 227, 11. cum Christus in infernum descendisset, illis doloribus Iacob solutum esse sunt qui putent III 526, 16. satis aperte dictum videtur animas etiam de femoribus Iacob non sola exisse corpora filiorum IV 153, 15.
Iacobus apostolus Hierosolymis docuit II 51, 17.
Iacobus nuntius cum epistula á Christino ad A. venit IV 603, 10.
Iacobus *v.* Timasius.

Ianuarius episcopus in concilio Carthaginensi adfuit III 653, 3.

Ianuarius, Donatistarum episcopus, ad quem clerici catholici regionis Hipponiensium Regiorum miserunt ep. 88, iam grandi erat aetate II 407, 11.

Ianuarius cum quaedam A. interrogavisset, responsum interim accepit ep. 54 adiecta spe fore, ut, quae interrogavisset alia, alio tempore expedirentur II 168, 24. quod debitum ut redderetur, cum per litteras commonuisset, A. ep. 55 ad eum misit II 169, 4.

Ianuarius, litterarum fidissimus perlator, ab A. cum ep. 186 ad Paulinum missus est, per quem omnia posset tamquam per viventem atque intellegentem epistulam noscere IV 45, 5.

Iason et Bonosus, doctissimi trans mare viri Arriani IV 563, 19.

idolatriam in corde nostro ex consuetudine visibilium constituere conatur humanae cogitationis infirmitas II 710, 5.

idolium. idolothytus: si quis victus famis necessitate nihil uspiam invenerit nisi cibum in idolio positum, ubi alius nullus est hominum, melius tamen Christiana virtute respuitur, si certum est esse idolothytum; si autem vel non esse scitur vel ignoratur, sine ullo conscientiae scrupulo in usum necessitatis adsumitur II 136, 9—20. non peccat, qui cibum postea nesciens manducaverit, quem prius tamquam idolothytum respuit II 133, 17.

idolum: leges contra idolorum cultores Christiani imperatores tulerunt et ex eis multi correcti et ad deum vivum verumque conversi sunt et cotidie convertuntur II 471, 14. non vescendum holere, quod nascitur in horto templi idoli, idemque dicendum est de puteo vel fonte, qui in templo est, praesertim si aliquid sacrificiorum in fontem vel puteum proiciatur II 134, 2. Donatistae ad paganorum sollemnitates veniebant, non ut idola frangerent, sed ut interficerentur a cultoribus idolorum IV 11, 3; nam cultores idolorum, quot quis occideret, ipsis idolis vovere consueverant 11, 9.

Idumaeorum gens secundum originem carnis ad Esau pertinebat, qui dictus est etiam Edom IV 227, 11.

ieiunare. ieiunium: in testamento novo praeceptum est ieiunium; quibus autem diebus non oporteat ieiunare et quibus oporteat, praecepto domini vel apostolorum non est definitum II 54, 21; *cf.* 61, 17. cum offensione neque manducandum est neque ieiunandum, cum per utramlibet intemperantiam scandala concitentur II 51, 13. sicut malum est homini, qui per offensionem manducat, ita malum est homini, qui per offensionem ieiunat II 55, 14. ieiunium certis diebus et maxime festis non agitur II 48, 1. quarta sabbati ieiunat ecclesia, quod eo die consilium reperiuntur ad occidendum dominum fecisse Iudaei II 59, 18.

sexta sabbati recte ieiunio deputatur; ieiūnia quippe humilitatem significant II 60, 16. alii sicut maxime populi orientis propter requiem domini significandam malunt sabbato relaxare ieiunium, alii propter humilitatem mortis ieiunare sicut Romana et nonnullae occidentis ecclesiae II 60, 22; *cf.* 33, 21. non solum Romana ecclesia sed etiam multa ei vicina et aliquanto remotiora sabbato ieiunant, non ieiunant tot ecclesiae orientis et multo maior orbis Christiani pars II 364, 8; *cf.* 56, 5. 160, 5. per omnes orientales et multos etiam occidentales populos Christianos sabbato sobrie modesteque prandetur II 33, 23. 34, 8. 38, 13. non potest testimoniis divinis probari sabbato ieiunandum esse II 43, 22. sabbati carnalem vacationem superstitiosam vocat A. II 53, 12. 54, 12. ad significandam requiem sempiternam, ubi est verum sabbatum, relaxationem quam constrictionem ieiunii aptius convenire sentit A. II 55, 4. episcopo in hac re nolimus resistere II 62, 24 et, ad quamcumque quis ecclesiam venerit, eius morem servet, si pati scandalum non vult aut facere *(Ambr.)* II 62, 14. 161, 8; *cf.* 55, 12. 163, 22. quo tempore pascha celebratur, sic ab omnibus sabbato ieiunatur, ut etiam illi ieiunium celebrent, qui ceteris per totum annum sabbatis prandent II 60, 25; *cf.* 364, 7. de sermone cuiusdam urbici, qui probare contendit sabbato esse ieiunandum II 32, 24—54, 20.

Ieiunari dominico non solet II 33, 19. relaxare ieiunium die dominico reprehensorem non habet Christianum II 33, 13; *cf.* 33, 19. quis non deum offendit, si velit cum scandalo totius ecclesiae die dominico ieiunare? II 45, 2; *cf.* 32, 8. die dominico ieiunare scandalum est magnum, maxime postea quam innotuit detestabilis haeresis Manichaeorum II 56, 7; *cf.* 32, 8. 39, 10. 45, 2. 59, 4. qua re nunc nullo modo dubitare debemus dominicum diem inter ieiuniorum dies non esse ponendum II 59, 14. quadragesima ieiuniorum habet auctoritatem et in veteribus libris et ex evangelio II 200, 19. nonnulli perseveranter in observatione quadragesimae nec quinta sabbati lavant relaxantve ieiunium II 163, 22; *cf.* 165, 5. 168, 10. erant, qui nulla refectione interposita ieiunio quadraginta dierum adpropinquarent; etiam ad ipsum quadragenarium numerum pervenisse quendam A. adseveratum est II 56, 13. diebus dominicis omnibus et quinquaginta post pascha et per diversa loca diebus sollemnibus martyrum et festis quibusque prandetur II 51, 5; *cf.* 47, 12. 21. 48, 1. 4 et stantes oramus, quod est signum resurrectionis II 202, 9; ut autem stantes oremus, utrum ubique servetur, ignorat A. 207, 13. excepto sabbato et dominico in hebdomade quinquies ieiunant multi tota vita sua maxime in mona-

sterio constituti II 37, 15. die ieiunii natalis domini etiam Gippitana ecclesia sicut ceterae ieiunabant II 233, 3.

imagines: imagines vel imaginaria visa phantasiarum nomine cum multis appellavit Nebridius I 13, 8. 15, 6. omnes imagines, quas phantasias multi vocant, in tria genera distribui possunt, quorum est unum sensis rebus inpressum, alterum putatis, tertium ratis I 15, 6—16, 13. a se potius quam a sensu phantasia habet omnes imagines, ita ut phantasticus animus ad imagines suas contemplandas a sensu admoneatur potius quam aliquid adsumat *(Nebr.)* I 12, 21. 25. ratio non potest reddi, quibus causis et quem ad modum fiant imagines, qua denique natura sua subsistant vel in quo subiecto sint III 515, 7.

immolaticius: si quis dubitat de aliqua carne, utrum immolaticia sit, et non est immolaticia, si eam cogitationem tenuerit, quod immolaticia non sit, et ea vescatur, non utique peccat II 134, 17.

imperatores: quod dicunt per quosdam imperatores Christianos multa mala imperio accidisse Romano, haec generalis conquestio calumniosa est III 142, 3; *cf.* 95, 17. quinam imperatores in causa Caeciliani Constantini iudicium sint secuti II 602, 5.

imperiales leges *v.* Tagaste. imperialia instituta *v.* Donatistae (200).

inaures: in ligaturis etiam inaures virorum in summis ex una parte auriculis suspensae deputantur IV 582, 17. inaures signum diaboli appellat A. IV 583, 10.

incarnatio: de incarnatione animae quattuor opiniones III 556, 1. 573, 7. 588, 3. cur quintam, quam Hieronymus commemoravit, A. non addiderit III 556, 11

Antiqui iusti credebant Christi incarnationem futuram IV 112, 17. quaestio usque quaque detrita est eorum, qui dispensationem dominicae incarnationis infamant III 94, 6 *(Marc.)*.

Indi: apud Indos evangelium iam diu praedicabatur II 467, 22.

infans: in infantis anima non ratio nulla est, sed adhuc sopita est II 525, 16. quid in resurrectione mortuorum de illis infantibus intellegendum sit, qui, priusquam possent agere vel bene vel male, sine baptismo corpore exuti sunt III 578, 10. infantes non baptizati non solum regnum caelorum verum etiam vitam aeternam habere non possunt IV 72, 13. quantum sit, quod dei gratia per Iesum Christum praestetur infantibus IV 54, 4.

inferi: non facile alicubi scripturarum inferorum nomen positum invenitur in bono IV 86, 6; *cf.* III 527, 10.

infernum: dominum carne mortificatum venisse in infernum satis constat III 523, 18; *cf.* 527, 24. IV 86, 8. 89, 3. dolores inferni eum solvisse credendum videtur, quibus tenebantur, quos noverat liberandos III 524, 5; *cf.* 525, 23. 527, 24.

quinam isti sint, quos doloribus inferni liberabat, temerarium est definire III 524, 8—528, 11; erant, qui omnes omnino dicerent tunc esse liberatos, quod praesertim propter poetas, oratores, philosophos alios viros ingenio et virtute clarissimos esset acceptissimum 524, 9—525, 9; de primo homine Adam ecclesia fere tota consentit III 526, 6; addunt quidam hoc beneficium antiquis etiam sanctis fuisse concessum, id quod A. in dubium vocat III 526, 15—527, 23. alii dicunt Christo ad inferos descendente eos, qui ibi inventi sunt, solutos esse, quia non audierant evangelium, quod illis viventibus nondum toto orbe praedicabatur III 532, 8.

infirmitates apostolus posuit pro peccatis III 354, 5; *cf.* 354, 11.

ingenium: quaestionem de ingeniorum diversitate Hieronymo proposuit A. III 570, 8.

Ingentium, decurionem Ziquensium civitatis, epistulam Caeciliani exduumviri falsasse contendit Maximus II 410, 18. Ingentius in iudicium vocatus tortus non est, quod se decurionem Ziquensium civitatis esse adseverabat II 410, 20. confessus est in cognitione Aeliani proconsulis falsum se fecisse adversus Felicem, Caeciliani ordinatorem III 243, 20. in qua causa Constantinus imperator, ut Ingentius ad comitatum suum mitteretur, voluit II 410, 23; *cf.* III 243, 19. 244, 2. 4. 10. 14. 245, 5. 10. 15.

immortalis: quod aiunt omne, quod in tempore coepit esse, inmortale esse non posse, A. negat III 566, 14.

immortalitas: nullus hominum existimatur inmortalitatem, nisi mors praecesserit, adepturus IV 173, 17.

Innocentius papa, Romanae urbis episcopus IV 389, 13, epistulam per Caecilianum ad A. misit III 383, 14; item aliam pusillam ad Aurelium et A. III 731, 2. litterae de haeresi Pelagiana ad eum missae sunt ex concilio Carthaginensi (*ep.* 175) et ex concilio Milevitano (*ep.* 176) et a quinque episcopis (*ep.* 177), ad quas rescripsit litteris 181. 182. 183; *cf.* III 690, 12. IV 47, 6. 389, 12. librum, qui Pelagi esse diceretur, a quinque episcopis sibi traditum Innocentius nihil, quod placeret, nihil, quod non penitus displiceret, habere censuit III 729, 6. Innocentio persuaderi non potuit Pelagium esse purgatum III 726, 15. Pelagius et Caelestius a papa Innocentio et a papa Zosimo, nisi correcti etiam egissent paenitentiam, toto Christiano orbe damnati sunt IV 157, 13.

Innocentius episcopus in concilio Zertensi et Milevitano adfuit III 235, 2. 664, 4.

Innocentius presbyter a Circumcellionibus et clericis partis Donati crudelissime caesus est III 81, 3. 85, 11. quo crimine rei ad iudicium sunt deducti III 80, 16. 81, 10. 85, 4. 150, 1.

Innocentius presbyter ep. 202 ab Hieronymo ad Alypium et A.

accepit perferendam IV 299, 7. 301, 8.
instrumenta dominica ne traderentur, diligenter fuerant occultata II 155, 4. *v.* Donatistae (194).
intellegere quod appellamus, duobus modis in nobis fit I 31, 18. magis sunt illa, quae intellegimus, quam ista, quae cernimus I 10, 18.
interpellationes sive, ut alii codices habent, postulationes fiunt, cum populus benedicitur III 363, 10.
interpretationis septuaginta virorum esse gravissimam auctoritatem dicit A. I 106, 1. 7. scripturarum Latina interpretatio in diversis codicibus ita varia est, ut tolerari vix possit II 254, 13; *cf.* 386, 11.
intervenire pro reis officium sacerdotii Christiani est atque ex religione descendit III 396, 6. 398, 19—404, 21. 413, 14; *cf.* 394, 1 *(Maced.)*. compellimur humani generis caritate intervenire pro reis, ne istam vitam sic finiant per supplicium, ut ea finita non possint finire supplicium III 398, 16. ad paenitentiam volumus adduci, pro quibus intervenimus, non eorum peccatis vel parcimus vel favemus III 401, 2. interveniendum non est pro aliquo, ut, quod scelere abstulit, sceleris impunitate possideat, sed ut remissa iniuria, quod iniuriose abstulit, reddat III 422, 15; *cf.* 427, 7. qui pro homine ad hoc intervenit, ne male ablata restituat, et qui ad se confugientem ad restituendum non compellit, socius est fraudis et criminis III 420, 13.
interventor: maiores Donatistarum culpam Caeciliani volentes sopire dedisse ferebantur quendam interventorem populo suae communionis apud Carthaginem constituto, antequam Maiorinus adversus Caecilianum ordinaretur II 115, 23.
Iob cum dixit: 'Homo putredo et filius hominis vermis', putredinem pro mortalitate posuit et filium hominis vermem natum de putredine quasi putrem, hoc est de mortalitate mortalem III 171, 20. de diaboli cum Iob certamine III 184, 6. in Iob commendata est resurrectionis fides; nam filii non in duplum sed totidem redditi etiam illos, quos amiserat, resurrecturos significarunt III 176, 18. in Noe, Danihel, Iob ostendit deus tres quasdam formas iustorum II 647, 18. solemus dicere sicut in Iob merita examinari III 569, 16.
Iobinus, qui serviebat ancillis dei, epistulam ab Evodio ad A. pertulit III 507, 6. 520, 13.
Iohannes Baptista, domini praecursor et amicus sponsi IV 134, 5, quo consilio a deo missus sit III 159, 22. exultatio Iohannis in utero matris facta est divinitus in infante, non humanitus ab infante IV 101, 12; *cf.* 110, 8. quid illa exultatio significaverit IV 100, 21. quo modo discernatur lumen verum a lumine inluminato, id est Christus a Iohanne III 160, 22. perfecta mundatio non in Iohannis sed in nomine domini

baptisma est, si eo se dignum, qui accipit, praebeat II 118, 12.
Iohannes apostolus (evangelista), quem dominus inter discipulos suos praecipue diligebat III 449, 16, Ephesi docuit II 51, 18. reperitur longe ante fuisse defunctus, quam quinque milia quingenti anni a generis humani exordio complerentur IV 258, 21. propter ipsum numerum septenarium, quo universitatis significatio saepe figuratur, Iohannes apostolus in Apocalypsi ad septem scripsit ecclesias II 179, 21; *cf.* 141, 20. duos illos prophetas, de quibus tacitis eorum nominibus in Apocalypsi loquitur, plerique ad Enoch et Heliam referunt IV 170, 20. quod Iohannes dixit: 'Novissima hora est', nonnulli sic accipiebant, ut sex annorum milia constituerent velut unum diem eumque in partes velut horas duodecim partirentur IV 258, 4; A. non duodecimam ait sed vicesimam quartam diei partem esse horam, quo fieret, ut novissima hora, ex quo tempore id locutus esset Iohannes, ante ferme septuaginta annos ut minimum iam repereretur esse transacta IV 258, 10.
Iohannes, qui dudum in pontificali gradu Constantinopolitanam rexit ecclesiam, de Petro a Paulo reprehenso latissimum exaravit librum Origenis et veterum sententiam secutus II 289, 15. 376, 10.
Iohannes, Hierosolymitanae antistes ecclesiae IV 75, 9, Pelagium, ut audivit A., multum diligebat III 691, 21. 693, 30; quae tamen testimonia ipsi Pelagio se opposuisse commemoravisset IV 75, 9. cui cum A. de haeresi Pelagiana scripsisset nec responsum accepisset, subiratus (III 691, 15) ep. 179 iterum eum adiit et, ut sibi rescriberet, rogavit III 691, 20. ad epistulam addidit et Pelagi librum et suum ipsius, quo ei responderat III 694, 4. petivit etiam, ut sibi mitteret, quibus Pelagius perhiberetur esse purgatus, ecclesiastica gesta III 695, 9.
Ionas: de Iona propheta II 570, 8. Ionas figura Christi II 573, 13—575, 2. 577, 16; figura carnalis populi Israhel II 574, 10. de Iona a belua devorato et de cucurbita super eum nata II 570, 9—577, 19. quod factum est de Iona, non incredibilius est, quam vel Lazarum quarto die resuscitatum esse vel ipsum Christum tertio die resurrexisse vel tres illos viros in medio igni deambulasse inlaesos II 571, 2. 572, 3. de Ionae loco, ubi Hieronymus hederam pro cucurbita interpretatus est II 253, 3. 321, 4—323, 11. 351, 4; A. in omnibus Latinis cucurbitam legi malebat II 386, 20.
Iordanes, fluvius in sanctis mysteriis nobilitatus, de quo totiens sermo divinus rerum figurate insinuandarum mysticas similitudines duxit II 186, 1.
Ioseph: ferrum, quod pertransiit animam eius, pro dura tribulatione positum sibi videri dicit A. III 378, 23; *cf.* II 738, 10 *(Paul.; alia eiusdem sententia* II 740, 23).

Iosephus, qui Iudaicam scripsit historiam IV 270, 17.
Iosias servivit deo lucos et templa idolorum et illa excelsa, quae contra dei praecepta fuerant constructa, destruendo IV 18. 1.
Iothor: Christus docuit Moysen per Iothor III 559, 11.
Iovianus imperator successit Iuliano et cito mortuus est II 602, 3.
Iovinianus in quaestione de aequalitate peccatorum Stoicus erat, in aucupandis autem et defensitandis voluptatibus Epicureus III 592, 4. Hieronymus contra eum disputavit III 577, 2; eius vaniloquentiam redarguit III 555, 2; opere splendido de scripturis sanctis dilucidissime eum convicit III 592, 6. 597, 13.
ira: est turbulentus appetitus auferendi ea, quae facilitatem actionis impediunt I 22, 2. inveterascens ira fit odium II 65, 21. odium subrepit, dum nulli irascenti ira sua videtur iniusta II 65, 20. unde ira dei super innocentiam parvuli nisi originalis sorte ac sorde peccati? IV 169, 23.
Isaac, cum Christus in infernum descendisset, illis doloribus solutum esse sunt qui putent III 526, 16. Sarra et Agar et duo filii earum, Isaac et Ismahel, pro spiritalibus et carnalibus figurantur II 450, 9. gentes additae sunt radici Abraham, Isaac, Iacob, ut et ipsae fierent Israhel, id est pertinerent ad semen Abrahae III 196, 20. apostolus commendans filios promissionis hoc prius significatum ostendit per Isaac, filium Abrahae IV 205, 16.
Ismahel ex Agar natus est et Ismahelitarum gentem suo semine propagavit IV 225, 15. Sarra et Agar et duo filii earum, Isaac et Ismahel, pro spiritalibus et carnalibus figurantur II 450, 9.
Ismahelitae secundum originem carnis pertinent ad Agar IV 227, 8; ex Agar enim natus est Ismahel, qui Ismahelitarum gentem suo semine propagavit II 225, 8.
Israhel et Iacob unus homo erat habens duo nomina III 196, 5; *cf.* IV 226, 26. 227, 13. populus Israhel speciali quodam mysterio gens prophetica fuit II 557, 15. intuendum est ac discernendum alium esse Israhel, qui propter carnem nomen accepit, alium vero, qui propter spiritum rem, quae illo nomine significatur, obtinuit IV 225, 12. Ionas praefigurabat carnalem populum Israhel II 574, 10. salutem paenitentiae gentium tanto ante praefiguratam in Iona dolebat Israhel, sicut nunc dolet umbra nudatus et aestu sauciatus II 577, 12. gentes additae sunt radici Abraham, Isaac, Iacob, ut et ipsae fierent Israhel, id est pertinerent ad semen Abrahae III 196, 20; *cf.* IV 229, 17. secundum originem carnis ad Iacob, qui dictus est etiam Israhel, pertinebat gens Iudaeorum, secundum mysterium spiritus ad Israhel Christiani IV 227, 11. et ex Iudaeis et ex gentibus qui secundum proposi-

tum vocati sunt, ipsi verius sunt Israhel III 365, 13. multi enim ex Israhel non sunt Israhel et multi non sunt filii, cum sint semen Abrahae, ac per hoc nec illi sunt Israhel, sicut sumus nos, nec nos sumus Israhel, sicut sunt illi IV 225, 4. 8. sumus igitur Israhel adoptione divina non humana cognatione gloriantes nec in manifesto sed in occulto nec littera sed spiritu nec carnis sed cordis circumcisione Iudaei IV 227, 18. 228, 4. stabit Chananaeus adversus Israhel, cum Chananaei labores abstulerit Israhel IV 36, 2. apostoli volebant scire, utrum iam esset opportunum tempus, quo regnum repraesentaretur Israhel IV 233, 5. deus Israhel, hoc est verus deus III 36, 22. A., doctor Israhel in ecclesia veritatis *(Paul.)* II 500, 21. 723, 11.

Israhelitae secundum originem carnis ad Sarram pertinebant IV 227, 8. unusquisque Christianus sicut non carnalis sed spiritalis Abrahae filius ita non carnalis sed spiritalis Iudaeus nec carnalis sed spiritalis Israhelita IV 224, 22. Christianus utrum etiam Iudaeus vel Israhelita dicendus sit, merito quaeri dicit A. IV 221, 21. 27. non tamen debemus consuetudinem sermonis humani confundere, ut, cum quis sit voceturque Christianus, Israhelitae potius nomine delectetur IV 227, 21; *cf.* 230, 24. evangelio Christi ore diffamato cuncta illa, quae temporaliter apud Israhelitas velut umbratili prius significatione viguerunt, evacuata marcescebant II 574, 20. qui se Israhelitas esse carnaliter gaudebant et praeter Christi gratiam in lege gloriabantur, hi erant, de quibus apostolus ait ignorantes dei iustitiam et suam volentes constituere iustitiae dei non esse subiectos IV 220, 12.

Israhelitici regni tempora II 554, 3.

Italiae quosdam flores commemoravit poeta Latinarum clarissimus litterarum II 428, 10. sapor fragorum et cornorum, antequam in Italia gustavit, A. erat incognitus I 17, 19. Licentius recordabatur dies, quos cum A. Italiae medio duxit I 86, 16. 91, 6. A. ep. et Romae et in Italia haberi dicebatur et ad Hieronymum solum non pervenit, cui soli missa erat II 256, 3. 259, 10. 316, 1.

Italica, eximia et praestantissima et religiosissima vidua II 436, 2. 437, 7. 443, 19. 533, 4, inlustris femina *(Evod.)* III 507, 10, cuius tres epp. A. accepit: unam, quae eius litteras exigebat II 436, 5, alteram, quae has litteras (*ep.* 92) ad eam iam pervenisse indicabat, tertiam, ad quam A. respondit ep. 99 Romam missa II 533, 7. ep. 92 per Cyprianum presbyterum misit eumque rogavit, ut ipse eam perferre dignaretur II 444, 7. qua consolatur eam de obitu mariti II 437, 7; *cf.* 444, 15. eius parvulos filios resalutat A. et grandescere optat II 444, 1. 535, 3. A. priorem ep. ad Italicam (*ep.* 92) in manibus legentem se habuisse dicit Evodius III 507, 10; *cf.* 509, 17.

Italus: lex Iudaeorum prorepsit etiam in fines Italos post Caesarem Gaium aut certe ipso imperante II 552, 1. 7.
Iubaianus: Cypriani epistula ad Iubaianum II 481, 15.
Iudaeam ecclesiae praeponentes ventricolae II 34, 1. Christus intra Iudaeae regiones versabatur IV 502, 19. evangelium coepit ab Hierusalem atque inde in Iudaeam et Samariam et in omnes gentes exiit II 466, 9.
Iudaeus: si quis veteris populi temporibus Iudaeus erat, accipiebat utique circumcisionem I 67, 21; *cf.* II 297, 11. ipse carnalis populus Iudaeorum in templo non solum vinulenta sed nec sobria quidem umquam celebravit convivia I 115, 24. Iudaei tantum modo mensem novorum et lunam observant a quarta decima usque vicesimam primam II 186, 18. sed addendum patres nostri censuerunt, ut nostra festivitas a Iudaeorum festivitate distingueretur II 187, 3. diem sabbati per otium corporale observant Iudaei et ipsa eorum observatio nisi aliam quandam spiritalem requiem significet, ridenda iudicatur II 193, 13. observationes legis salutis necessitate Iudaei celebrandas putabant II 76, 9 et sine illis veteribus sacramentis salvos se esse non posse II 357, 20. per scripturas, quas tenent, adnuntiatum esse Iesum Christum se intellegere et videre dissimulant II 696, 3. soli ex veteribus praeter Christianum nomen in conventiculis suis aliquanto frequentius perdurant II 696, 1. sanctus ille Pharisaeus, quales Iudaei sancti sunt, reportavit sarcinam peccatorum de iactantia sanctitatis II 725, 17. Iudaei destructi sunt a veteri sua gloria sine templo et sine sacrificiis ac sine prophetis in omnium gentium dispersione viventes II 728, 13 *(Paul.)*.

Paulus utique Iudaeus erat, Christianus autem factus non Iudaeorum sacramenta reliquerat, quae convenienter ille populus et legitime tempore, quo oportebat, acceperat II 73, 13. 301, 14. 304, 16. apostolos decrevisse dicit A., ne quisquam gentes cogeret iudaizare, non autem decrevisse, ne quisquam tunc Iudaeos iudaizare prohiberet, quamvis etiam ipsos iam doctrina Christiana non cogeret II 361, 2; *cf.* 360, 15. A., ut ait Hieronymus, eos, qui ex Iudaeis crederent, legi esse subiectos censuit II 288, 5; *cf.* 11. 303, 3. contra quam sententiam Hieronymus pronuntiat caeremonias Iudaeorum et perniciosas esse et mortiferas Christianis et, quicumque eas observaverit sive ex Iudaeis sive ex gentibus, eum in barathrum diaboli devolutum II 305, 8; *cf.* 311, 7. qua re commotus A., quid sentiret, accuratius definivit, cum diceret non esse perniciosas eis, qui eas vellent, sicut a parentibus per legem accepissent, custodire illo dum taxat tempore, quo primum fidei gratia revelata esset; progressu vero temporis illas observationes ab omnibus Christianis fuisse deserendas at-

que tunc detestandas II 305, 6. 368, 3. 369, 17.

Unusquisque Christianus sicut non carnalis sed spiritalis est Abrahae filius ita non carnalis sed spiritalis Iudaeus IV 224, 22. Christianus utrum etiam Iudaeus dicendus sit, merito quaeri dicit A. IV 221, 21. 27; non tamen debemus consuetudinem sermonis humani confundere IV 227, 21. 230, 24. et ex Iudaeis et ex gentibus, qui secundum propositum vocati sunt, ipsi verius sunt Israhel III 365, 13. Aptus se volebat Iudaeum et Israhelitam vocitari IV 229, 21. 230, 4. praedicatores gratiae Christianos Iudaei tamquam hostes legis persequebantur II 76, 5. Philastrius librum scripsit de haeresibus nec illas praetermittens, quae in populo Iudaeo fuerunt ante domini adventum IV 446, 13. Iudaea gens IV 321, 4.

Iudaicus populus II 311, 10. Iosephus Iudaicam scripsit historiam IV 270, 17. caeremoniae Iudaicae II 369, 16. lex Iudaica II 551, 19.

Iudaismus III 373, 11. Iudaismi umbrae III 372, 1. quisquis a carnali Iudaismo esse vult alienus, quid facere debeat IV 221, 1. Raxius multum in Iudaismo profecit IV 321, 10. litteras de cavendi Iudaismi disceptatione Asellicus misit ad Donatianum IV 216, 6.

iudaizare: Aptus quidam docebat iudaizare Christianos IV 229, 21. non quidem nomine sed tamen errore iudaizare Pelagianos ait A. IV 220, 23.

Iudam diabolum Christus tolerabat et primum sacramentum corporis et sanguinis sui nondum illo excluso communiter omnibus dedit II 105, 22. 117, 17. 460, 11. apostoli permixtum sibi diabolum Iudam usque in finem sine ulla sui contaminatione tolerarunt II 620, 2. *cf.* 344, 11.

Iuliana, Demetriadis mater IV 124, 8. 128, 7. 130, 11. A. per litteras certiorem fecit Demetriadem sanctimoniam virginalem esse professam III 380, 17. qua re A. ep. 150 ei est gratulatus. quam cum A. hortatus esset, ne aures praeberet hominibus, qui pravis tractatibus catholicam fidem corrumperent, gratias ei egit adiungens se ac domum suam adeo catholicam sequi fidem, ut in nullam haeresim umquam deviavissent IV 120, 24. 121, 3; *cf.* 119, 11. tum ep. 188 Alypius et A. rescripserunt, qua matrem et filiam monebant, ut haeresim Pelagianam caverent. eius modi librum sine nomine ad Demetriadem scriptum cum legissent, ex Iuliana sciscitabantur, quisnam eum confecisset vel utrum ad eas pervenisset IV 122, 11. 130, 11. cogitabant autem de ipso Pelagio IV 130, 13. Iulianae domum non parvam Christi ecclesiam se deputare declarant IV 121, 11. A. eam per litteras primum, deinde etiam ipsam praesentem cognovit IV 119, 18.

Iulianus imperator, apostata II 456, 20. 602, 23. idolorum servus II 603, 12. Iuliani tem-

pora II 432, 19. Constantini filiis successit Iulianus, desertor Christi et inimicus, qui supplicante Rogatiano et Pontio libertatem perditioni parti Donati permisit, reddidit basilicas haereticis, templa daemoniis II 601, 24. Donatistae Iuliano imperatori in sua petitione dixerunt apud eum solam iustitiam locum habere, quem certe apostatam noverant et idolatriis deditum videbant II 456, 18; *cf.* 602, 1. Iuliano successit Iovianus II 602, 3.

Iulianus adversus unum A. librum quattuor libros scripsit, quos Claudius A. misit IV 341, 4. quibus cum A. respondisset, alios octo edidit; A. his quoque respondere instituit et usque ad quartum pervenit ceteros, quam primum posset, absolvere paratus IV 452, 9. 453, 7. Iuliani octo libros cum Alypius Romae accepisset, quinque descripsit et A. misit promittens ceteros tres cito se esse missurum et multum instans, ne respondere cunctaretur IV 452, 10. Iulianus usquequaque spargere fidei venena non cessabat IV 342, 10. quicquid A. in libris contra Iulianum potentissime debellavisset, hoc totum ait Prosper ab adversariis intentiosissime conclamari IV 458, 16.

Iulianus diaconus ut a Memorio episcopo sibi mitteretur, A. flagitabat, multum enim eum amabat et desiderabat II 542, 21.

Iulianus, clarissimus et egregius iuvenis, cuius domum suis adhaerere parietibus A. dicit II 533, 10.

Iulianus Carthagine reversus Alypi litteras Paulino reddidit I 73, 10.

Iulius, episcopus Romanus II 154; 2. concilio Serdicensi inprobatus II 114; 15.

Iulius episcopus litteras concilii et Carthaginensis et Milevitani et quinque episcoporum (*epp.* 175. 176. 177) ad papam Innocentium pertulit III 703, 7. 715, 8. 724, 4.

Iunoni, inquit Maximus grammaticus, quis ferat praeferri Sanamem? I 38, 1.

Iuppiter tot locis pingitur, funditur, tunditur, sculpitur, scribitur, legitur, agitur, cantatur, saltatur adulteria tanta committens II 430, 20. multo melior Apollonius fuit quam tot stuprorum auctor et perpetrator, quem Iovem nominabant III 145, 10. in Olympo monte Iuppiter castra posuit, cum adversus patrem bellum gereret I 40, 5; *cf.* 43, 1. Terentianus adulescens pictura de adulterio regis deorum ad libidinem accensus II 429, 22. quid Catonem mallet imitari quam Iovem, cum in templis adorare cogeretur Iovem potius quam Catonem? II 430, 3. quis ferat, inquit Maximus grammaticus, Iovi fulmina vibranti praeferri Migginem? I 37, 19.

iurare: sunt qui, quid sit iurare, prorsus ignorant III 487, 9—20. multo tutius numquam iuramus, non quia peccatum est verum iurare, sed quia gravissimum peccatum est falsum iurare, quo citius cadit, qui consuevit iurare III 487, 22;

cf. II 131, 7. sicut non iuras, ita nec alium, si hoc placet, iurare compellas II 131, 12. iurat A. necessitate coactus, sicut fecit etiam apostolus III 14, 7—16, 4. non secundum verba iurantis sed secundum expectationem illius, cui iuratur, quam novit ille, qui iurat, fides iurationis est implenda III 6, 11; *cf.* 17, 23. expectationem eorum, quibus iuratur, quisquis deceperit, non potest esse non periurus III 18, 10. qui iuraverit ab episcopo se non recessurum, non erit periurii reus, si non per ipsum sed per episcopum fit, ut cum eo esse non possit II 225, 21. 25; *cf.* 227, 18. 229, 3. vir et uxor, ut fideliter coniungant corpora sua, iurant sibi plerumque per Christum I 69, 19. si certa mors intentaretur, ut aliquid inlicitum ac nefarium servus dei se iuraret esse facturum, mori malle quam iurare debet III 5, 3; *cf.* 16, 16. quanto, per quod iuratur, magis est sanctum, tanto magis est poenale periurium II 130, 20. quaestio est, utrum non peccet, qui per falsos deos sibi iurari fecit II 130, 22. *cf.* 130, 5. 18.

iuratio: non ideo, quia iuravit apostolus, ludus nobis debet esse iuratio III 487, 21. iurationem cave, quantum potes; melius quippe nec verum iuratur, quam iurandi consuetudine et in periurium saepe caditur et semper periurio propinquatur III 487, 6; *cf.* 448, 18 *(Hil.)*. quamvis dictum sit, ne iuremus, nusquam in scripturis legitur, ne ab alio iurationem accipiamus II 131, 13. denegare iurationem, non dico aliquid contrarium confirmare, sed omnino dubitare fas non est III 16, 10—17, 3.

iustus: non esse consequens, ut ideo sit quisque iustior, quia persecutionem patiatur, exemplis ostendit A. II 115, 4; est enim persecutio iniusta et est persecutio iusta IV 10, 8. quibusdam videbatur morte domini Christi iam talem resurrectionem praestitam iustis, qualis nobis in fine promittitur, id quod A. in dubium vocat III 528, 20—530, 2.

Iuventius nomen est duorum episcoporum, qui in concilio Carthaginensi adfuerunt III 653, 7.

Lacedaemoniae matres filios suos, ut pro terrena patria sanguinem funderent, multo amplius in certamina bellica quam signorum sonitus excitabant IV 573, 14.

laetitia: sollemnitatem laetitiam nominantes vinulentiae nomen frustra conantur abscondere I 114, 16.

Laetus tironem Christi se profitebatur; matre autem potissimum dissentiente cum multis temptationibus eius tirocinia quaterentur, A. litteras desiderabat IV 568, 5. 9. 571, 3. 573, 13. 18. 575, 15. 577, 1. itaque A., qui eum praesentem animadverterat domesticis curis a divino studio retardari IV 578, 2, ei misit ep. 243.

Lampadius episcopus in concilio Milevitano adfuit III 664, 6.

Lampadium quaestione fati ac fortunae non leviter moveri cum A. et praesens animadvertisset et eius litteris cognovisset, dedit ad eum ep. 246.
Lampius apud Barcilonem Paulinum sacravit I 76, 14.
Lanarius *v.* Calpurnius.
Laodicenus *v.* Apollinaris.
lapilli mathematicorum IV 585, 10.
Largus, quem dominum insignem et praestantissimum A. appellat et eximietatis titulo honorat IV 315, 13. 15, cum epistulam ab eo se desiderare scripsisset, A. hoc officio functus est ep. 203.
Latini II 318, 12. III 344, 15. Latinae III 143, 4 *(Iuven.)*. Romanae animae vel Latinae II 552, 4. Latinae linguae inopia in Hipponiensibus regionibus evangelica dispensatio multum laborabat II 393, 9. Hieronymi interpretationem de septuaginta A. desiderabat, ut tanta Latinorum interpretum inperitia careret II 386, 11; malebat iam in omnibus Latinis cucurbitam legi II 387, 2. *v.* Graecia.
Latium: ut dimittantur tempora ante Latium regnatum et ab ipso Latio quasi principium humani nominis sumatur, in ipso Latio ante Albam dii culti sunt II 551, 9.
latria: creatori uni debetur servitus religionis illa, quae uno nomine λατρεία Graece appellatur II 561, 20; *cf.* III 623, 3—624, 9. 626, 6. 649, 10—650, 2. unus deus solus est, cui latria exhibenda est, et unus sine dubio deus est pater et filius et spiritus sanctus III 650, 1; *cf.* 623, 6.
Laurentius, provinciae Caesariensis episcopus, clamare potuit aut in cathedra, cui ordinatus esset, sedere se debuisse aut episcopum esse non debuisse IV 351, 17.
Lazarus: utrum Christi resurrectio an Lazari conveniat promissae resurrectioni II 545, 17. quonam modo intellegatur Abraham, in cuius sinum etiam pauper ille susceptus est, in inferni fuisse doloribus, se quidem non videre dicit A., solos autem duos, id est Abraham et Lazarum in illo quietis sinu fuisse, antequam dominus in inferna descenderet, videri absurdum III 526, 20.
Lazarus episcopus *v.* Heros.
Lazarus presbyter adfuit, cum A. successorem sibi designabat IV 373, 3. eidem aut eiusdem nominis presbytero Darius medicamenta quaedam ad Augustinum deferenda dedit IV 503, 19.
lector: A. mirari se dicit, utrum iam possit lector deputari, qui non nisi semel scripturas etiam non canonicas quamvis in ecclesia legerit II 231, 20—25. homo, qui in ecclesia aliqua iam legere coeperat et non semel sed iterum et tertio legerat, non fuisse lector non potest aut debet iudicari II 228, 21 neque ab alia ecclesia retineri 227, 22.
legere: multitudo cum in ecclesia aderat, legebatur alternatim et psallebatur I 121, 17; *cf.* 121, 12. 122. 11.
Leges urbs IV 655, 8.

Leo episcopus in concilio Milevitano adfuit III 663, 6.
Leo acolithus, per quem Sixtus ep. ad Aurelium misit IV 163, 15.
Leontius, episcopus quondam Hipponiensium, cuius die natali factum est, quod ep. 29 A. narrat I 114 *adnot.*
Leontius diaconus Prosperi epistulas ad A. et A. ad Prosperum deferebat IV 454, 12. cultor erat A., quem per Hilarium salutavit IV 480, 19.
Leporius negabat deum hominem factum non videns quartam se ita introducere in trinitate personam IV 429, 3. ab episcopis Proculo et Cillenio pro sui erroris confidentia correptus atque exturbatus cum in Africam venisset, ab episcopis Africanis corrigendus sanandusque susceptus est IV 428, 10. correctus et ipse et qui cum eo venerant ad suos episcopos cum redirent IV 430, 3, quattuor episcopi, Aurelius, A., Florentius, Secundinus Lepori epistulam sive libellum emendationis nominibus subscriptis confirmaverunt eique litteras commendatorias (*ep.* 219) ad suos episcopos dederunt IV 430, 9.
Leporius presbyter adfuit, cum A. successorem sibi designabat IV 373, 3.
Leuci, qua Leucia solis in ortus tenditur I 91, 15.
Lėucius episcopus in concilio Carthaginensi adfuit III 653, 1.
lex: de lege naturali, quae in eorum apparet aetatibus, qui iam ratione uti possunt, de lege conscripta, quae data est per Moysen, de lege peccati et mortis, quae tracta est ex Adam III 462, 18; lex rationis in parvulo, lex litterae in populo 467, 5. lex in arca est sanctificatio in corpore domini II 205, 4. omnes peccatores terrae praevaricarunt aut legem, quae in paradiso data est, aut legem, quae data est in usu rationis animae rationalis, aut legem, quae data est per Moysen III 462, 18—463, 23. 464, 5. civitatem caelestem omnes leges diversis viis et trāmitibus appetunt *(Nect.)* II 579, 20. 590, 20. saeculares leges II 95, 27. cur leges non petiverint a regibus terrae apostoli IV 17, 7. apostolus Paulus Romanas leges inplorare minime dubitavit, quo exemplo ostendit, quid facere postea deberent Christi dispensatores, quando imperatores Christianos periclitante ecclesia reperirent IV 27, 1. ex imperatorum legibus inprimis adversus Donatistas datis quae fuerit utilitas IV 12, 8. 19, 8. 27, 14. cohercitione exiliorum atque damnorum leges ab imperatoribus datae puniunt haereticos, paganorum autem impietatis capitale supplicium est II 454, 7—13. de lege Theodosii expressius in Donatistas confirmanda concilii decreto legati ad comitatum missi sunt IV 24, 8. 25, 1. ex occasione terribilium iudicum ac legum, ne in aeterni iudicii poenas incidant, corrigi Donatistas cupit A., non necari *ep.* 100. leges illas imperatore nesciente vel nolente constitutas esse inimici ecclesiae iactabant II 517, 16. ex occa-

sione legum de idolis confringendis et haereticis corrigendis non pauci ad Christianam religionem vel catholicam pacem conversi sunt II 519, 12. imperatoris lex de eis, qui in aliqua causa detinentur, ut iudiciis exhibeantur II 660, 6. 23. 662, 4. 21.

De legis utilitate III 452, 9. IV 142, 19. 218, 24. 220, 4. quare in veteri testamento severior legis vindicta ferbuerit III 414, 14. veteris legis sacrificia potuerunt mutari non mutata divinae providentiae ratione III 127, 7. in veteri lege Christi nomen olim fuit prophetatum atque conscriptum III 356, 12. danda fuerat lex, quae manifestius sibi ipsum ostenderet hominem, ne superbus animus humanus a se ipso se posse esse iustum putaret IV 143, 4. lex ostendit hominem sibi ipsum, ut sciat infirmitatem suam et videat, quem ad modum per prohibitionem augeatur potius carnalis concupiscentia, quam sanetur IV 218, 24. actum est per legem, ut peccatum agnosceretur et praevaricatione augeretur III 681, 19. lege utitur legitime, qui intellegens, quare sit data, per eius comminationem confugit ad gratiam liberantem III 268, 19. praecepta legis non viribus humanis sed gratia dei per Iesum Christum observanda sunt IV 230, 7; *cf.* 218, 16. 219, 24. 220, 17. 20. 221, 1—19. gratiae quisquis ingratus velut ad legem implendam de suis viribus fidit, ei fit lex non absolutionis adiutorium sed vinculum criminis III 268, 21. qui putant suis viribus legem spiritalem se posse complere, per hoc fiunt non solum peccatores, quod essent, etiam si legem non accepissent, sed etiam praevaricatores, quod non essent, nisi legem accepissent IV 218, 16. quidam nimium adrogant humanae voluntati, quam lege data putant ad eam implendam sibi posse sufficere. per quorum disputationem suadetur, ut nec orare debeamus, ne intremus in temptationem III 272, 22. 25. magna videtur quaestio, quid sit damnabiliter esse sub lege II 371, 14. 372, 13. damnabiliter sunt sub lege, quos reos facit lex non implentes legem, dum non intellegendo gratiae beneficium ad facienda dei praecepta quasi de suis viribus superba elatione praesumunt II 372, 13.

Hieronymus A. adserere dicit gentiles, qui in Christum credidissent, legis onere liberos, eos autem, qui ex Iudaeis crederent, legi esse subiectos II 288, 4; *cf.* 303, 3. ‘observare legis caeremonias non potest esse indifferens, sed aut malum est aut bonum est; tu dicis bonum, ego adsero malum‘, scribit Hieronymus ad A. II 311, 7; A. autem ipse praecepta illa nec bona esse dicit nec tamen mala 363, 20. sacramenta legis illo tempore, quo primum fidei gratia revelata est, non erant perniciosa his, qui ea vellent, sicut a parentibus per legem acceperant, custodire; progressu vero temporis illae observationes ab omnibus Christianis erant deserendae II 368, 2; nunc quisquis quamvis

sit ex Iudaeis, similiter ea celebrare voluerit, tamquam sopitos cineres eruens erit impius sepulturae violator 367, 18; *cf.* 368, 19. vetera legis sacramenta, cum venisset fides, quae post mortem et resurrectionem domini revelata est, amiserant tamquam vitam officii sui II 367, 11. remanserunt tamen sensim atque paulatim fervente praedicatione gratiae Christi non necessario facienda et, quamvis gentibus inponenda non essent, non tamen debuerunt auferri a consuetudine Iudaeorum tamquam detestanda atque damnanda II 364, 24—365, 6; *cf.* 367, 14. 371, 6. 373, 2.

Libani cedri ad terram depositae et in arcae fabricam compagine caritatis erectae mundi huius fluctus inputribiliter secant I 98, 1.

libellus *v.* fasciculus.

Liber paucorum sacratorum oculis committendus putabatur I 43, 11.

Liberius, episcopus Romanus II 154, 2.

Libya nondum possidebat virum bonum ut A. IV 519, 18 *(Long.)*.

Licentius, Romaniani filius I 101, 23, Alypi cognatus II 17, 3, ingenium accepit aureum I 88, 19. cum A. a pueris intima familiaritate coniunctus erat I 94, 17. recordabatur dies, quos cum illo Italiae medio duxit I 86, 13. 91, 3. Romae remorabatur et in eo erat, ut ad negotia publica accederet II 15, 21; *cf.* I 84, 11. 85, 5. 87, 24. II 10, 19. 12, 5. 14, 5. 17, 8. 14. A. exhortandum eum atque instruendum magna sollicitudine curabat et Paulino commendabat I 101, 25. II 7, 14. 10, 14, 11, 14. eius nomen in aliquibus suis libris inveniri ait I 101, 23. Licentius carmine A. celebravit I 89, 1—95, 8 et litteras ad eum misit I 84, 2. 85, 15 et A. ei rescripsit ep. 26, qua eius ingenium ut ecclesiae conciliaret, ardenti studio nitebatur eumque, ut in Campaniam ad Paulinum vaderet, hortabatur I 88, 1. utrumque et Licenti carmen et suam epistulam Paulino legenda permisit I 102, 5. neque minus sollicitus erat de Licentio Paulinus II 10, 11. 12, 14. in ep. 32 ad Romanianum data ipsum Licentium adloquitur II 11, 6. 14 et etiam carmine ad Christum incitare conatur II 13, 4. 15; addidit panes quinque Romaniano pariter et Licentio II 11, 3. A. eius magistrum vocat et satorem ingenii II 17, 2; *cf.* I 90, 7. 92, 16. 93, 5. II 12, 15. A., inquit, si Licentium, quem Romaniano dignum genuit in litteris, sibi digne filium pariat in Christo, summus Christi pontifex sibi videbitur II 10, 16.

Licinianus Licinius *v.* Valerius.

ligatura: execranda est superstitio ligaturarum, in quibus etiam inaures virorum deputantur: non ad placendum hominibus sed ad serviendum daemonibus adhibentur IV 582, 17.

liminaris pagina *v.* codex.

Liniatensis *v.* Purpurius.

Linus, episcopus Romanus II 153, 12 .

Litorius episcopus in concilio Milevitano adfuit III 663, 7.

litteraе: de Christianarum profunditate litterarum III 99, 14. — communicatorias litteras mittere II 98, 10. 101, 1; *cf.* 91, 24.
litterio *v.* Anaxagoras.
litus: tribunus custodiendo litori constitutus II 661, 24.
Longinianus, homo paganus IV 519, 9. 521, 22, qui sacerdotia aliqua habuit IV 520, 7. Christum non parvi pendebat IV 518, 12, sed de eo quid sentiret, exprimere non audere se. nec valere dicit IV 520, 21. 521, 21. cum A. mutuo amore erat coniunctus IV 518, 19. 521, 1 et de philosophia disputare solitus IV 519, 10. ep. 233 A. ex eo percontabatur, deum quonam modo colendum crederet IV 518, 9. cui cum Longinianus ep. 234 respondisset, A. ep. 235 quaestionem accuratius circumscripsit. Longinianus magna observantia colebat A. IV 519, 4. 13. 19. 520, 23. 521, 1. 10 et identidem patrem vocat 519, 3. 520, 23. 521, 12.
Lucas, sacrae scriptor historiae II 298, 10 *(Hier.)*. Marcum et Lucam evangelistas apostolos fuisse non legimus III 358, 17.
Lucas, servus dei, A. ep. ad Iohannem detulit cito inde rediturus III 691, 18.
Lucianus episcopus in concilio Milevitano adfuit III 663, 4.
Lucifero displicuit, quod, qui ex Arrianis ad ecclesiam catholicam redibant, cum honoribus suis suscipiebantur, et, cui displicuit, in tenebras cecidit schismatis IV 40, 25.
Lucilla, pecuniosissima mulier, pro disciplina ecclesiastica a Caeciliano diacono correpta atque laesa est II 99, 4. 107, 25. eius pecunia maxime episcopi adversus Caecilianum empti et instigati esse perhibebantur II 99, 14. 20. concilium Secundi Tigisitani ipsa conflavit adversus absentem Caecilianum II 108, 20. Maiorinus per eam congregata episcoporum factione Caecilianum damnavit absentem II 108, 7.
Lucillus diaconus, germanus suus, ut sibi mitteretur, Novatus episcopus cum postularet, Augustinus, cur id facere non posset, epistula 84 exposuit. idem fortasse est
Lucillus episcopus, qui in concilio Milevitano adfuit III 664, 3.
Lucinianus, A. iuvenis amicus I 11, 14. 23, 8.
Lucitas inter martyres haud parvo cultu suspicitur I 38, 3.
Lucius, episcopus Romanus II 153, 18.
Lucius episcopus in concilio Milevitano adfuit III 664, 1.
lumen: quo modo discerneretur lumen verum a lumine inluminato, id est Christus a Iohanne III 160, 22.
luna: de luna crescente et decrescente II 175, 12—177, 16. quamvis Christiani ad solis et lunae computationem pascha celebrent, non tamen de sole et luna annuis menstruisve temporibus actionum suarum eventa coniciunt II 182, 14. 183, 9—185, 3.
lunaris: de incrementis et decrementis lunaribus, maxime quid delirarent Manichaei II 175, 14—177, 16.

Lupicinus, servus dei, ep. 145 pertulit ad Anastasium III 266, 16.
Lycium Academiae II 579, 1. praeceptor ex Lycio III 91, 1.

Macariana persecutio II 113, 11. Macariana tempora II 112, 18, quae Donatistae catholicis obiciebant I 70, 11. invidia Macariani temporis II 113, 12. ecclesiam catholicam Donatistae appellabant Macarianam II 142, 9 et catholicos Macarianos II 406, 13.
Macarii saevitia II 113, 16. persecutio per Macarium facta II 487, 9. in illis omnibus partibus, unde terras evangelium Christi perfudit, nomen Macarii nesciebatur II 142, 10. Paulinus ad Macarium epistulam consolatoriam scripsit IV 611, 6.
Macedoniani haeretici (II 676, 25) spiritum sanctum, quantum in ipsis erat, a divinitate excludebant II 699, 11 dicentes eum esse creaturam IV 42, 6.
Macedonius, negotiosissimus, ut ait A., in re publica vir et non suis sed aliorum utilitatibus attentissimus III 395, 18. eius virtutes idem praedicat III 440, 3. 441, 20. 447, 20. lenitatem et humanitatem laudat III 397, 4; *cf.* 408, 16. hominem acutum et doctum vocat III 427, 14 et rei publicae amatorem III 437, 13. Macedonius A. ep. 152 interrogavit, quid esset, quod officium sacerdotii sui esse dicerent Christiani intervenire pro reis et, nisi obtinerent, offendi, quasi, quod esset officii sui, minime reportarent III 394, 1. ad quod A. rescripsit longissimam ep. 153. scripta promissa se non accepisse Macedonius apud A. querebatur III 395, 11; accepta magna cum delectatione et admiratione evolvit III 428, 16 et gratias egit ep. 154. quo facto ep. 155 A. ad eum dedit, ubi disseruit de vita beata. etiam de Italia se rescripturum esse Macedonius A. est pollicitus III 430, 4. A. apud eum interveniebat et, quod optabat, obtinuit III 393, 8, sicut ille in ecclesia Carthaginensi intercesserat pro clerico III 407, 9. Macedoni edictum ad Donatistas III 447, 12.
Macedonius, a quo A. decem et septem solidos mutuatus est IV 652, 21.
Machabaei pro veteribus sacramentis martyres facti sunt II 76, 4. 310, 2.
Macharius, cuius adventum A. expectabat propter negotium, quod non curare non poterat I 114, 2.
Macrianensis *v.* Deuterius.
Macrobius, Donatistarum Hippone Regio episcopus II 611, 17. 628, 8. 634, 17. III 150, 19. bonae indolis iuvenem eum esse A. audiebat et existimabat II 613, 12; ingenii eius et eloquii facultatem laudavit II 629, 22. nuper ordinatus est II 612, 1. 613, 9. 18. Circumcellionum clericorumque duces eum ingredientem Hippone cum suis cuneis deduxerunt II 628, 7. alio tamen die per Punicum interpretem honesta et ingenua indignatione probra in eos iactavit factis corum inritatus potius quam delectatus obsequiis II 628, 11. A. Maximum

et Theodorum cum epistula 106 ad eum misit, ne subdiaconum ipsius Rusticianum (II 632, 24) rebaptizaret. qui postquam ep. 107 ei significaverunt Macrobium id, quod ab eo poscebatur, recusare, alteram ad eum dedit ep. 108, qua de recusationis iniquitate, de baptismatis iterandi iniuria, de schismatis vanitate fusius disserebat. Macrobius stipatus cuneis perditorum utriusque sexus hac atque illac circuit aperuitque sibi basilicas, quas possessorum timor clauserat III 150, 19. cum ipso erat etiam ille Donatus, diaconus rebaptizatus III 151, 5.

Madaurensis *v.* Apuleius. Maximus grammaticus. Madaurensium forum salutarium numinum frequentia possessum dicit Maximus I 37, 8. duo ibi erant Martis simulacra unum nudum alterum armatum I 40, 7. Madaurenses ad A. scripta miserunt, quibus eius auxilium in negotio aliquo petiverunt IV 511, 5. 516, 16. ibi patrem eum vocabant et in domino aeternam salutem optabant, ut in deo et Christo eius per multos annos gauderet IV 511, 19. 512, 11. A. eis respondit ep. 232: litterarum formam miratus est IV 511, 5—512, 24; in negotio, quantum potuisset, se adfuisse et adiuvisse ait IV 516, 16; inprimis autem facere non potuit, quin Madaurenses ad verum dei cultum adhortaretur IV 512, 25—516, 15. 516, 21—517, 8. eos fratres suos et parentes suos vocat IV 516, 14.

Maeotidum plagae I 93, 23.

magicus *v.* Apuleius. David. magister unus Christus docuit Moysen per Iothor *etc.* III 559, 10. periculosum est de magistrorum ecclesiarum iudicare sententiis et alterum praeferre alteri IV 242, 2 *(Hes.)*.

Magog *v.* Gog.

magus: de magorum miraculis, utrum etiam mortuos suscitaverint, illi viderint, qui et Apuleium se contra magicarum artium crimina defendentem conantur non accusando sed laudando convincere III 114, 14. quantum adtinet ad miracula, multum errant, qui prophetis sanctis magos comparant, quanto magis, si eos comparent Christo III 147, 18.

Maior Caelicolarum, novi apud eos baptismi institutor II 120, 27.

Maiorinus per Lucillam congregata episcoporum factione Caecilianum damnavit absentem et contra eum episcopus ordinatus est II 108, 7; *cf.* 87, 14. 116, 4. a transmarinis unitatis episcopis adversus factionem Maiorini Caecilianus purgatus est II 108, 11. papa Melchiades paratus erat communicatorias litteras mittere etiam eis, quos a Maiorino ordinatos esse constaret II 98, 10. Anulinum proconsulem pars Maiorini interpellavit II 407, 18. libellus ecclesiae catholicae criminum Caeciliani traditus a parte Maiorini II 408, 18. 457, 21. pars Donati primo apud Carthaginem pars Maiorini dicebatur II 407, 12. plebs partis Maiorini II 96, 17. 97, 5.

Maiorinus nomen est duorum episcoporum, qui in concilio

Carthaginensi adfuerunt III 652, 8. 653, 7.

Maiorinus: Tolerabis, scribit A. Romaniano, qualemcumque scripturam ex officina Maiorini I 36, 2.

Malchus episcopus in concilio Milevitano adfuit III 663, 7.

Malliana: non solum Mallianae sed in ipsa omnino provincia IV 525, 24.

Mallianensis quidam subdiaconus Victorinus IV 524, 3.

Manichaei naturam mali suo principio praeditam adversus deum conabantur inducere III 556, 7. 557, 2. deum bonum commiscuisse docebant bonum et malum II 346, 5. a substantia mali ipsam boni dei substantiam ex parte corruptam et oppressam et ad peccandi necessitatem perductam esse III 557, 2. deum bonum et verum cum tenebrarum gente pugnasse et partem suam tenebrarum principibus miscuisse eamque inquinatam et ligatam per cibos electorum suorum et per solem ac lunam purgari et, quod purgari de ipsa dei parte non potuisset, in fine saeculi aeterno ac poenali vinculo conligari IV 525, 2. Manichaei solem et lunam adorabant et orabant IV 524, 17. lunam, quod aliquid substantiae accederet ei, augeri vel, quod recederet, minui delira inperitia opinabantur II 175, 15. animas non solum hominum sed etiam pecorum de dei esse substantia et omnino partes dei esse arbitrabantur IV 524, 25; *cf.* III 542, 6. mortem dicebant separationem esse boni a malo II 346, 3.

Manichaei aliique plurimi haeretici falsum Christum venisse credebant III 231, 24. Manichaei negabant Christum natum esse de virgine, contendebant eius carnem non veram fuisse sed falsam ac per hoc etiam falsam eius passionem et nullam resurrectionem fuisse IV 524, 20. legem veterem et prophetas canonicos non accipiebant; haec enim ad deum bonum et ad Christum, eius filium, non pertinere IV 526, 21. patriarchas prophetasque blasphemabant; legem per famulum dei Moysen datam non a vero deo dicebant sed a principe tenebrarum IV 524, 23. domini promissionem de spiritu sancto in suo haeresiarcha Manichaeo esse completam IV 527, 7. plurima divinarum scripturarum falsa esse contendebant codicum corruptione II 356, 8. scripturis, quas canon ecclesiasticus non recepit, haeretici et maxime Manichaei solebant inperitas mentes evertere II 231, 2. quidam Manichaei canonicum librum, cuius titulus est 'actus apostolorum' repudiabant IV 527, 2. Manichaei suis auditoribus ad ieiunandum dominicum tamquam legitimum constituerunt diem II 56, 10; *cf.* 57, 1. 59, 4. IV 524, 18.

Auditores qui appellabantur apud eos, et carnibus vescebantur et agros colebant et, si volebant, uxores habebant, quorum nihil faciebant, qui electi vocabantur IV 524, 12. auditores ante electos genua figebant, ut eis manus supplicibus inponeretur non a solis presbyteris vel

episcopis aut diaconis sed a quibuslibet electis IV 524, 15. Manichaeos in campo Quintiani libenter latitare audivit A. II 231, 4. detestabilis multumque fidei catholicae scripturisque divinis apertissime contraria haeresis Manichaeorum II 56, 8. Manichaeorum deliramenta cum detestatione ridenda II 182, 11. per Theodosium Manichaei nonnulli sunt proditi IV 448, 19. Victorinum apud A. constitit esse Manichaeum IV 524, 3 et, quae credebat, etiam docebat IV 525, 13; sed auditorem Manichaeorum non electum se esse confessus est IV 524, 10. 525, 15; *v.* Victorinus. Manichaeus quidam dicebat se non timere mortem; mortem enim separationem esse mentis a corpore, hoc esse boni a malo II 345, 13. Priscillianistae Manichaeorum simillimi II 57, 1; *cf.* III 556, 9.

Cornua peccatorum, hoc est Donatistarum Manichaeorumque deus per A. confringere voluit II 10, 8. adversum Manichaeos libros, quos paratos et emendatos mittere potuit, A. misit ad Caelestinum I 45, 2. A. per sua in Manichaeos opera Paulinus cognovit I 123, 19 et hoc pentateucho se satis armatum putabat I 79, 17.

Manichaeus legem destruxit II 308, 1.

Manichaeus animam ἀπόῤῥοιαν dei substantiae esse suspicabatur III 542, 6. promissionem spiritus sancti in suo haeresiarcha Manichaeo esse completam adfirmabant Manichaei IV 527, 8.

Mantuanus rhetor (= *Verg.*) I 39, 7.

Mappalienses homines fundi, quem Crispinus schismaticus possidebat, a possessore timefacti sunt rebaptizati, qua re A. ad eum misit ep. 66. cum Mappaliensibus Punice agi necesse erat II 236, 11.

Marcellinus, tribunus et notarius III 30, 3. 34, 7. 85, 7; Apringi frater III 85, 7; fidelis et religiosus Christianus III 81, 8. 82, 1. 83, 12. 84, 4. 388, 20. 389, 8. 28. 556, 13. 621, 1; amicus A. carissimus et divinarum studiosissimus litterarum IV 155, 15; *cf.* III 556, 14. pro ecclesiae utilitate missus est et causae ecclesiasticae ei potissimum sunt iniunctae III 83, 7. 14. Marcellini edicto de conlatione cum Donatistis habenda in omnibus se consentire ep. 128 universi episcopi catholici declaraverunt III 30, 5. idem ep. 129 ad Marcellinum miserunt, quo responderent ad notoriam a Donatistis ei propositam. Marcellinum cognitorem in conlatione Carthaginensi praemio fuisse corruptum Donatistarum episcopi dicebant III 235, 5. 245, 19. Circumcelliones quidam et clerici Donatistae cum audirentur a Marcellino, virgarum verberibus ac tormentis coherciti horrenda facinora confessi sunt III 82, 6. 85, 6, de homicidio in Restitutum commisso et de caede Innocenti III 80, 16. quos ne forte tanta legum severitate plectendos esse censeret, ut, qualia fecissent, talia paterentur, litteris 133 Marcellini fidem A.

obtestatur III 81, 5. haec gesta, quae Marcellinus promiserat, ut in ecclesia Hipponiensi recitarentur et in omnium notitiam perferrentur, vehementer se expectare scripsit A. in ep. 139 ad eum data III 148, 15; simul iterum rogavit, ut poena illorum praeter supplicium mortis esset III 150, 1 et per diaconum Peregrinum commonitorium ad eum direxit III 150, 15.

Marcellino cum Volusiano cotidiana erat disputatio, quippe cum matris eius precatione compulsus eum frequentius salutaret et ab illo resalutaretur III 93, 10. ep. 136 Marcellinus A. rogabat, ut ad quaestiones quasdam, quae Volusiani animum agitarent, respondere dignaretur. cui rescripsit A. ep. 138, qua ea, quae Marcellinus ipse ei proposuerat, pertractare atque solvere conabatur III 126, 7; *cf.* 153, 5. complures litteras Marcellinus ad A. misisse videtur III 250, 12. 251, 6. libros 'de baptismo parvulorum' A. Marcellino misit, remissos emendare voluit III 152, 5. idem dolere se ait, quod laboribus distentus agere illa nequiret, in quae Marcellinus se petendo et admonendo urgeret III 152, 14, velut libri 'de genesi' et 'de trinitate' ne diutius tenerentur sed ederentur, flagitabatur III 254, 6. nonnullas quaestiones a Marcellino propositas tractavit ep. 143 ad eum data. Marcellinus ab A., quid de animae origine sentiret, cum quaesivisset et hic aestus suos et ignorantiam de ista quaestione fassus esset, scripsit ad Hieronymum, qui rescripsit, ut potius A. consuleret, significavit tamen se potius fieri quam propagari animas credere IV 155, 15; *cf.* III 542, 3. Hieronymus Marcellino suam esse sententiam scripsit singulas animas novas nascentibus fieri III 620, 28. 557, 12—558, 2 et animam esse partem dei III 556, 13. litteris eius tandem aliquando ex Africa acceptis respondit ep. 165 adscribens tacenti ei epistulas se frequenter ingessisse III 541, 16.

De Marcellini morte A. tota fere ep. 151 agit et exponit, quam partem Caecilianus in hac causa habuisse videretur, quamquam ipse eum illius crudelitatis auctorem vel participem fuisse non crederet III 384, 3. 384, 29—385, 9. 386, 16. 387, 21. 25. 390, 2. 391, 13. Marcellinus ne supplicio afficeretur, intercedere A. conabatur, sed impia crudelique perfidia se deceptum esse conqueritur III 384, 9. 24. 385, 28. Marcellinus et eius frater Caecilianum graviter offenderant III 385, 13. subito iussi sunt adtineri III 385, 19 et occisi sunt III 387, 5. 388, 19. 390, 4. Marcellinus ab A. maximis laudibus ornatus III 388, 20.

Marcellinus episcopus in concilio Carthaginensi adfuit III 653, 9.

Marcellus, episcopus Romanus II 153, 20.

Marcellus episcopus in concilio Carthaginensi adfuit III 653, 6.

Marcianensis possessio III 507, 6.

Marcianus Urgensis catholicam unitatem propria voluntate delegit, qui cum fugisset, subdiaconum eius prope usque ad mortem caesum clerici Donatistae lapidibus obruerunt II 597, 18.

Marcianus, antiquissimus A. amicus IV 605, 7, gentilis erat, sed doctrinam Christianam adamavit, de qua re quantum gauderet, A. ei scripsit ep. 258 eumque exhortatus est, ut baptismi sacramentum perciperet IV 609, 5. 12. 610, 6.

Marcio et Manichaeus legem destruxerunt II 308, 1.

Marcionistae legem veterem et prophetas canonicos non accipiebant; negabant enim haec ad deum bonum et ad Christum, eius filium, pertinere IV 526, 21. eorum dissensiones quaestionesque A. tempore iam silebantur II 677, 3.

Marcum et Lucam evangelistas apostolos fuisse non legimus III 358, 17.

Marcus, episcopus Romanus II 154, 1.

Marcus, presbyter Casphalianensis, a nemine coactus propria voluntate catholicus cum factus esset, a Donatistis paene occisus est II 597, 9.

Maria virgo in concipienda prole sancta sub umbraculo virtutis altissimi nullo ardore concupiscentiae carnalis aestuavit IV 109, 18. de Maria matre Volusianus quaestiones A. proposuit; mirum enim videri, quod mundi dominus et rector intemeratae feminae corpus implevisset, pertulisset decem mensium longa illa fastidia mater et tamen virgo enixa esset sollemnitate pariendi et post haec virginitas putaretur intacta III 91, 11. ad quae A. respondit III 98, 3. 100, 12—107, 13. 115, 14. 116, 10. 17. de virginitate sanctae Mariae si hoc, quod scripsisset, non persuaderet fieri potuisse, neganda esse omnia dicit A., quae mirabiliter in corporibus accidissent III 262, 1. passionem Mariae nusquam scriptam esse nec eam usquam legi occisam ait Paulinus II 738, 4. 740, 11; *cf.* 741, 1. in Mariae figura ecclesia est II 717, 20.

Marianus episcopus in concilio Carthaginensi adfuit III 653, 1.

Marinus ab Aquis Tibilitanis confessus traditor II 155, 15.

[Marinus] comes non nomine appellatur ab A., sed tota ep. 151 de perfidia eius et crudelitate est, quam exercuit in causa Marcellini.

Maro *v.* Vergilius.

Mars, cuius duo simulacra erant in foro Madaurensium unum nudum alterum armatum I 40, 7.

Marsos *(ut serpentium domitores)* contradicturos esse ait A., ne dicatur: 'Astuti ut serpentes' II 183, 3.

Martinianus et Religianus episcopi consederunt, cum A. successorem sibi designabat IV 373, 1.

martyr: framea maxime trucidati sunt martyres III 190, 3. non possunt habere martyrum mortem, qui Christianorum non habent vitam IV 319, 18; *cf.* II 621, 14 *(Cypr.)*. III 644, 17. in-

fantes illos, qui, cum Christus necandus ab Herode quaereretur, occisi sunt, in honorem martyrum receptos commendat ecclesia III 573, 2.

Masculitanus *v.* Donatus Masculitanus.

massa: quae est ex Adam massa, tota mortis est IV 61, 1. de massa illius perditionis, quae facta est ex Adam, non discernit hominem, ut eum faciat vas in honorem non in contumeliam, nisi deus IV 382, 16. merito videretur iniustum, quod fiunt vasa irae ad perditionem, si non esset ipsa universa ex Adam massa damnata IV 144, 15; *cf.* 60, 5; quod ergo fiunt inde nascendo vasa irae, pertinet ad debitam poenam, quod autem fiunt renascendo vasa misericordiae, pertinet ad indebitam gratiam 144, 17.

Massiliae vel etiam aliquibus locis in Gallia ea, quae A. contra Pelagianos scripserat, multum agitabantur IV 469, 4; *cf.* 455, 12.

Massiliensis urbs IV 455, 12. apud Massilienses in Pelagianae haeresis reliquiis non mediocre periculum nutriebatur IV 465, 11. de qua re epp. 225 et 226 Prosper et Hilarius ad A. perscripserunt atque, ut succurreret, petiverunt IV 467, 9. 20. 479, 2. 480, 7.

Inter illos Massilienses clari et egregii in omnium virtutum studio viri erant IV 456, 11; *cf.* 467, 11. 478, 15, quorum auctoritatem simpliciores sine iudicio sequebantur IV 456, 13.

mathematicorum tabellae eburneae, lapilli IV 584, 17. 585, 10.

Maurentius episcopus in concilio Milevitano adfuit III 663, 6.

Mauretania II 664, 3. Mauretania Caesariensis occidentali quam meridianae parti vicinior non Africam se vult dici II 469, 21. A. perrexit usque ad Mauretaniam Caesariensem, quo eum ecclesiastica necessitas traxit IV 137, 9. 168, 2. in Mauretania Caesariensi latebat Cartennensis Vincentius II 466, 22. ad Mauretanias est scriptum, quas provincias constabat suos habere primates II 219, 10.

Maurorum episcopi II 219, 13. Donatus cum universis Maurorum episcopis communicavit II 487, 7.

Maurusius et Paternus, Celeris homines in regione Hipponiensi II 215, 22.

Maxima, famula dei IV 635, 3. 636, 24. litteris ad A. datis cum conquesta esset de erroribus perniciosissimis, quibus provincia sua nimium periclitaretur IV 635, 6. 636, 26, A. ad eam misit ep. 264.

Maximianistae (Maximianenses II 108, 23. 402, 11. 676, 23), qui de Donatistarum praecisione praecisi sunt, Donatistis comparati paucissimi erant II 402, 12. concilium Maximianensium femina quaedam conflavit adversus absentem Primianum II 108, 23. A. concilium Secundi Tigisitani adversus absentem Caecilianum cum concilio Maximianensium adversus absentem

Primianum componit II 108, 3—26. Maximianistarum schisma in Bizantio et in Tripoli exarsit II 469, 19. sacrilegium schismatis Donatistarum concilio Maximianistis est exaggeratum II 149, 2. Donatistae acerrimi fuerunt contra Maximianistas II 456, 14. cum Core, Dathan et Abiron, schismatis auctoribus, eos comparaverunt II 328, 13. sed ipsi longe maiore scelere schismatis ab orbe terrarum separabantur, quam quod in Maximianistis se damnasse gloriabantur II 149, 8. quod Donatistae solebant de sustentatis persecutionibus gloriari, in hoc titulo gloriae Maximianistae eos facillime vincebant II 627, 1. 4; *cf.* 24. 328, 18. per iudices ab imperatoribus catholicis missos eos sunt persecuti II 328, 18; *cf.* 149, 4. Maximianistae a Donatistis per iudices expellebantur et sedibus proturbabantur II 630, 23. *cf.* 146, 22. damnati et per iudicia publica de basilicis proturbati in suo rursus honore a Donatistis sunt recepti II 328, 2. 6. 16. 627, 25. III 37, 21. Maximianistas, quos in sacrilego schismate damnaverant et in eorum iam locum alios ordinaverant, Donatistae posteaquam viderunt ab eis populos non recedere, ne omnes perderent, in suis honoribus receperunt IV 41, 14; *cf.* II 328, 16. III 37, 25. 646, 4. cum Feliciano et Praetextato etiam Maximianistarum baptismum receperunt II 147, 9. 328, 21. III 646, 6. a Donatistis recipiebatur baptismus Maximianistarum et exsufflabatur baptismus orbis terrarum II 148, 5. 149, 5. IV 41, 18. Donatistis merito deus reddidit, ut Maximianistas apud Carthaginem schismaticos suos, Primiani damnatores, extra Primianum baptizatores, post Primianum rebaptizatores universali concilio suo damnarent, ut ex eorum numero post non parvum tempus quosdam in honoribus episcopatus sui susciperent cum omnibus, quos damnati extra baptizaverunt II 156, 23. Donatistae Felicianum, quando expellebant de ecclesia, inter damnatos et sceleratos et Maximianistas deputaverunt II 247, 10. Maximianistarum schisma et inconstantia, qua Donatistae adversus eos utebantur, effecerunt, ut solito crebrius homines correcti ad ecclesiam catholicam rediren IV 16, 2—15.

Maximianus, qui dicebatur esse Donati propinquus II 108, 3, a Donatistis apud Carthaginem schisma fecit II 115, 15. diaconus apud Carthaginem contra episcopum suum superbiens a quibusdam episcoporum eiusdem partis facto schismate et in plebe Carthaginis divisa parte Donati ordinatus est episcopus contra episcopum IV 15, 18; *cf.* II 615, 28. per feminam sese a Primiani communione praecidit, congregata episcoporum factione Primianum damnavit absentem et adversus eum episcopus ordinatus est II 108, 3. 23. centum ferme episcopi Donatistarum factione damnabili cum Maximiano conspirantes ausi sunt

damnare Primianum absentem II 615, 21. III 239, 22; *cf.* II 617, 16. 625, 10. III 240, 16. Primianus a ceteris Afris suae communionis episcopis contra factionem Maximiani purgatus est II 108, 9. trecenti decem episcopi Bagaiensi concilio Maximianum et socios eius tamquam mortuos a sua communione segregaverunt II 615, 23. 617, 28; *cf.* III 240, 5. IV 15, 23. quanta verborum pompa id factum sit II 615, 24. 618, 2. 628, 23. Maximiano alii duodecim, qui eius ordinationi interfuerant, coniuncti sunt II 615, 27. IV 15, 23; *cf.* II 418, 3. 629, 4 et apud tres aut amplius proconsules accusati, ut e sedibus suis iudiciario vigore pellerentur II 616, 12; *cf.* 20. 627, 6. III 33, 17. ceteris praestituto die redeundi est concessa dilatio salvis suis honoribus, si intra temporis terminum remeassent II 616, 1. IV 15, 24; *cf.* II 616, 19. III 37, 26, quos in Maximiani sacrilegi surculi communione inpollutos mansisse dixerunt III 37, 28; *cf.* II 626, 18. III 33, 21. 240, 7. 22. Donatistae eos, qui Maximiano societate coniuncti communicabant, non inquinari dicebant, inquinatos autem esse populos Christianos per Caecilianum, cuius non modo causam sed multi ne nomen quidem nosse potuerunt II 625, 9—626, 27. Maximianus talem persecutionem pertulit, ut ecclesia eius usque ad fundamenta diueretur II 115, 18.

Donatistae ex ipsis duodecim quosdam et ex illis, quibus dilatio data fuerat, post diem positum redeuntes in suis honoribus susceperunt IV 15, 26; *cf.* III 33, 19. 37, 25. 240, 2. baptismum vel a damnatis vel a sociis eorum quamvis foris in schismate datum rescindere atque iterare non ausi sunt III 37, 29; *cf.* 33, 19. IV 15, 28. quotquot baptizaverunt, qui cum Maximiano communicabant, a Donatistis recepti sunt neque ulli baptisma est repetitum II 147, 10. 148, 3; *cf.* III 240, 4, velut quos Felicianus baptizavit, qui multo tempore cum scelerato Maximiano communicabat II 247, 1—18. 417, 27. 611, 2. 612, 25. 614, 27. 618, 21. baptismi aqua illa non Maximiani fuit, unde Donatistae se non abstinuerunt II 617, 11—619, 3. Donatistae se in Maximiani causa inexplicabiliter implicaverunt II 630, 15. cum de causa Maximiani urguerentur, ore suo coacti sunt confiteri nec causam causae nec personam personae praeiudicare III 249, 10; *cf.* 240, 10. 241, 7. occultae dei providentiae fuit, ut in causa Maximiani speculum Donatistis correctionis propinaretur II 617, 2. 624, 28. Africana ecclesia vel auctoritate vel numero longe minor erat comparata ceteris Christianis omnibus gentibus quam pars Maximiani comparata parti Primiani II 108, 15.

Maximianus, episcopus Bagaiensis, et eius frater Castorius a Donati parte fugientes ab ecclesia catholica erant suscepti II 243, 18. 244, 13. 21. sed cum Maximianus ob varia incommoda ab episcopatu se abdica-

visset, Castorium, ut illi succederet, obsecrabant Alypius et A. ep. 69.

Neque fieri posse videtur, quin eundem esse putemus illum Maximianum, episcopum Bagaiensem, qui a Donatistis crudelissime caesus cum Romam venisset, horrendis ac recentissimis cicatricibus imperatorem commovit, ut leges severissimas in Donatistas constitueret II 414, 7. IV 25, 11. quae scelesta ac nefaria facinora in Maximiano commissa sint IV 25, 20—26, 17. auxilium petivit ab imperatore Christiano non tam sui ulciscendi causa quam tuendae ecclesiae sibi creditae IV 26, 18.

Maximianus VII. consul II 155, 1.

Maximinus erat in episcopis concilii Zertensis III 235, 3.

Maximinus, episcopus Donatista Sinitensis I 64, 2. II 597, 23, quod non rebaptizaret, laudabatur I 65, 3. sed cum A. presbytero nuntiatum esset diaconum Mutugennensem ab eo esse rebaptizatum I 65, 10, absente episcopo Valerio ad eum dedit ep. 23. rogans, ut, quid gestum esset, rescriberet, si non rebaptizaret, aperte id fateretur et parva inanique dissensione sublata ad unitatem rediret; ceterum causam istam cum eo agere et pacifica ratione conferre se esse paratum. qui cum ad ecclesiam catholicam conversus esset et nondum de transmarinis remeasset, Donatistae per praeconem clamabant Siniti: 'Quisquis Maximino communicaverit, incendetur domus eius' II 597, 22.

Maximus episcopus in concilio Carthaginensi adfuit III 653, 2.

Maximus presbyter, ad quem Cyprianus epistulam scripsit II 622, 8.

Maximus et Theodorus ab A. ad Macrobium missi, quid ex eo audivissent, rettulerunt ep. 107.

Maximus Ingentium epistulam Caeciliani exduumviri falsasse contendit II 410, 18.

Maximus, qui in titulis librorum manu scriptorum ep. 170 praemissis medicus Thenitanus Eunomianista vocatur, cum ipse quidem ex Arrianis ad ecclesiam catholicam transisset neque vero sui, Alypius et A. in illa ep. hoc multum dolent atque rogant, ut eos, quod didicisset, docere ne differret III 622, 6—623, 2. 630, 4—631, 9; simul catholica de trinitate praecepta ei exponunt. quibus cum postea dubitatio oborta esset, an Maximus grato animo litteras sumpsisset, pusilla ep. 171 ad Peregrinum episcopum data earum formam excusabant. denique ad Maximum data est ep. 171 A vel potius epistulae fragmentum in Primasi commentariis super Apocalypsim servatum. Maximus senili demum aetate catholicus factus est III 630, 11.

Maximus, grammaticus Madaurensis. ep. 16 ad A. misit paganorum religionem laudans, Christianorum cavillans. cui respondit A. ep. 17.

Maximus *v.* Quintus.

Medea cum suis anguibus alitibus iunctis iugo I 15, 18.
medicamenta ab archiatro accepta Darius ad A. deferenda curavit, quae ad levationem doloris et morbi curationem non parum proficerent IV 503, 19.
Mediolanensis episcopus Ambrosius II 62, 3. III 289, 3. 342, 3. ecclesia II 62, 7. 115, 9.
Mediolanium A. mater filium consecuta invenit ecclesiam sabbato non ieiunare II 160, 17. imperator praecepit, ut episcopi Mediolanium sequerentur II 102, 16. 20. miracula Mediolani apud memoriam sanctorum facta II 336, 3. Mediolani Alypius initiatus est I 76, 9. Philastrium, Brixensem episcopum, cum Ambrosio Mediolani A. vidit IV 446, 13.
Megalius senex defunctus est et depositus ante dies ferme viginti quattuor, quam ep. 38 A. scripsit II 65, 11.
Megarius episcopus in concilio Carthaginensi adfuit III 653, 2.
Melania (minor) *v.* Albina, Pinianus.
Melanium (Melaniam maiorem), matrem et aviam, flevisse obitum unici filii A. vidit II 499, 1. ipsa vitam monasterialem elegerat et inprimis dolebat, quod filium idem facere senatoriae dignitatis ambitio prohibuerat II 499, 9—18. perfecta erat in Christo femina II 499, 5. A. eius laudes praedicavit II 500, 16.
Melchiades, episcopus Romanus II 154, 1. vir optimus, filius Christianae pacis, pater Christianae plebis II 98, 14. eo cum collegis suis iudicante nihil in Caeciliano probari potuit, quo in episcopatu confirmato Donatus est inprobatus II 87, 21; *cf.* 601, 4. Melchiades illud iudicium non usurpavit, sed imperatoris iussu accepit II 96, 6. eius sententia de pace cum Donatistis concilianda II 98, 4.
Melchisedech prolato sacramento mensae dominicae novit aeternum Christi sacerdotium figurare III 681, 5.
melos: de melo scribere libros forsitan sex A. disponebat, cum sibi otium futurum sperabat, sed frustra II 542, 3.
Membressitanus *v.* Salvius.
Memlonitanus *v.* Armenius.
memoria: de memoria I 13, 7. quamvis non omnis phantasia cum memoria sit, omnis tamen memoria sine phantasia esse non potest I 12, 8 *(Nebr.)*; aliud existimat A. 13, 9. non in omnibus memoriis sanctorum miracula fieri voluit deus II 336, 11.
Memorius episcopus libros de musica ab A. flagitaverat II 542, 2. cui A. ep. 101 respondit et sextum librum, quem emendatum reppererat, non distulit mittere II 542, 18. quibus numeris consisterent versus Davidici, se scripsisse negavit; nam id quoque Memorius flagitavisse videtur II 543, 8.
mensis: propter vitae nostrae novitatem primus mensis in anni mensibus celebrationi paschae adtributus est; nam ipse dicitur et mensis novorum II 174, 18; *cf.* 179, 13.

mentiri: magna quaestio est, sitne aliquando mentiri viri boni, immo viri Christiani II 374, 1.

Mercator cum litteras ad A. scripsisset neque responsum accepisset, non sine indignatione alteras ad eum dedit et alium adversus novos haereticos librum refertum sanctarum testimoniis paginarum IV 167, 13. 168, 7. ad quae A. rescripsit ep. 193.

Micio Terentianus II 11, 8.

Migginem Iovi praeferri indignabantur pagani I 37, 19.

Mileum A. ire noluit, ubi Donatistae concilium erant habituri II 26, 11.

Milevitana regio II 518, 8, synodus III 715, 4. concilium III 664, 7. 715, 9. IV 47, 3. Severus Milevitanae antistes ecclesiae II 8, 5; *cf.* 518, 8. IV 374, 2.

Minaeorum, quos vulgo Nazaraeos nuncupabant, dicebatur haeresis, quae usque ad Hieronymi tempora per totas orientis synagogas inter Iudaeos erat et a Pharisaeis damnabatur II 303, 13.

Mincius flumen: de Mincio in Eridanum emigrare II 670, 17.

Minervae, inquit Maximus grammaticus, quis ferat praeferri Sanamem? I 38, 1. Athenae civitas erat Minervae eiusque numini consecrata II 134, 4.

minister: A. interrogatus, quid ministri ecclesiae in periculis, quae illa tempora invenerunt, facere deberent, respondit ep. 228.

Moeris Vergilianus II 258, 10.

Molossos Dodona Talari abscidit finibus I 94, 2.

monacha: nigellae vestes indumentum monachae IV 629, 6. monachae praepositam mutare volebant, quod in perniciosissimum exemplum contra sanam disciplinam factum inprobabat A. IV 357, 1. 358, 15. ad monachas inter se dissentientes A. cur noluerit venire, cum eius praesentiam quaererent IV 356, 5.

monachus: de monachorum vita et officiis *ep.* 48. sic diligendum est otium monachis, ut se ab omni terrena delectatione refrenent et meminerint nullum locum esse, ubi non possit laqueos tendere diabolus II 138, 19. monachos sanctas orationes vigilantiores et magis sobrias habere credit A. II 137, 14. de muliere, quae omnia vel paene omnia, quae habebat, duobus transeuntibus monachis tamquam pauperibus eroganda inscio marito donavit IV 624, 18. Bonifatius se in otium sanctum conferre cupiebat atque in ea vita vivere, in qua servi dei monachi vivunt IV 433, 8.

monasterium feminarum qui regebat presbyter, appellabatur praepositus et, quae monasterio praeerat, praeposita, mater IV 358, 15. 17. 19. 20. 359, 2. 4. 7. 10. 11 *al.* praescripta, quae feminis in monasterio constitutis dedit A. IV 359, 18—371, 4. quo modo difficile A. est expertus meliores, quam qui in monasteriis profecerunt, ita non est expertus peiores, quam qui in monasteriis ceciderunt II 344, 16. in solitu-

dinibus Aegypti, ubi monasteria quasi secura degebant, a barbaris interfecti sunt fratres II 643, 5. presbyter non solum alibi ordinatus sed in monasterio adhuc constitutus si re sua non vendita nec per manifestam donationem in quempiam translata moreretur, non nisi heredes eius in eam succedere videbatur A. II 390, 9; *cf.* 391, 13. quas perturbationes A. liber inprudente abbate Valentino in monasterium delatus excitaverit *ep.* 216.

[Monnica], Augustini mater, de sabbati ieiunio sollicita in Ambrosi episcopi sententia acquievit II 62, 4—17. 160, 17—161, 11.

Montanus *v.* Cataphrygae.

Montensium vocabulum Donatista paucis praesidens Afris in urbe Roma propagavit II 154, 5.

mori: quod Enoch et Helias mortui non fuerunt, sed cum suis corporibus ex ista vita translati, nequaquam ostendit non propter peccatum homines secundum corpus mori IV 170, 17—31; *cf.* 172, 8—19. de illis, qui adveniente domino non videntur esse morituri, sed vivi reperti in inmortalitatem, quae sanctis ceteris datur, ut apostolus dicit, rapientur IV 172, 20—175, 10.

morio: qui tantae sunt fatuitatis, ut non multum a pecoribus differant, moriones vulgo vocant III 570, 12; *cf.* 253, 3.

mors: de morte voluntaria III 432, 1—433, 18. mortem sibi inferre non licet III 642, 18—644, 12; se ipsum interimere inexpiabile nefas est IV 572, 12. mortem qui sibi ipse infert, non solum ad tempus sed etiam in aeternum moritur, etiam si ad mala aliqua cogeretur III 643, 7. 11.

Pueri alicuius beatam mortem enarrat Evodius III 489, 16—490, 25. 495, 9—496, 12. Augustinus consolatur de morte mariti Italicam II 436, 5—438, 2, de morte fratris Sapidam *ep.* 263; *cf. ep.* 259.

mortuorum visiones et visitationes per somnia et extra III 494, 11—495, 8 *(Evod.)*. visitationes mortuorum, qui aliquando venerunt et locuti sunt, quod ita est factum, ut dixerunt III 494, 25—496, 7. 24 *(Evod.)*. 498, 21.

Mosaica lex II 296, 13.

Moyses gestavit typum populi Iudaeorum in Christum passum postea credituri III 306, 12. in persona Moysi lex accipitur II 200, 22. infantem filium Moysi angelus praefocasset, nisi mater arrepto calculo circumcidisset puerum et hoc sacramento imminentem perniciem depulisset I 68, 3. magi Aegyptiorum peritissimi a Moyse, famulo dei, sunt superati III 115, 4. Pharao et Moyses similia fecerunt II 450, 24. tolerabat Moyses adversus deum tot milia murmurantia et totiens offendentia sanctum nomen eius II 104, 27. desiderium dei videndi Moyses ostendit III 293, 21. 294, 7. 295, 19. 300, 1. claritatem domini vidit III 306, 6. spiritus sanctus erat in Moyse II 204, 5. Christus docuit Moysen per Iothor III 559, 11. de Moysi

morte III 492, 21. quinque libri Moysi II 159, 14. Moyses et ceteri prophetae dominum Christum prophetaverunt et ei gloriam magnam dederunt III 115, 7. quadragesima ieiuniorum habet auctoritatem ex ieiunio Moysi II 200, 19; *cf.* 32, 5. 41, 17. Moyses et Helias nihil contra prandia sabbatorum fecerunt, cum diebus quadragenis ieiunaverunt II 56, 19. lex, quae data est per Moysen, nec ipsa potuit vivificare et liberare a lege peccati et mortis, quae tracta est ex Adam, sed magis addidit praevaricationis augmenta III 462, 23; *cf.* 463, 22. Manichaei legem per famulum dei Moysen datam non a vero deo dicebant sed a principe tenebrarum IV 524, 23.

mulieris nomine proprietate Hebraicae linguae omnis femina nuncupatur sive viro intacta sive iam mixta III 158, 28.

Munatius Felix, flamen perpetuus, curator civitatis Constantinensis, apud quem de instrumentorum dominicorum traditione actum est II 154, 22.

Muresis, Optati necessarius, a quo cum litteras de origine animae missas accepisset, A. de hac quaestione consuluit IV 138, 8.

musca *v.* haereticus.

musica, id est scientia sensusve modulandi ad admonitionem magnae rei etiam mortalibus rationales habentibus animas dei largitate concessa est III 565, 10. musica in luctu importuna narratio *(proverb.)* II 241, 8 *(Hier.)*. de musica quae se iuvenem scripsisse dicit A. II 541, 22—543, 16. *v.* David.

Mustitanus *v.* Felicianus. Mustitana civitas II 328, 9.

Mutugennam A. perrexit I 65, 20. villa Mutugenna III 645, 25.

Mutugennensis presbyter *v.* Donatus. diaconus Mutugennensis a Maximino rebaptizatus esse dicebatur I 65, 10.

Nabuchodonosor regis leges ante correctionem et post eam contrariae II 599, 25. 600, 5. IV 7, 22. servivit domino N. omnes in regno suo positos a blasphemando deo lege terribili prohibendo IV 18, 5. in rege N. utrumque tempus figuratum est, et quod sub apostolis habuit et quod nunc habet ecclesia; prius enim tempus illius regis significabat priora tempora regum infidelium, posterius vero tempus tempora posteriorum regum iam fidelium II 453, 16—454, 3. N. persona figurata II 746, 2.

Nabuthaeus stabit adversus Achab, quoniam labores Nabuthaei abstulit Achab IV 36, 4.

Naevius pede longior, quam qui est sex longissimus I 33, 22. 35, 11.

Namphamo significat boni pedis hominem, id est cuius adventus adferat aliquid felicitatis I 41, 15; *cf.* 42, 4. Namphamonem archimartyrem cunctis diis inmortalibus praeferri indignabantur pagani I 38, 1.

nasci: dici non potest iam esse natum hominem, etiam cum adhuc est in utero matris, nam prima nativitas fit matre pa-

riente, non concipiente atque praegnante IV 110, 17. 111, 4.
natura nulla est et omnino nulla substantia, quae non in se habeat haec tria et prae se gerat, primo ut sit, deinde ut hoc vel illud sit, tertio ut in eo ipso, quod est, maneat, quantum potest I 26, 29. omnis incorporea natura spiritus in scripturis appellatur IV 544, 4. naturae possibilitas in haeresi Pelagiana III 660, 11. 678, 10—16. 679, 11—18. 683, 7—13. 690, 2. 691, 4.

Naucellio Donatista interpres erat inter episcopum ipsius Clarentium et A. in causa Feliciani Mustitani; ad eum data est ep. 70.

Nazaraei qui se deo voverant, iuxta praecepta Moysi caput tondere consuerunt II 298, 6. Minaeos vulgo Nazaraeos nuncupabant II 303, 15. 366, 17. *v.* Minaei.

Nebridius, A. ab adulescentia amicus, ad quem ab A. datae sunt epp. 3. 4. 7. 9—14 et ab ipso ad A. 5. 6. 8. totae fere sunt de philosophia; Nebridius enim erat rerum obscurarum ad doctrinam pietatis maxime pertinentium diligentissimus et acerrimus inquisitor, qui valde oderat de quaestione magna responsionem brevem et aegerrime ferebat, quisquis id poscebat II 529, 12. epistulae ultro citroque missae erant frequentissimae, ita ut, quae nobis traditae sunt, perparvus earum numerus esse videatur I 5, 8. 9, 22. 20, 5. 22, 25. 25, 11. 15. 29, 3. 32, 7. adulescens ab A. multa in sermonibus quaerebat ab otioso otiosus II 530, 4; *cf.* I 25, 16. A. epistulae ei Christum, Platonem, Plotinum sonabant I 12, 1. servabat igitur eas ut oculos suos I 11, 21. Carthagini vel ruri vivebat cum matre et fratre Victore I 11, 16. 23, 4. 8. 24, 28. 25, 1. in utroque desiderium una vivendi cum extitisset I 20, 3, A. ep. 10 hanc rem deliberabat et Nebridium hortabatur, ut ipse quoque in commune consuleret, quo viverent simul I 24, 27; *cf.* 25, 6.

Nectarius in Calamensi colonia genitus magna ei contulisse sibi videbatur officia II 426, 11. ubi cum pagani sollemnitatem agitantes gravissimas iniurias Christianis intulissent et metus esset, ne poenam sceleribus dignam subirent, Nectarius ep. 90 ad A. misit, quo civibus suis veniam impetraret suppliciaque deprecaretur. A. respondit ep. 91. post menses ferme octo A. accepit alteram Nectari epistulam (*ep.* 103), qua iterum rogabatur, ut ex nocentibus et confessis ignoscendo potius laudem quam vindicando conquireret, innocentes defenderet et liberaret II 581, 16. A. rescripsit ep. 104. Nectarius provecta erat aetate II 427, 11. 431, 7 et etiam tum paganus II 427, 18. 428, 1. eius pater autem Christianus factus decesserat neque desperandum esse censuit A. fore, ut filius quoque de adquirenda superna patria cogitaret II 428, 1. filium habebat nomine Paradoxum II 593, 8. idem fuisse videtur ille 'Nectarius maior', qui A. propter negotium ali-

quod Calamense precibus onerabat II 66, 20.
neophytus *v.* dies.
Nepotianus presbyter, cuius in obitu epitaphium Hieronymus scripsit II 285, 4.
Neptunus IV 583, 6.
Neronis gladio Pauli sententia confirmata est II 300, 8.
Neuri I 91, 11.
Nicaeno concilio prohibitum erat vivo episcopo Valerio A. episcopum ordinari, id quod uterque nesciebat IV 376, 17. imperatores Honorius et Theodosius iuxta synodum Nicaenam conditorem rerum omnium deum imperiique sui venerari se dixerunt auctorem IV 298, 5.
Nilum dant imbres I 93, 3.
Ninevitarum rex servivit domino universam civitatem ad placandum eum compellendo IV 18, 2. sicut primo iussum est, ut praedicaretur Ninevitis a Iona, sed non ad eos pervenit prophetia Ionae, nisi posteaquam eum cetus evomuit, ita prophetia praemissa est ad gentes, sed nisi post resurrectionem Christi non pervenit ad gentes II 574, 3; *cf.* 577, 11. Ionae erat tristitia de salute Ninevitarum, hoc est de redemptione et liberatione gentium II 574, 11.
Nobilius episcopus A. ad dedicationem fabricae pacis invitaverat, A. autem aetatem infirmitatemque excusavit ep. 269.
Noe, cum Christus in infernum descendisset, illis doloribus solutum esse sunt qui putent III 526, 17. in Noe, Danihel, Iob ostendit deus tres quasdam formas iustorum II 647, 18. in arca Noe inter octo homines reprobus unus inventus est II 343, 15. ecclesiae templum sicut arca Noe in hoc saeculo fluctuat IV 115, 20.
Nolensis *v.* Felix Nolensis. apud Nolenses tanta pro Pelagiano errore obstinatione quosdam niti audiebat A., ut dicerent facilius esse, ut etiam Pelagium desererent, quam ut ab eius sententia discederent IV 68, 13.
notarii ut verba exciperent, postulatum est; qui cum id facere nollent, fratres excipiebant II 110, 21. a notariis ecclesiae excipiebantur, quae dicebantur, nec adclamationes in terram cadebant IV 375, 10; *cf.* III 236, 22. 242, 28. grandem Latini sermonis in provincia Palaestina notariorum se pati penuriam queritur Hieronymus III 639, 6. puer notarius scholastico proconsulis excipiebat *(Evod.)* III 488, 18. 489, 1; *cf.* 495, 11. *v.* exceptor. Marcellinus tribunus.
notoria vel litterae episcoporum Donatistarum III 34, 9. 38, 27. 81, 11. 85, 5.
Novatianum quendam dicere Petrum baptizatum non fuisse, cum dixisset apostolos fuisse baptizatos, A. satis mirari non potuit IV 638, 13. A. nunquam se audivisse ait Novatianos dicere apostolos dedisse paenitentiam pro baptismo ita, ut ante baptismum eam dedissent atque ei, quibus data esset, postea non fuissent baptizati, quia eis illa pro baptismo fuisset IV 644, 11.

Novatus episcopus Darium, quem apud Sitifim cognoverat, A. per litteras et etiam praesens commendavit IV 497, 4. 11. 499, 3. 500, 3. 5. A. scripsit se egisse, ut eum Darius etiam in eius opusculis nosset IV 498, 14. si ad eundem, ut videtur, data est ep. 84, eius germanus fuit Lucillus diaconus ille, quem cum frater secum habere vellet, A. propter linguae Latinae scientiam a se dimittere dubitabat II 392, 10. 393, 9. denique illum quoque Novatum Sitifensem episcopum fuisse existimaveris, qui in concilio Milevitano adfuit III 663, 6.

Numa Pompilius, Romanae gentis praeclarus vir III 135, 6, aliter deos colendos Romanis instituit, atque ab eis vel Italis antea colebantur II 555, 7.

numen: pagani habent in numinibus Abaddires I 41, 7.

numerus intellegibilis infinite crescit, non tamen infinite minuitur, nam non eum licet ultra monadem resolvere; contra sensibilis minui quidem infinite sed infinite crescere nequit, nam quid est aliud sensibilis numerus nisi corporeorum vel corporum quantitas? I 6, 16. ternarius numerus in multis sacramentis maxime excellit II 208, 6. creatura numero septenario figuratur II 201, 13. numero septenario universitatis significatio saepe figuratur, qui etiam ipsi ecclesiae tribuitur propter instar universitatis II 180, 1. quia septenarius numerus solet in scripturis ad quandam perfectionem mysticus apparere, tertia hebdomade lunae pascha celebratur II 175, 2; *cf.* 179, 13. sicut in octonario numero est perfectio beatitudinis nostrae, quia redit ad primum, ita in denario, quia creatura, quae septenario figuratur, adhaeret creatori, in quo declaratur unitas trinitatis II 201, 11. denarius numerus quo modo per universum mundum temporaliter adnuntiatus sit II 201, 11. in numero septimo decimo sicut in aliis multiplices figuras exhibentibus sacramentum mirabile reperitur II 206, 3. numero quadragenario vita ista qua ratione figuretur, quinquagenario autem merces laboris et continentiae, id est vita quietis et laetitiae II 201, 9—202, 8.

Numidae II 219, 16. 220, 6. Numidae collegae II 94, 8.

Numidiae concilium III 668, 8. 669, 5. 690, 15. IV 389, 14. etiam ex Mauretaniis ad Numidiam convocare concilium II 219, 12. primatus Numidiae IV 348, 23. Secundus Tigisitanus agebat in Numidia primatum II 87, 7. Silvanus primae sedis provinciae Numidiae III 39, 20. ecclesia in Numidia constituta III 154, 1. A. et Crispinus ambo in Numidia erant II 144, 8. Donatistarum furor exortus est in media consulari Numidia II 217, 9. excepta Numidia consulari in ceteris provinciis Africanis catholicorum numero Donatistae facillime superabantur III 38, 14. regioni Hipponiensium Regiorum vicinae partes confines Numidiae II 396, 12.

Numidius episcopus in concilio Carthaginensi adfuit III 652, 3.
Nummasius advocatus in causa Maximiani II 626, 9.
Nundinarius diaconus a Silvano, Cirtensi episcopo, degradatus multa patefecit iratus et in iudicium publicum protulit II 99, 16. 155, 18.

obelus, obeliscus *v.* asteriscus. virgula.
oblationes pro spiritibus dormientium I 59, 2. voventur omnia, quae offeruntur deo, maxime sancti altaris oblatio III 363, 1. ubi nec sacrificari potest domino vel ferri oblatio ad altare dei vel inveniri sacerdos, per quem offeratur deo, quid faciendum sit II 655, 1.
'obsecrationes' vel, ut alii codices habent, 'deprecationes' = δεήσεις III 359, 16.
Oceani litus III 621, 14. mari Oceano cingitur universus orbis IV 285, 16. 286, 11. ad Oceani litora in occidentalibus partibus ecclesiam pervenisse iam novimus IV 286, 11. insularum nonnullae etiam in Oceano sunt constitutae et quasdam earum evangelium iam suscepisse didicimus IV 286, 5.
Oceanus, Marcellini et Anapsychiae parens III 543, 4. cui illi per Hieronymum se cupiebant commendari III 544, 17. eum habere putat Hieronymus libros suos contra Rufinum III 543, 4. tres ad A. misit epp., ex quibus una non est reddita III 697, 23. ep. 180 A. respondit ad quaestiones ab eo propositas de origine animae et de officioso utilique mendacio III 698, 7. 26. novum Hieronymi librum de resurrectione carnis, quem Oceanus ab Orosio presbytero describendum acceperat, A., ut sibi mittere ne cunctaretur, petivit III 700, 13. Oceanus laudatus ab Hieronymo III 544, 18, ab A. III 700, 11.
octavae *v.* baptisma. dies.
Octavianus episcopus in concilio Carthaginensi adfuit III 653, 4.
Octavius episcopus in concilio Carthaginensi adfuit III 652, 7.
Oea civitas II 253, 7. 321, 9.
Oeenses: Apuleius pro statua sibi apud Oeenses, unde habebat uxorem, locanda orationem habuit et memoriae commendavit III 146, 20.
offerre: alibi nullus dies intermittitur, quo non offeratur, alibi sabbato tantum et dominico, alibi tantum dominico II 160, 7. alibi bis offertur quinta sabbati ultimae quadragesimae et mane et ad vesperam, alibi in fine tantum diei mos est offerri II 164, 14; *cf.* 165, 3; mane offertur propter prandentes, quia ieiunia simul et lavacra tolerare non possunt, ad vesperam vero propter ieiunantes 168, 11; faciat quisque, quod in ea ecclesia, in quam venit, invenit 165, 16. *v.* baptisma. deus (186). eucharistia. antistes.
officialis: imperator episcopos ab officialibus custoditos fecit Mediolanium pervenire II 102, 20. Florentinus, comitis officialis, per armatorum manum rapuit aliquem, qui ad eccle-

siam confugerat II 661, 19; *cf.* 662, 2. 10. quis in praesentia Donatistarum officialis anhelavit? IV 14, 19. personae inferioris loci ab utraque parte non insolenter accipiunt sicut officialis, et a quo admovetur et cui admovetur officium; ab his extorta per inmoderatam inprobitatem repeti solent, data per tolerabilem consuetudinem non solent III 423, 16.

olea: cum aliud sit olea aliud oleaster, non tamen nisi oleaster de semine utroque nascitur IV 211, 13.

Olivetensis fundus II 598, 8.

Olympium cum fama esset honorem adeptum esse celsiorem, A. ep. 96 ei scripsit carissimo, ut dicit, et sincerissimo conservo suo Christiano II 514, 5; *cf.* 516, 5. simul commendavit ei causam Bonifati, episcopi Cataquensis II 514, 20; *cf.* 518, 14. fama illa Olympi litteris confirmata A. altera epistula (*ep.* 97) eum salutavit atque admonuit, ut ecclesiae succurreret et leges illas, quae de idolis confringendis et haereticis corrigendis in Africam missae essent, defenderet ut voluntate imperatoris constitutas II 517, 11. A. eius humilitatem et religiosam oboedientiam laudat, verum ecclesiae filium eum praedicat II 514, 10. 516, 18. 22.

Olympum montem cum foro civitatis suae comparavit Maximus grammaticus Madaurensis I 40, 3. in Olympo monte Iuppiter castra posuit, cum adversus patrem bellum gereret I 40, 5. 43, 1. clari rector Olympi I 90, 4.

omnis: vocabulum 'omnis' non tantum simpliciter sed etiam comparate usurpatur III 460, 22. 576, 1. IV 108, 1. 171, 14.

ὁμοούσιον ut anathemaretur, flagitavit Pascentius, quippe cum in scripturis ostendi nequiret. cui responsum est, etsi fortasse nomen ipsum non inveniretur, rem ipsam tamen inveniri posse IV 535, 11. 536, 2. 17. fieri potest, ut ὁμοούσιον neque scriptum in sanctis paginis inveniatur et tamen dictum in assertione fidei defendatur IV 537, 6. etsi non ipsum verbum, tamen quod significat ὁμοούσιον, esse in scripturis ostendit Λ. IV 554, 16—556, 4.

Optatus Gildonianus, episcopus Tamugadensis famosissimus et pessime diffamatus II 401, 21, qualis in sua communione esset, Donatistae non ignorabant II 400, 3. Felicianum Mustitanum et Praetextatum Assuritanum cogente Optato Gildoniano susceperunt cum omnibus, quos damnati extra baptizaverunt II 157, 3. quod factum est, cum Donatistarum episcopi frequentissima celebritate Tamugadensis Optati natalicia agerent II 616, 17. Donatistae Optatum inter se in apertissima iniquitate viventem per tot annos tenebant et modo martyrem dicebant II 327, 25. Optatus potius in communione tolerandus existimabatur, quam partis discidium admitteretur II 400, 24. Donatistae propter Optatum,

cum eum pellere non auderent, partem Donati non reliquerunt II 404, 23. tolerabantur ab eis sub incredibilibus malis unius Optati per tot annos totius Africae gemitus II 106, 8. vesana potentia furere iactabatur Optatus, cum eius accusator ésset totius Africae gemitus congemiscentibus Donatistis II 400, 16. Donatistae ad testimonium totius Africae, immo vero terrarum omnium non ausi sunt umquam de Optato iudicare, ne temere de incognitis iudicarent II 401, 9. si alium aliquem forte deceret, Emeritum certe non decere ait A. defendere Optatum II 401, 4. Optati, illius Donatistarum tribuni, sancta memoria praedicabatur II 147, 4.

Optatus, ex cuius codice Donatistae probare volebant Caecilianum ab imperatore esse damnatum III 242, 24.

Optatus episcopus in concilio Zertensi adfuit III 235, 2. idem esse putatur episcopus ille, quem A. Breviarium suum habere credidit aut, si non haberet, posse facillime accipere de ecclesia Sitifensi, ut Bonifatio legi posset IV 6, 2.

Optatus episcopus, novellus rudisque doctor IV 306, 13. 18. 311, 5. in quaestione de origine animae occupatus litteras et ad Renatum et ad Muresem, necessarium suum, misit, qui A. de hac re consuluerunt IV 137, 8—138, 16. A., quamquam nullae ad ipsum litterae erant datae, tamen ep. 190 ad Optatum misit IV 161, 19. cui cum Optatus rescripsisset de illa quaestione certam sententiam flagitans IV 302, 5, A. ei respondit ep. 202 A. Optatus de eodem argumento libellum fidei scripserat, quem ut sibi mittere dignaretur A. in utrisque litteris petivit IV 155, 13. 307, 13. ceterum eorum sententiam sequi videbatur Optatus, qui animas sine ulla propagine hominibus singulis singulas novas dari censebant IV 158, 17. 160, 5. 306, 23. 314, 21. identidem eum A. admonebat, ne in Pelagianam haeresim minus cautus incurreret IV 157, 8. 310, 22. 315, 6 atque mittenda curavit recentium litterarum exempla, quae de Pelagi causa ex apostolica sede manarunt IV 157, 18.

Optatus presbyter ab A. delegatus est, ut cum Celere legeret ea, quae cum ipse pollicitus esset, prohibitus est legere II 214, 2.

orare: sacerdos dei ad altare dei exhortatur populum dei orare pro incredulis et pro catechumenis et pro fidelibus IV 404, 7; *cf.* 421, 24—422, 8. 423, 15—424, 5. spiritu renatos non nisi spiritaliter decet orare III 65, 6.

oratio: orationem dominicam interpretatur A. III 63, 6—64, 16. 65, 6—66, 8. orationem impensissime commendat A. maxime viduis III 73, 15—76, 18; nam specialiter diligentior cura orationum in scriptura viduis invenitur iniuncta 74, 3; *cf.* 75, 3. orationes dicuntur, cum illud, quod est in domini mensa, benedicitur et sanctificatur et ad

distribuendum comminuitur III 362, 11.
oratorium: in oratorio nemo aliquid agat, nisi ad quod est factum, unde et nomen accepit IV 361, 7.
ordinare: qui iniuste se ordinat in peccatis, iuste ordinatur in poenis III 158, 4. — Donatistae correcti, etiamsi extra ecclesiam ordinati erant, in suis honoribus sunt suscepti IV 41, 6. de ordinando, qui in parte Donati baptizatus est, A., ne auctor sit, recusat; aliud esse enim facere, si cogaris, aliud consulere, ut facias IV 583, 12. A. dicebat ab alio episcopo in ecclesia sibi tradita nisi se interrogato ac permittente Pinianum non posse ordinari III 8, 20 neque aliud quicquam Hipponienses velle, si Pinianus ordinaretur invitus, nisi ut ordinatus abscederet; illi hoc posse fieri non credebant 8, 25.
ordinatio: lacrimas A. fudit in novitate ordinationis suae; multo enim amplius expertus est, quam putabat, illud onus vires suas superare I 50, 14. 18. idem nullo modo adducebatur homini, de quo tantum mali existimaret, manus ordinationis inponere II 334, 12. catholici, cum ad eos veniebant ex parte Donati, agnoscebant benedictionem ordinationis II 223, 22.
ordinis nomine Madaurenses Augustino sua scripta miserunt IV 511, 7. leges notissimas episcopus ordini replicavit II 432, 23. *v.* Secundus Tigisitanus.
Origenes non tantum in ecclesiasticis litteris sed in omnibus recta et vera adprobabat atque laudabat, falsa vero et prava inprobabat atque reprehendebat II 79, 7. in commentariis epistulae ad Galatas Hieronymus Origenis commentarios se esse secutum dicit; scripsisse enim illum in epistulam Pauli ad Galatas quinque proprie volumina et decimum Stromatum suorum librum, tractatus quoque varios et excerpta II 286, 2. 287, 9. 289, 7. locum in epistula ad Galatas, ubi Paulus Petro se restitisse dicit, quia reprehensione dignus fuisset, Hieronymus ita exposuit, ut primus Origenes in decimo Stromatum libro, quem ceteri deinceps interpretes sunt secuti ea maxime causa, ut Porphyrio responderent blasphemanti II 289, 7. 300, 12. Iohannes quoque, qui dudum in pontificali gradu Constantinopolitanam rexit ecclesiam et proprie super hac re latissimum exaravit librum, Origenis et veterum sententiam est secutus II 289, 15. septuaginta interpretum libros ab Origene emendatos esse dicit Hieronymus sive corruptos per obelos et asteriscos, praesertim cum ea, quae addita sunt, ex hominis Iudaei atque blasphemi editione transtulisset II 316, 14. Hieronymus in interpretatione septuaginta interpretum ubi asteriscos posuisset, id ex Theodotionis editione ab Origene additum esse dicit II 316, 10. psalmos apud Graecos interpretati sunt multis voluminibus primus Origenes II 318, 6, Origenem autem apud Latinos

transtulerunt Hilarius et Eusebius episcopi II 318, 12. animam lapsam de caelo esse Origenes putavit III 542, 4. idem censuit animas pro meritis vitae prioris terrena atque mortalia dari in corpora IV 307, 5. Origenem ac Didymum reprehensos ab Hieronymo legit A. in recentioribus eius opusculis et non mediocriter nec de mediocribus quaestionibus, quamvis Origenem mirabiliter ante laudavisset II 376, 3. A. ab Hieronymo petivit, ut nota faceret Origenis errata, quibus a fide veritatis ille vir tantus recessisse esset convictus II 79, 9. Orosio interroganti de Origenis quibusdam opinionibus, quas non recepit ecclesia, uno libro non grandi respondit A. III 621, 16.

Orion, caelestis creatura II 185, 18.

ornamenta auri vel vestis non vult A. praepropera prohiberi sententia nisi in eis, qui neque coniugati neque coniugari cupientes cogitare debent, quo modo placeant deo IV 582, 4.

Orontius, ad quem data est ep. 257, si idem est atque ille, qui in ep. 222 commemoratur, fundum habebat in Hipponiensi dioecesi, vir A. carissimus IV 448, 9. adventum suum cum litteris adnuntiasset, A. gratias agens honorificis verbis eum resalutavit IV 604, 4.

Orosius presbyter ex Hispania usque ab Oceani litore ad A. properavit fama excitus, quod ab illo posset, quae scire vellet, audire III 547, 10; *cf.* 621, 12. A. eum vocat religiosum iuvenem, catholica pace fratrem, aetate filium, honore compresbyterum, vigilem ingenio, paratum eloquio, flagrantem studio, utile vas in domo domini esse desiderantem ad refellendas falsas perniciosasque doctrinas III 547, 5. ut ad Hieronymum iret, eum hortatus est atque duos libros ‘de origine animae hominis‘ et ‘de sententia Iacobi apostoli‘ sive epp. 166 et 167 ei tradidit reddenda III 547, 15. 620, 27—621, 16. 636, 10. simul eum rogavit, ut ab Hieronymo veniens per Africam in patriam remearet, id quod Orosius est pollicitus III 548, 2. Hieronymus eum et ipsius merito et A. commendante suscepit sicut fratrem suum et A. filium III 636, 6. novum Hieronymi librum de resurrectione carnis Orosius in Africam adtulit et Oceano describendum dedit, qui ut sibi continuo mitteretur, A. petivit III 700, 13. idem litteras Herotis et Lazari episcoporum, quibus Pelagius et Caelestius auctores nefarii erroris esse arguebantur, ad concilium Carthaginense detulit III 653, 13. Orosio de Priscillianistarum haeresi et Origenis quibusdam opinionibus interroganti A. uno libro non grandi respondit III 621, 16.

Orpheica praecepta IV 519, 14.

Ozias, praesumptor sacerdotii, lepra percussus est II 282, 11.

paenitentia: de varia paenitentiae ratione IV 639, 9. 644, 3—646, 18. quaenam paenitentia impetret veniam et purget admissum II 588, 6. de paenitentiae loco in ecclesia concedendo

III 401, 20—404, 2. Petrus non ita egit paenitentiam, quo modo agunt in ecclesia, qui proprie paenitentes vocantur IV 639, 9. agunt homines paenitentiam, si post baptismum ita peccaverint, ut excommunicari et postea reconciliari mereantur 645, 6; agunt homines etiam ante baptismum paenitentiam de suis prioribus peccatis ita tamen, ut etiam baptizentur 645, 1.

pagani = daemonicolae II 84, 11. bona opera paganorum non hominum opera sunt sed dei III 263, 3. sacrilegi ritus paganorum II 559, 25. adversus sacrificia paganorum capitale supplicium est constitutum II 454, 11. A. adversum daemonicolas (paganos) Paulinum scribere audierat atque id opus vehementer desiderare se ostenderat II 84, 11. 122, 20.

Palaestinae limitem impetus barbarorum percucurrit III 544, 1. apud episcopos provinciae Palaestinae Pelagius perhibebatur esse purgatus IV 47, 4. iudicium de ipso Pelagio in Palaestina factum est IV 70, 16.

Palaestinum iudicium episcopale, ecclesiasticum IV 67, 5. 181, 15.

Palatinus episcopus in concilio Carthaginensi adfuit III 652, 4.

Palatinus, ad quem data est ep. 218, elegit a iuventute doctrinam, ut inveniret usque ad canos sapientiam IV 425, 13. quod sperabat in saeculo, sprevit, ne in abundantia divitiarum gloriaretur 426, 11, et omnem spem suam in domino habere coepit 427, 24. cilicia, quae A. miserat, gratissime ille accepit 428, 2.

παλινῳδίαν canere Hieronymum iussit A. II 78, 1. 240, 9 *et* 260, 1 *(Hier.)*. 384, 22.

Palladius trans mare navigaturus A. rogavit, ut Hilario ipsum commendaret III 689, 5. quod factum est ep. 178.

Pallor deus I 42, 8.

Pammachius senator fundos possidebat in Numidia II 217, 9. 218, 7. verus ecclesiae catholicae filius inter colonos suos Donatistarum haeresem opprimebat II 217, 8. 218, 7. qua re A. exultans ei gratulatus est ep. 58 fratribus quibusdam tradita, qui Romam proficiscebantur, ut de haereticorum insidiis conquererentur II 218, 17. praesens praesentem non cognoverat, vivebat enim Pammachius longe locorum intervallis remotus II 217, 5. 14.

Pancarius de causa Secundini presbyteri A. scripsit, cui A. ep. 251 respondit et, quid fieri vellet, exposuit. id factum est, cum Pancarius de possessione aliqua contendebat IV 599, 22.

panes quinque Paulinus Romaniano pariter et Licentio misit, quem non potuit a benedictione secernere II 11, 3; idem panem unum Alypio I 77, 24 et A. 83, 11 et vicissim A. Paulino II 8, 10.

Pannonius episcopus in concilio Carthaginensi adfuit III 652, 5.

Papas per Dioscorum salutavit A. II 664, 24.

paradisus est appellatus, ubi Adam fuit ante peccatum IV 86, 21; generale paradisi nomen est, ubi feliciter vivitur 86, 19; propterea scriptura prohibita non est etiam ecclesiam vocare paradisum cum fructu pomorum 86, 21. de quaestione, ubinam fuisse videatur paradisus, quem latronis animae illo die Christus dignatus est polliceri IV 83, 14. 84, 12. 85, 5. 14. 16. 86, 18. 87, 12. 89, 1. Christus Iesus quo modo nunc esse credatur in caelo, cum pendens in ligno iamque moriturus latroni credenti dixerit: 'Hodie mecum eris in paradiso' IV 83, 10—89, 5.

Paradoxus, Nectari filius II 593, 8.

Paratianensis saltus conductor Faventius II 661, 12.

Parmenianus Tychonium hoc uno suffocavit, quod magis contra Donatistas pro ecclesia catholica scripsit frustra se ab Afrorum quasi traditorum communione secernens II 486, 14. rescribendo enim compescebat eum et deterrebat, ne talia scriberet, non tamen refellebat ea ipsa, quae scripsit II 487, 12.

Parmeno, persona Terentiana I 15, 20.

Parthenius A. certiorem fecit de agro ab Aurelio episcopo fratribus dato I 62, 11.

parvulus traxit reatum, quia unus erat cum illo et in illo, a quo traxit, quando, quod traxit, admissum est; non autem trahit alter ab altero, quando sua unusquisque propria vita vivit II 521, 10. ex Adam per seriem generationis sine peccato nemo nascitur, unde et parvulis necessarium est per gratiam regenerationis in Christo renasci IV 313, 17. de potestate tenebrarum eruuntur parvuli, cum regenerantur in Christo habentes consentientem doctrinae salutari, in qua nutriti sunt, voluntatem et in ea finientes istam vitam, si electi sunt in Christo ante constitutionem mundi IV 410, 5. parvulus ut possit regenerari per officium voluntatis alienae, cum offertur consecrandus, facit hoc unus spiritus, ex quo regeneratur oblatus II 521, 16. in baptizatis parvulis, quamvis id nesciant, habitat spiritus sanctus, quia in eis occulte agit, ut sint templum eius, idque in proficientibus et proficiendo perseverantibus perficit IV 103, 13. 104, 6. in parvulorum regeneratione voluntas accipientium nec praemittitur nec adiungitur nec subsequitur IV 54, 13. soli parvuli, qui nondum habent opera propria vel bona vel mala, secundum solum originale peccatum damnabuntur, quibus per lavacrum regenerationis non subvenit gratia salvatoris IV 388, 7; *cf.* III 694, 19. parvuli si non baptizati fuerint, condemnabuntur ac per hoc, quia nihil ipsi male vivendo addiderunt ad originale peccatum, potest eorum merito dici in illa damnatione minima poena, non tamen nulla III 732, 23. etiam parvuli secundum ea, quae per corpus gesserunt, recepturi sunt vel bonum vel malum, non secundum ea, quae,

si diu hic viverent, gesturi fuerant; gesserunt autem non per se ipsos sed per eos, quibus pro illis respondentibus et renuntiare diabolo dicuntur et credere in deum IV 415, 11. 20. 26; *cf.* 170, 12.

Nullus parvulus nisi renatus ex aqua et spiritu intrat in regnum caelorum IV 201, 3. 10. parvuli per liberum arbitrium neque poenam mereri possunt neque gratiam IV 55, 2. parvulos aeternae vitae praemiis etiam sine baptismatis gratia posse donari perfatuum est III 720, 6 *(Innoc.)*. parvulos deus ipse discernit, quos merita nulla discernunt IV 55, 11; *cf.* 66, 23. originali delicto obnoxios parvulos nasci et omnis credit ecclesia et Hieronymus iam contra Iovinianum disputans et exponens Ionam prophetam fide veracissima definivit III 577, 1; *cf.* 554, 16—555, 8. parvuli quod in ipso baptismo vocibus, quibus possunt, et motibus reluctantur, non eis inputatur atque omnis renisus ipsorum nihili penditur, quia in tantum nesciunt, quod faciunt, ut nec facere iudicentur IV 103, 2—8. parvuli carnem Christi manducare et sanguinem bibere dicuntur IV 415, 23. parvuli nisi manducaverint carnem filii hominis et biberint sanguinem eius, non habebunt vitam in semet ipsis *(Innoc.)* III 720, 8; *cf.* IV 68, 7. 20. parvuli quo modo in hac vita dolores, morbos, alia incommoda sine ulla sua mala causa iuste patiantur, A. interrogat Hieronymum III 569, 4. quid de parvulis, qui ante baptismum vel post, priusquam potuerint facere vel bene vel male, moriuntur, credendum sit; an carnem eorum non esse resurrecturam? III 577, 16—579, 4.

Pascentius comes, Arrianus, A. ad disputationem provocavit neque recusavit A. IV 533, 2. disputationi etiam honoratos viros interesse Pascentius cupivit IV 539, 13. 558, 11. cum uterque fidem suam diceret, Pascentius quibus verbis fidem suam pronuntiavit, quotiens ea repetivit, totiens variavit IV 534, 9. itaque convenit, ut a notariis verba exciperentur, sed, quod mane placuerat, post prandium Pascentio displicuit IV 533, 6. 13. 537, 10. 538, 6. 553, 19. 560, 16 et calumniam sibi parari exclamavit 537, 20. 539, 10—540, 3. 557, 23. cum Pascentius A. se vicisse gloriaretur IV 554, 4 neque desisteret contendere illum non fuisse ausum ipsi dicere fidem suam, A., ne id ulterius diceret, *ep.* 238 ad eum dedit IV 533, 7. 539, 8. 556, 18. 558, 4. alteram quoque breviorem epistulam (*ep.* 239) ad eundem scripsit, qua fidem suam in superiore prolixius expositam brevius comprehendebat IV 558, 15. 559, 2. 561, 8. tum Pascentius petulanter respondit ep. 240. A., quod decebat, rescripsit ep. 241: reiciebat eius convicia IV 560, 11 paratumque se dicebat praesentem cum praesente conloqui, si modo dictaturi essent, quae essent dicturi IV 562, 8. Pascentius Auxentium non parva

praedicatione laudavit, Arrium et Eunomium exclamando anathemavit IV 535, 9. A. famam, ait melius fuisse, ut semper audiret, eo quod longe inferiorem eum expertus esset, quam sibi illa iactasset IV 538, 16. 556, 6. A. Pascenti nomen in suis litteris propterea noluit scribi, quoniam nesciebat, an hoc forte noluisset IV 554, 2. et aetate et dignitate eum maiorem dicit IV 533, 3; *cf.* 537, 23; gravitatem eius et prudentiam memorat IV 556, 12.

pascha: vocabulum ipsum, quod pascha dicitur, non Graecum sed Hebraeum esse dicunt; neque enim a passione sed ab eo, quod transitur a morte ad vitam, Hebraeo verbo res appellata est II 170, 21; *cf.* 179, 16. transitum ab ista vita ad requiem alterius vitae pascha significat II 205, 12; *cf.* 187, 16. et ex auctoritate divinarum scripturarum et universae ecclesiae consensione anniversarium pascha celebratur II 200, 8—207, 7. agimus pascha, ut non solum, quod factum est, in memoriam revocemus, sed etiam cetera, quae circa Christum adtestantur, ad sacramentorum significationem non omittamus II 170, 14. Iudaeorum pascha, ubi ovem occidere et edere iubentur, manifestissime passionem domini praefigurat II 195, 6. observandum pascha non Iudaeis ita praeceptum est, ut adtenderent occurrere sabbatum et cum mense novorum ad tertiam lunae hebdomadem concurrere II 195, 6. cur observetur, cum pascha celebramus, ut sabbatum occurrat; hoc enim proprium Christianae religionis est II 186, 16. de veterum scripturarum et evangeliorum consensu in celebratione paschae et pentecostes II 200, 8—207, 7.

pastor: de bonis et malis pastoribus IV 344, 20. alii sunt, qui propterea tenent pastorales cathedras, ut Christi gregibus consulant, alii vero, ut suis honoribus temporalibus et commodis saecularibus gaudeant; ista duo genera pastorum in ipsa catholica necesse est usque ad finem saeculi perseverent IV 343, 17. 344, 6.

pater deus verus est gignendo veritatem, non participando IV 551, 9. deum patrem in scripturis nusquam ingenitum legimus et tamen dicendum esse defenditur IV 537, 8; *cf.* 535, 5. 537, 10.

Paternus et Maurusius, Celeris homines in regione Hipponiensi II 215, 22.

patriarcha: quod censent quidam patriarchas et prophetas, cum dominus in infernum venisset, illis doloribus esse solutos, A. non probat III 526, 15—527, 23.

Paula Alypi et A. neptis ab Hieronymo vocatur, quos per eundem precabatur, ut memores ipsius essent, et multum salutabat IV 301, 10. longa infirmitate languenti multo tempore adsedit Hieronymus II 241, 5. Eustochium et Paula et genere suo et A. exhortatione digne gradiebantur III 638, 7.

earum nomine Hieronymus salutavit A. III 638, 7.

Paulina et eius maritus Armentarius continentiam in vita coniugali voverunt III 27, 16; *cf.* 19, 6. 12. 25, 10. 26, 8. quod ubi A. rescivit, ut eorum consilium confirmaret, ad eos misit ep. 127; rescivit id autem a Ruferio, qui adfinis eorum fuit III 19, 5. aliquanto post ad Paulinam dedit longissimam ep. 147 sive librum 'de videndo deo', quippe quae ab eo petivisset, ut de invisibili deo, utrum per oculos corporeos posset videri, prolixe aliquid copioseque sibi scriberet, et ipse id promisisset III 274, 13. ipse etiam occasionem ad hanc petitionem dederat brevi ep. ad Paulinam missa III 288, 18. Paulina tunc erat annis gravis III 276, 5.

Paulinianum in epistula ad Hieronymum data (*ep.* 67) salutavit A. II 239, 8.

Paulinus, quoad Christianus factus esset, sapientiam mundi se miratum esse dicit et per inutiles litteras reprobatamque prudentiam deo stultum et mutum fuisse I 80, 4. a Delphino Burdigalae est baptizatus, a Lampio apud Barcilonem in Hispania per vim inflammatae subito plebis sacratus, ab Ambrosio ad fidem innutritus et ipsius presbyter factus I 76, 13. omnibus bonis, quae possidebat, depositis in voluntaria paupertate ut monachus vivebat I 81, 14. episcopus appellatur in inscriptionibus epp. 149 et 186 et in indice, qui ep. 121 in codice Vindobonensi 875 praecedit; cum scriberetur ep. 95, nondum eum fuisse episcopum ex inscriptione apparet. Paulinus sollemni suo more post pascha domini ad apostolorum et martyrum venerationem Romam veniebat II 497, 15; *cf.* 511, 21.

Prima epistula a Paulino ad A. data erat ep. 25, quam modo Christianus factus presbyter ex Campania scripsit I 76, 17. 21. 80, 3. 19. 88, 1. una A. panem misit I 83, 11, id quod A. eodem modo referre non est oblitus II 8, 10. Paulinus tunc erat quadraginta circiter annos natus I 80, 17 maior forte A. I 81, 4. quamquam A. Paulinum iam antea per Alypium cognoverat I 82, 17. post hanc epistulam eisdem diebus scripta est ep. 24, quam Paulinus ad Alypium dedit I 74, 18 addito pane uno 77, 24. A. responsum erat ep. 27 Paulini laudibus referta. sed Paulinus hoc nondum acceperat, cum alteram epistulam (*ep.* 30) ad A. misit I 123, 12. II 1, 6. ad hanc A. respondit ep. 31 et Paulinum certiorem fecit coepiscopatus sarcinam sibi imposuisse Valerium II 4, 11. ep. 32 Paulinus ad Romanianum dedit in eademque epistula Licentium quoque, illius filium, adloquitur II 11, 14 eumque, ut deo viveret, hortatur carmine II 13, 15. una misit panes quinque II 11, 3. ep. 42 A. conqueritur, quod per duas aestates nullam a Paulino accepisset ep. II 84, 8 eademque querela repetita est in ep. 45 paulo post scripta, ubi A. per

totum biennium nullas a Paulino litteras se sumpsisse dicit II 122, 5. etiam ep. 80 ab A. ad Paulinum scripta est, ex qua perspicitur paulo ante tres epistulas fuisse scriptas, quae ad nostram memoriam non manserunt, unam A., qua quaestiunculam nuper proposuerat II 347, 20, alteram Paulini, qui illam quaestiunculam nimis cursim et breviter solvit II 347, 22, tertiam, quam A. paucis diebus ante ep. 80 scripsit II 347, 11. praeterea inter epp. 80 et 94 intercessisse constat duas epistulas, quae item sunt amissae, una Paulini II 499, 19, altera A. satis, ut videtur, grandis II 497, 12—499, 18. 501, 3. 507, 5. 510, 20. 513, 14. quo anno ep. 94 Paulinus Idibus Mais ad A. misit II 505, 17, eodem anno A. ep. 95 rescripsit eamque Possidio mense circiter Augusto Romam navigaturo (II 582, 6) perferendam tradidit II 506, 16. cum Paulinus aliquando Carthagini exhiemaret, duae epistulae, quae non amplius extant, scriptae sunt, Paulini ad A. et A. ad Paulinum, quae erat de resurrectionis forma II 736, 5. III 349, 13. ad ep. 121, qua Paulinus multas quaestiones de sacra scriptura proposuit, A. continuo rescripsit; quod responsum Paulino non est redditum neque A. eius exemplum, cum requisivisset, invenit; intercidisse igitur videtur vixdum scriptum III 349, 5. 22. alia deinde Paulini epistula, quae nobis tradita non est, commemoratur III 348, 5. 349, 6. ep. 149 A. responsum, quod ad ep. 121 continuo dederat, complevit III 349, 10. 15. denique ep. 186 Alypius et A. ad Paulinum miserunt, quo de haeresi Pelagiana eum docerent, adiectis litteris concilii Carthaginensis et Milevitani, quinque episcoporum et Innocenti ad has litteras responsis IV 47, 2—13. uno die Paulinus quinque episcoporum epistulas ex Africa recepit, Aureli, Alypi, A., Profuturi, Severi II 8, 20. ad Aurelium episcopum scripsit I 75, 14 et ab eo epistulam accepit II 8, 21. epistulam consolatoriam ad Macarium dedit IV 611, 6.

Paulinus A. beneficio episcoporum Aurelii et Alypii per eius in Manichaeos opera cognovit I 123, 18. A. librum ‘de religione‘ Paulinus libentissime se legere litteris indicavit I 99, 13. A. totum se Paulino offerebat I 98, 17—99, 9. Paulini videndi desiderio se excruciari dicit I 95, 15. 97, 9. II 4, 1 et flagitat, ut in Africam venire dignaretur II 4, 22—5, 12. idem desiderium ostendit Paulinus I 124, 18. adversum paganos Paulinum scribere cum audivisset A., semel atque iterum id ab eo desideravit II 7, 19. 84, 11. 122, 20. Paulini litteras summis laudibus extollit I 97, 1—98, 19. sanctum hominem dei cum vocat II 509, 12 et eius pectus domini oraculum II 7, 21. tres libros ‘de libero arbitrio‘ ei misit II 7, 2. Licentium hortabatur, ut vaderet in Campaniam, disceret Paulinum, quam grandem fastum saeculi huius cervicibus

excussisset, ut eas subderet Christi iugo I 88, 1. Vetustinum, impiis quoque miserabilem puerum, Paulino commendavit II 6, 22 eademque in epistula Romanianum et eius filium Licentium II 7, 14. hunc in eius manum tradidit consolandum, exhortandum, instruendum I 101, 23. Paulinum in A. litteris salutavit Severus, episcopus Milevitanus II 8, 5.

Paulinus et Alypius *v.* Alypius. Paulinus Pelagium ut servum dei dilexit IV 45, 9. Pelagius ad Paulinum litteras dedit, ubi dicebat non se debere existimari sine gratia dei defendere liberum arbitrium IV 46, 8. peccatum originale deploravit Paulinus IV 78, 20. quo Paulinus frui putabatur otio, eius occupationes incredibiles nuntiatae sunt A. II 513, 19. Paulini modestia I 77, 9. 80, 1—81, 13. 82, 12. II 497, 5. 504, 13. 505, 22. cum Paulino eius coniunx Therasia commemorata est in inscriptionibus epp. 24. 25. 30. 31. 32. 42. 45. 80. 94. 95. ubi ipsi peccatores se vocare solebant I 73, 6. 78, 6. 123, 3. II 497, 4; *cf.* I 76, 20. 77, 9. 80, 2. 81, 11. coniugem autem non ducem ad mollitiem viro suo ait A. fuisse sed ad fortitudinem reducem in ossa viri sui I 97, 15.

In ep. 149 ad Paulinum episcopum data A. salutat duos alios Paulinos, qui cum illo erant; alter est

Paulinus, qui filius in Christo dulcissimus vocatur et turbulentissima tempestate in portum exceptus a Paulino episcopo nutriebatur III 379, 17; alter

Paulinus presbyter III 380, 10.

Paulus prius Saulus II 449, 18. IV 20, 24. Saulum persecutorem Iesus voce mactavit et in suum corpus, quod est ecclesia, traiciens quodam modo manducavit II 206, 11. Christi vox: 'Saule, Saule, quid me persequeris?' vox est in ecclesia patientis III 169, 7; *cf.* II 206, 11. Paulus ecclesiae Christi postea magnus aedificator sed horrendus antea vastator IV 20, 24. in Paulo agnoscere licet prius cogentem Christum et postea docentem, prius ferientem et postea consolantem IV 21, 11. 22, 19. Paulus minister novi testamenti III 475, 6, non solum vir verum etiam dispensator maxime fidelis, non solum cognitor verum etiam doctor veritatis II 378, 24. rerum invisibilium atque aeternarum fidem gentibus praeseminabat II 684, 14. praeclarissimus gratiae commendator et magnificus defensor IV 57, 24. 129, 20. 191, 6 de gratia dei per Iesum Christum multa et multipliciter est locutus IV 177, 3.

De Paulo Petrum obiurgante, quod gentes cogeret iudaizare I 108, 11—112, 4. II 71, 12—77, 13. 285, 9—314, 12. 354, 3—381, 2. III 699, 14—700, 6. non recte agebat hoc Petrus, quod gentes cogebat iudaizare II 357, 16. Hieronymus nec Petrum peccasse censebat nec Paulum procaciter arguisse maiorem II 287, 12. ante apostolum Paulum

ait non ignorasse Petrum, immo principem huius fuisse decreti legem post evangelium non servandam II 294, 4. Paulus non ideo Petrum emendavit, quod paternas traditiones observaret, sed quoniam gentes cogebat iudaizare II 74, 10. 302, 10. 377, 5. fallacem simulationem in Petro reprehendit II 76, 11. 312, 2. 361, 22. Petrum legis caeremonias observasse timore Iudaeorum censuit A., Hieronymus autem et Petrum et Paulum timore Iudaeorum id simulasse tantum II 75, 3. 76, 13. 285, 11. 290, 10—300, 10. 312, 4. 313, 1. 11. 365, 18. 366, 9. 378, 1—381, 2. Paulum non simulasse demonstrabat A. II 360, 18. neque eum mentitum esse credebat II 357, 17 aut tropica obscuritate usum, sed eius verba esse propria apertae locutionis III 699, 19. Paulus si semel mentiebatur, nusquam non tantum in Paulo sed in omnibus sanctis libris certa erit castae veritatis auctoritas I 108, 11—109, 10. II 71, 12. Hieronymus et alii ante eum causam, qua Paulum in Petro id reprehendisse putabant, quod ipse commisisset, exposuerunt non officiosum mendacium defendentes sed docentes honestam dispensationem II 300, 12; *cf.* 285, 9. Hieronymus in hac re postea in A. sententiam concessit III 700, 1. Petrus, ut ait A., a Paulo vere correctus est et Paulus vera narravit II 75, 4. 77, 2. 285, 13. 313, 1. 355, 3. 357, 3—15. 365, 20. 374, 17. fidelis dispensator apostolus Paulus procul dubio nobis exhibet in scribendo fidem, quia veritatis dispensator erat, non falsitatis II 374, 14. ostendere volebat nec Iudaeos a veteribus sacramentis tamquam a nefariis prohibendos nec gentiles ad ea tamquam ad necessaria compellendos II 360, 14. Paulus utique Iudaeus erat, Christianus autem factus non Iudaeorum sacramenta reliquerat, quae convenienter ille populus et legitime tempore, quo oportebat, acceperat II 73, 13. 301, 14. 304, 16; *cf.* 77, 2. 313, 1. ideoque suscepit ea celebranda, cum iam Christi esset apostolus, sed ut doceret non esse perniciosa eis, qui ea vellent, sicut a parentibus per legem acceperant, custodire II 74, 1. 305, 1. 368, 1. hoc Iudaeorum Paulus dimiserat, quod malum habebant II 75, 12. 309, 10. observationes legis more patrio ab ipso Paulo celebratae sunt sine ulla salutis necessitate II 76, 9. 310, 9. 358, 3. 359, 19. Paulus vetera sacramenta modo celebrabat, modo non celebrabat temporis ratione habita et hominum, quo ostenderet illa nec tamquam necessaria debere appeti nec tamquam sacrilega debere damnari II 362, 6. 21. 366, 1. 377, 15. 379, 21. vetera Iudaeorum sacramenta post domini adventum necessaria saluti esse vehementer per apostolatum Pauli dissuasum est II 75, 1. contra eos, qui putabant sine veteribus sacramentis salvos se esse non posse, Paulus perseveranter acriterque confligebat II 357,

19, docebat Christianos maxime ex gentibus venientes iudaizare non oportere IV 216, 13; *cf.* II 74, 7. cur Paulus Iudaeorum sacramenta celebraverit, ut illos lucrifaceret, neque vero sacrificaverit cum gentibus, ut eos quoque lucrifaceret II 76, 12. Paulus unius cuiusque infirmitatem tamquam in se ipso miseratus est II 77, 10. itaque factus est Iudaeis tamquam Iudaeus et infirmis infirmus et omnibus omnia, ut omnes lucrifaceret II 73, 7. 77, 6. 301, 7. omnibus igitur omnia factus est non mentientis astu sed compatientis affectu II 77, 5. 312, 12. 313, 14. 378, 1. 379, 16. 380, 1. 20; *cf.* 73, 9. 301, 10. Christus docuit Petrum per posteriorem Paulum III 559, 12. laus iustae libertatis in Paulo erat et sanctae humilitatis in Petro II 375, 9. Hieronymus Paulum ostendere ait non habuisse se securitatem evangelii praedicandi, nisi Petri et ceterorum, qui cum eo erant, fuisset sententia roboratum II 294, 14.

Paulus Iudaeos voluit admonere iam destruendum fuisse adventu Christi parietem dealbatum, hoc est hypocrisin sacerdotii Iudaeorum III 139, 9. Iudaei Paulo invidiam et persecutionem concitare molientes tamquam inimicum legis mandatorumque divinorum criminabantur II 360, 10. Paulus post Iohannem dedit quibusdam baptismum Christi, quia Iohannis baptismo fuerant baptizati, non Christi II 489, 21. baptismus, quem dedit Paulus, non erat Pauli sed Christi II 490, 2. Paulus apostolus falsos fratres tolerabat II 399, 6; *cf.* 105, 25. 399, 17. 605, 1. 620, 15. eius exemplo confirmatur hominem ad bonum cogi posse II 449, 18. IV 20, 24. 22, 19. divinitus raptus est ex hac vita ad angelicam vitam III 305, 6; *cf.* 306, 1. sententia Pauli Neronis gladio confirmata est II 300, 8.

Paulus, episcopus Constantinensis, traditor fuit una cum Silvano, subdiacono suo II 155, 3.

Paulus episcopus moribus suis et ea vivendi ratione, cui frugalitas ecclesiae suae sufficere non posset, effecerat, ut A. ei communionem recusaret. quod cum per litteras conquereretur, A. respondens fallacem eius vitam severe corripuit ep. 85. eundem esse est quod statuamus illum quoque Paulum, qui praecessor fuit Bonifati, episcopi Cataquensis; immensis fiscalibus debitis obrutus agros aliquos cum fisci fraude comparatos ecclesiae suae reliquit, qua re eius successor in magnam incurrit difficultatem II 514, 20—515, 20.

Paulus diaconus ep. 220 ad Bonifatium comitem perferendam accepit; A. eum fidelissimum hominem vocat, qui facillimos ad Bonifatium haberet accessus IV 431, 16.

Paulus frater Hipponem rediit IV 482, 10. ‘hic est incolumis‘, inquit A.; ‘adportat negotiorum suorum secundas curas‘; multum salutat Alypium IV 481, 9. idem fortasse fuit ille frater Paulus, quem A. Hieronymo

commendavit et in suis regionibus magni aestimari adfirmavit II 81, 2.

pax: Donatistae, cum ecclesiarum nomina, quibus hodie non communicant, recitantur in conventiculis eorum, lectoribus suis dicunt: 'Pax tecum', et cum ipsis plebibus, quibus illae litterae scriptae sunt, pacem non habent II 103, 7; *cf.* 154, 17.

peccatum primum, hoc est primus voluntarius defectus est gaudere ad propriam potestatem II 680, 13. in hac vita nemo sine ullo vivit omnino peccato III 449, 14; *cf.* 687, 10. IV 172, 13. quis est sine aliquo peccato? quis ergo sine aliquo vitio, id est fomite quodam vel quasi radice peccati? III 597, 7; *cf.* 408, 5. 409, 17. cum mortale hoc induerit inmortalitatem, tunc non solum nulli desiderio peccati oboediemus, sed nulla erunt desideria talia, quibus non oboedire iubeamur IV 219, 12. Pelagiani utcumque tolerandi sunt, quando dicunt vel esse vel fuisse hic aliquem iustum praeter unum sanctum sanctorum, qui nullum haberet omnino peccatum III 451, 6; *cf.* 685, 6. quid est mortis aculeus nisi peccatum? IV 105, 5. alia bonorum alia malorum esse peccata non usque quaque inprobabiliter dicitur III 411, 5. peccata parva tamen crebra ita nos gravabunt et oppriment sicut unum aliquod grande peccatum IV 646, 8. obtinere aeternam salutem quis possit, nisi qui omnes superbiae suae toros inanes peccata sua confitens complanaverit? IV 515, 11. Danihel sanctus coram deo non solum peccata populi sui sed etiam sua confitebatur III 450, 11. quod peccatum in spiritum sanctum remitti potest in hac vita et quod omnino non remittetur IV 41, 25—43, 17. qui aeternam voluit habere peccati perfruitionem, aeternam inveniet vindictae severitatem II 568, 16. quisquis in catholica ecclesia bene vixerit, nihil ei praeiudicant aliena peccata III 238, 24.

Adae peccatum solius esset, si ex illo nullus exisset; porro autem, in quo erat natura communis, ab eius vitio est nullus immunis IV 62, 12. quo modo peccatum transit in filios fidelium, quod in parentibus non dubitamus dimissum esse per baptismum? IV 210, 20. originale peccatum negabatur a Pelagio et Pelagianis IV 158, 6, adfirmabatur in epistula papae Zosimi 159, 6. peccatum originale ostendebat Hieronymus III 554, 16. 577, 1, deploravit Paulinus IV 78, 20. omnibus peccatis sive originis ex Adam sive factorum, dictorum cogitationumque nostrarum in lavacri mundatione deletis tamen, quia mansimus in hac vita humana, merito dicimus: 'Dimitte nobis debita nostra' IV 105, 7; *cf.* III 603, 3. omnes, qui iam utentes libero arbitrio sua propria peccata originali peccato insuper addiderunt, si de potestate tenebrarum per gratiam dei non eruuntur, non solum secundum originis verum etiam secundum

propriae voluntatis merita iudicium reportabunt IV 388, 11.

De eo, quod Stoicis placebat omnia peccata paria esse II 580, 24 *(Nect.)*. 591, 26—593, 1. 594, 23. III 592, 2—601, 18. quaestio de inseparabilitate virtutum et de parilitate peccatorum III 591, 11—603, 12. etsi verum est eum, qui habet unam, omnes habere virtutes et eum, qui unam non habet, nullam habere, nec sic peccata sunt paria, quia, ubi virtus nulla est, nihil quidem rectum est nec tamen ideo non est pravo pravius distortoque distortius III 601, 14; *cf.* 592, 2. virtus adesse potest, quamquam sine aliquo peccato vel vitio esse nemo potest III 596, 10—597, 11. 598, 3.

Pelagiana perversitas IV 412, 7. spiritus Pelagianae impietatis IV 456, 12. Pelagianae reliquiae pravitatis IV 465, 11. Pelagianae semitae IV 460, 1. catholica ecclesia Pelagiánae haeresis venena reppulit IV 389, 11. animarum propaginem destruenti cavendum est, ne in haeresim Pelagianam incautus incurrat IV 310, 22; *cf.* 157, 8. 314, 11. 315, 4.

Pelagius. Pelagiani: Pelagium credidit A., ut ab alio distingueretur, qui Pelagius Terenti dicitur, Britonem fuisse cognominatum IV 45, 9. Paulinus Pelagium ut servum dei dilexit IV 45, 9. Pelagius ad Paulinum litteras dedit, ubi dicebat non se debere existimari sine gratia dei defendere liberum arbitrium, cum possibilitatem volendi atque operandi, sine qua nihil boni velle atque agere valeremus, a creatore nobis naturaliter insitam diceret IV 46, 8. A. quoque Pelagium dilexit et, quae inimica et adversa gratiae dei sentire dicebatur, paulatim tantum, ut crederet, adductus est IV 45, 13. fratrem suum eum dixit et filium Iohannis, episcopi Hierosolymitani III 273, 18. 274, 3. 9. 691, 21. ep. 146 brevissima respondit ad Pelagi litteras sibi missas non iam ut adversarius sed satis frigide et, cum scriberet epp. 140. 145. 166, Pelagianos significavit quidem neque vero nominavit III 231, 18. 272, 22. 554, 11, sicut fecit etiam in libro ‘de natura et gratia‘ IV 46, 5; similiter in ep. 157 unum Caelestium nomine appellavit III 471, 7.

Pelagi Pelagianorumque sententiae: Adam mortalis factus sive peccabat sive non peccabat, moriturus erat IV 71, 1. peccatum eius ipsum solum laesit, non genus humanum IV 67, 6. 71, 3. neque per mortem vel praevaricationem Adae omne genus hominum moritur IV 71, 5, velut Enoch et Helias mortui non sunt IV 170, 16—172, 19 et alios morituros non esse dixit apostolus Paulus IV 172, 20, neque per resurrectionem Christi omne genus hominum resurgit IV 71, 7. initium peccati ex Adam factum est, quod imitati sunt ceteri, ut sic ex illo uno delicto in iudicium condemnationemque traherentur, qui eum imitando multa peccaverunt III 459, 9. 470, 8. Abel ita vixisse dixit Pelagius, ut nihil omnino

peccaverit III 695, 29. 696, 15. Pelagiani non ideo erant haeretici, quia dicebant animas originem de illa prima peccatrice non ducere, sed quia hinc conabantur efficere animas parvulorum nihil mali ex Adam trahere IV 158, 3. Pelagi argumentatio huius sententiae IV 158, 9. infantes nuper nati, inquit, in illo statu sunt, in quo Adam fuit ante praevaricationem IV 71, 4. nullus reatus est ex Adam tractus, qui per baptismum in infante solveretur III 554, 13; *cf.* 660, 13. 661, 4. nec parvuli indigent gratia salvatoris, qua per eius baptismum a perditione liberentur, eo, quod nullum ex Adam contagium damnationis traxerint III 690, 3. non opitulatur parvulis ad consequendam vitam aeternam Christianae gratiae sacramentum III 666, 13. infantes etiam si non baptizantur, habent vitam aeternam IV 71, 8; *cf.* III 458, 24. 660, 13. 662, 8. 666, 1. 720, 6. IV 169, 30. 209, 6, quoniam sine peccato nascuntur III 448, 14 *(Hil.)*. 457, 7. nihilo minus: 'Deus', dicebant, 'in parvulis, quos hinc aufert, praevidet, quem ad modum victurus fuisset quisque, si viveret; ideo, quem nequiter novit fuisse victurum, sine baptismo facit, ut moriatur, sic in eo puniens opera mala, non quae fecit, sed quae facturus fuit' IV 208, 21; *cf.* 204, 2. igitur usquequaque convicti etiam non commissorum peccatorum deum persuadere moliebantur ultorem IV 210, 7; circumstipabantur enim et divinarum auctoritate lectionum et antiquitus tradito ac retento firmo ecclesiae ritu in baptismate parvulorum IV 210, 13. dicebant etiam parvulos propria per liberum arbitrium habere peccata IV 56, 5. divites baptizati nisi omnibus renuntiarent, si quid boni visi fuissent facere, non reputari illis putabant nec eos habere posse regnum dei IV 71, 9; *cf.* III 448, 15. 472, 10—478, 13. ex nobis ipsis nos habere, si quid iustitiae, continentiae, pietatis, castitatis in nobis esset, eo quod ita nos condidisset deus, ut ultra, praeter quod nobis revelaret scientiam, nihil nos adiuvaret IV 121, 12; *cf.* 126, 17. III 452, 12. se ipsos a se ipsis iustos fieri IV 382, 13. gratiam dei atque adiutorium non ad singulos actus dari sed in libero arbitrio esse vel in lege atque doctrina IV 71, 11. 406, 4. 412, 6. Pelagius et Caelestius contendebant in eo dei gratiam deputandam, quod talem hominis instituisset creavissetque naturam, quae per propriam voluntatem legem dei posset implere sive naturaliter in corde conscriptam sive in litteris datam; eandem quoque legem ad gratiam pertinere, quod illam deus in adiutorium hominibus dedisset III 655, 15. Pelagius adfirmabat non solum ad facienda verum etiam ad perficienda mandata divina per liberum arbitrium sibi humanam sufficere naturam III 677, 3; *cf.* 682, 5. 683, 12. idem in libro suo vehementer contendit per solum liberum arbitrium sibi

humanam sufficere posse naturam ad operandam iustitiam et omnia dei mandata servanda III 692, 23. 656, 17; *cf.* 448, 12. 451, 8. 662, 5. 693, 21. ibidem dei gratiam non appellavit nisi naturam, qua libero arbitrio conditi sumus III 692, 16; *cf.* 678, 5. IV 121, 16. 182, 8 et naturam creati hominis scripsit referre gratiam creatoris atque ita se dicere sine peccato implere posse iustitiam per liberum arbitrium cum adiutorio divinae gratiae, quod deus hoc dedisset homini ipsa possibilitate naturae III 678, 7. naturam humanam tantum dicebant valentem, ut suis viribus posset per liberum arbitrium nihil ulterius adiuvante dei gratia domare et extinguere omnes cupiditates temptationesque superare III 669, 10; *cf.* 693, 14. 26. naturam atque doctrinam tantum modo esse dei gratiam et adiutorium, ut iuste recteque vivamus IV 121, 16. negantes auxilium dei contendebant hominem sibi posse sufficere nec gratia egere divina III 718, 7. hoc solum ad dei gratiam pertinere, quod cum libero arbitrio et non peccandi possibilitate creati essemus et dei mandata, quae a nobis implerentur, accepissemus; ceterum ad eadem mandata servanda et implenda nullo divino adiutorio nos egere III 689, 17, quod possibilitatem volendi atque operandi a creatore nobis insitam haberemus IV 46, 10. possibilitatis liberi arbitrii tam in bonum quam in malum ex aequa lance perpensio a Pelagio adfirmatur neque vero constanter tenetur IV 76, 8; *cf.* 74, 4—75, 7. Pelagius Caelestiusque suasuros se aliquibus esse confidebant nos adiutorium dei nec debere quaerere nec egere III 709, 9; *cf.* 719, 8—13. cavendis futuris vincendisque peccatis omnibusque temptationibus virtute superandis sine ullo adiutorio gratiae dei naturali possibilitate humanam sufficere voluntatem III 689, 24; *cf.* IV 77, 15. nimium adrogabant humanae voluntati, quam lege data putabant ad eam implendam sibi posse sufficere nulla super doctrinam legis gratia sanctae inspirationis adiutam III 272, 22; *cf.* 453, 22. ad habendam bonam voluntatem et ipsam caritatem nolebant nos divinitus adiuvari, sed nos ipsos dicebant arbitrio proprio nobis sufficere IV 121, 18. non esse liberum arbitrium, si dei indigeret auxilio, quoniam in propria voluntate haberet unusquisque aut facere aliquid aut non facere IV 71, 15. putabant auferri sibi liberum arbitrium, si nec ipsam bonam voluntatem sine adiutorio dei hominem habere, consensissent IV 178, 8. Pelagius et Caelestius in superbiam sacrilegam extollendo liberum arbitrium nullum relinquebant locum gratiae dei III 655, 9; *cf.* 678, 8. 692, 24. IV 121, 23. 128, 27. dei gratiam secundum merita nostra dari aiebat Pelagius, ut, qui gloriatur, non in domino sed in se ipso glorietur IV 71, 13. 382, 8. 383, 18. 390, 18. in Pelagiano-

rum igitur errorem cadit, qui putat secundum aliqua merita humana dari gratiam dei, quae sola hominem liberat per Iesum Christum IV 388, 2. personarum acceptorem deum se credere existimabant, si crederent sine ullis praecedentibus meritis deum, cuius vellet, misereri IV 178, 14; *cf.* 200, 13. 201, 18. filios dei non posse vocari, nisi omni modo absque peccato fuissent effecti IV 71, 14; *cf.* III 686, 17—687, 9. posse hominem esse sine peccato et mandata dei facile custodire, si vellet III 448, 12 *(Hil.)*. 685, 6—688, 4. 695, 18. 27; *cf.* IV 74, 10—75, 7 et re vera tales fuisse videri velut Abel III 695, 29. quod cum diceret Pelagius, quae tria testimonia Hierosolymitanae antistes ecclesiae ipsi se opposuisse commemoravisset IV 75, 9. victoriam nostram ait Pelagius non ex dei esse adiutorio sed ex libero arbitrio IV 71, 17. non esse rogandum deum, ut contra peccati malum atque ad operandam iustitiam esset noster adiutor III 666, 12. posse hominem in hac vita praeceptis dei cognitis ad tantam perfectionem iustitiae sine adiutorio gratiae salvatoris per solum liberae voluntatis arbitrium pervenire, ut etiam non sit necessarium dicere: 'Dimitte nobis debita nostra' III 665, 3. 690, 20; quod autem sequitur: 'Ne nos inferas in temptationem', non ita intellegendum, tamquam divinum adiutorium poscere deberemus III 665, 7. 690, 26; *cf.* 272, 25. 658, 12. de orationibus fidelium, quas et pro se et pro aliis fidelibus faciunt, ut proficiant, et de gratiarum actionibus, quia proficiunt, contra Pelagianos A. et Vitali erat conflictio communis IV 424, 2. paenitentibus, inquit Pelagius, venia non datur secundum gratiam et misericordiam dei sed secundum meritum et laborem eorum, qui per paenitentiam digni fuerint misericordia IV 71, 19. auxilium gratiae videbatur tamquam ex abundanti putare concedi aut 'ut', inquit, 'quod facere homines per liberum iubentur arbitrium, facilius possint implere per gratiam' IV 74, 18. 75, 3. Pelagianus, dixit Innocentius, credit nihil esse, quod a deo accipiat, nec aliquid superesse, quod petat ad sanandum se III 725, 10. Pelagio doctore haec intellegenda erat gratia dei, quae paganis atque Christianis, impiis et piis, infidelibus fidelibusque communis erat IV 46, 12. quae Pelagius videtur velut pro gratia sive adiutorio dei dicere, sic sunt ambigua, ut possint referri vel ad naturam vel ad doctrinam vel ad remissionem peccatorum IV 128, 11; *cf.* 128, 26. 183, 1. nobis in gratia vel adiutorio dei dicunt Pelagiani dominum Christum bene vivendi propositum exemplum IV 128, 20. Christum igitur gratis mortuum esse sequitur ex Pelagi doctrina III 678, 11—679, 15.

Pelagius Hierosolymis constitutus nonnullos fallere dicebatur; verum tamen multo plures adversus eum pro gratia Christi

et catholicae fidei veritate confligebant praecipue presbyter Hieronymus III 667, 9. A. misit quandam a se conscriptam velut defensionem suam, qua se dixit obiectis respondisse Gallorum III 695, 14. verba ex hac defensione adlata III 695, 19. quidam ex discipulis eius adulescentes dederunt A. librum, quem eiusdem Pelagi esse dixerunt, rogantes, ut ei responderet; quem librum A. legit atque respondit III 692, 3—15; *cf.* 675, 3. 697, 5. IV 45, 20; respondit autem tacito nomine auctoris, ne offensus insanabilior redderetur IV 46, 4. quo libro Pelagius ea prorsus persuadere moliebatur, quae gratiam dei per Christum Iesum generi humano impertitam de fidelium cordibus creditam delerent IV 45, 20. verba ex hoc libro prolata III 695, 29. ipsum Pelagi librum et suum, quo ei respondit, A. ad Iohannem episcopum misit III 694, 5. idem liber missus est ad papam Innocentium III 675, 3. 729, 6. de Pelagi libro quid iudicaverit Innocentius III 729, 6. Pelagius de iudicio, quod de ipso in Palaestina factum est, damnatus exisset, nisi obiecta sibi contra gratiam dei dicta, quae obscurare non potuit, ipse damnasset IV 70, 16—72, 3 (*cf.* 72, 5—73, 17). anathemasse videtur eos, qui dicebant, quod peccatum Adae ipsum solum laesisset et non genus humanum IV 67, 5; *cf.* 71, 3. timens damnari in orientalium episcoporum iudicio damnavit sententiam, qua dicebant gratiam dei non ad singulos actus dari, sed in libero arbitrio esse vel in lege atque doctrina IV 406, 2. 7. 417, 5. in quo iudicio eos, qui dicebant gratiam dei secundum merita nostra dari, sine dubitatione damnavit, ne a catholicis iudicibus damnaretur IV 417, 2; *cf.* 181, 14. 182, 5; sine ullis praecedentibus meritis gratiam ipsam humanam esse naturam, in qua conditi essemus IV 182, 8. in eodem iudicio, ut aliquo modo catholicus pronuntiaretur, anathemare compulsus est, qui dicebant infantes, etiamsi non baptizarentur, habere vitam aeternam IV 67, 15; *cf.* 68, 10. 16. summa sententiarum, quas omnes Pelagius sic anathemavit, ut nihil ad eas quoquo modo defendendas disputationis adtulerit IV 70, 20—72, 3. hanc Pelagi confessionem et episcopalis auctoritatem iudicii quisquis sequebatur, quaenam ut tenere deberet, fuit consequens? IV 72, 3—73, 23. gesta iudicii episcopalis nescire se scripsit Innocentius, utrum vera essent; ‘quae si vera sunt‘, inquit, ‘Pelagium constat magis subterfugisse, quam se tota veritate purgasse‘ III 728, 7; *cf.* 727, 2—13. non culpandos esse iudices, quibus Pelagius erat purgatus, in ep. 177 episcopi Innocentio scripserunt III 670, 12—671, 13; *cf.* 728, 6. in libris recentioribus, quos Pelagius post iudicium in Palaestina factum dicebatur edidisse, quamvis adiutorio divinae gratiae consentire videretur, quid de hac re sentiret, non satis evi-

denter apparuit IV 74, 1—75, 7; *cf.* 128, 11. in libris, quos nuperrime Pelagius perhibebatur edidisse, defendebatur Esau et Iacob sine vitio natos nec aliquid de primi hominis damnatione traxisse IV 67, 3. Pelagius quamquam anathematizaverat eos, qui dicebant gratiam dei secundum merita nostra dari, tamen nihil aliud in Pelagianorum posterioribus disputationibus invenitur quam meritis dari eam gratiam IV 181, 14. idem confessus est priorem hominis vitam, quae est ab infantia, sine peccato non esse, sed eum ad vitam, quae sine peccato esset, labore proprio et adiuto per gratiam dei posse converti III 695, 25. 696, 29.

A. Iohannem, a quo Pelagium multum diligi audiverat, monuit, ut illum caveret, ne ab eo falleretur III 691, 22. 693, 30. ab eodem petivit gesta ecclesiastica, quibus apud episcopos provinciae Palaestinae Pelagius perhibebatur esse purgatus III 695, 9; *cf.* 658, 6. 670, 11. 727, 1. IV 47, 4. Innocentius sibi persuaderi non posse dixit Pelagium esse purgatum III 726, 15. litteris Herotis et Lazari, quas Orosius tradiderat, lectis Carthaginense concilium et Milevitanum adverterunt Pelagium et Caelestium auctores nefarii prorsus et ab omnibus anathemandi erroris esse III 653, 13. 667, 3. itaque nisi errores suos apertissime anathemavissent, ipsos anathemari oportere censuerunt III 654, 13, id quod ad papam Innocentium detulerunt litteris 175 et 176; accessit ep. familiaris 177, quam quinque episcopi de eadem causa ad Innocentium miserunt aliquanto diligentius scriptam IV 47, 8. 389, 14. ad quas litteras Innocentius respondit litteris 181. 182. 183. quarum omnium senarum litterarum exempla A. ad Paulinum IV 47, 12 et ad Valentinum monachum misit IV 389, 12; Innocenti litterarum exempla ad Optatum quoque IV 157, 18. si Pelagius episcopalibus gestis, quae in oriente confecta dicebantur, etiam papae Innocentio iuste visus fuisset absolutus, errorem tamen ipsum et impietatem etiam auctoritate apostolicae sedis anathemandam esse censuit concilium Carthaginense III 658, 6. Pelagium et Caelestium in ecclesia sanari se malle quam desperata salute ab ecclesia resecari declaravit concilium Milevitanum III 667, 4 et A. III 274, 2. 690, 10. quinque episcopi scriptam ab uno eorum ad Pelagium epistulam Innocentio miserunt, ut eam ad illum dirigere ipse potius dignaretur III 684, 14. Pelagium iam fortasse correctum esse A. et, qui cum eo erant, episcopi in ep. 177 opinabantur, quod ut verum esset, exoptabant III 671, 14. idem episcopi Pelagium anathemare debere scripta sua postulabant aut, si ea esse sua negaret, anathemare tamen et damnare III 683, 10; *cf.* 675, 19. contra Pelagianos papae Zosimo de Africano concilio scriptum est eiusque rescriptum ad universos totius orbis episcopos

missum IV 389, 16. et posteriore concilio plenario totius Africae contra eundem ipsum errorem aliqua breviter sunt constituta IV 389, 18. quorum omnium exempla A. ad Valentinum abbatem misit IV 389, 16; exemplum rescripti, quod Zosimus ad universos episcopos dederat, ad Optatum quoque IV 157, 19. Pelagius et Caelestius, impii dogmatis assertores acerrimi, recenti iudicio dei per diligentes et fideles servos eius catholica communione privati sunt et etiamtum in sua damnatione persistebant IV 220, 25. audita Pelagi damnatione, qui fuisset pertinax et resistens haeretici dogmatis auctor inventus, ceteros facile corrigi existimavit Innocentius III 726, 11. Pelagium Caelestiumque ecclesiastica communione privari Innocentius apostolici vigoris auctoritate censuit, donec resipiscerent de diaboli laqueis, eosque interim dominico ovili non recipi III 721, 3; *cf.* 722, 4. simul praecepit, ut, quicumque eandem doctrinam defensitare niterentur, par eos vindicta constringeret III 721, 12. Pelagius et Caelestius novae haeresis vel auctores vel certe acerrimi notissimique suasores conciliorum episcopalium vigilantia ab Innocentio papa et Zosimo, nisi correcti etiam egissent paenitentiam, toto Christiano orbe damnati sunt IV 157, 12; litterae apostolicae sedis de illorum damnatione ad Africam missae IV 176, 15. imperatores Honorius et Theodosius dudum constituerant, ut Pelagius atque Caelestius, infandi dogmatis repertores, ab urbe Roma pellerentur, et recenti quoque sanctione decreverunt, ut, si quis eos in quacumque provinciarum parte latitare non nesciens aut propellere aut prodere distulisset, praescriptae poenae velut particeps subiaceret IV 296, 4. 297, 2 et, quicumque episcopi eorum damnationi subscribere neglexissent, episcopatus amissione multati interdicta in perpetuum expulsi civitatibus communione privarentur IV 298, 2.

Pelagiani se de Sixti, presbyteri ecclesiae Romanae, qui eorum magni momenti patronus fama iactabatur, solebant efferre amicitia IV 163, 26. 164, 8; *cf.* 176, 11. A. Sixto varia Pelagianorum genera varie curanda commendat IV 164, 9. Sixtum anathema Pelagianis in populo frequentissimo pronuntiasse fama in Africam pertulit IV 176, 13. ep. 194 ad Sixtum contra novos haereticos Pelagianos est conscripta, qui dicebant gratiam dei secundum merita nostra dari IV 382, 6. 390, 15. librum Pelagianum ad Demetriadem missum quisnam scripsisset vel num ad eam pervenisset, Alypius et A. ex Iulia matre nosse volebant IV 122, 12. de Pelagio ipso se cogitare haud dissimulabant, cum in quadam epistula sua diceret ad eam se scripsisse IV 130, 13. eorum de hoc scripto iudicium IV 122, 14. Pelagius libri sui ad Demetriadem missi testimonio probare nitebatur se

gratiam dei, quam vel tacere vel negare diceretur, apertissime confiteri IV 130, 16. verba ex hoc libro prolata IV 122, 18. quinque episcopi papae Innocentio scripserunt audivisse se esse in urbe Roma, ubi Pelagius diu vixisset, nonnullos, qui diversis causis ei faverent III 670, 7; *cf.* 726, 2. Pelagianos Romae esse nec ostendere se posse rescripsit Innocentius nec negare, cum, etsi essent, laterent nec auderent Pelagium defendere vel, quae praedicaret, iactare III 726, 5. Nolae tanta pro isto errore obstinatione quosdam niti audiebat A., ut dicerent facilius esse, ut etiam Pelagium desererent, quam ut ab eius sententia discederent IV 68, 13. non parum veritati propinquarunt Pelagiani in quaestione de baptismo parvulorum, cum infantulum per eos, a quibus baptizandus offerretur, credere confitebantur IV 168, 28. 212, 5. 213, 5. 11. auctoritate evangelica territi vel potius Christianorum populorum concordissima fidei conspiratione perfracti sine ulla recusatione concedebant nullum parvulum nisi renatum ex aqua et spiritu intrare in regnum caelorum IV 200, 23. A. Pelagianos iam non existimabat dicere, etiamsi non peccasset Adam, fuisse vel corpore morituram IV 175, 2. Pelagiani conclamantium religiosorum et piorum vocibus pressi ita se fatebantur ad habendam seu faciendam iustitiam divinitus adiuvari, ut sui praecederet aliquid meriti IV 180, 11. idem ex quo damnati sunt, errorem suum aut liberius defendere audebant aut pressius atque timidius insusurrare non cessabant penetrantes domos aut timore omnino silebant, quod in corde retinebant; quorum illos severius cohercendos putabat A., alteros vigilantius vestigandos, hos tractandos quidem lenius sed non segnius docendos IV 164, 9. 177, 18. qui si resipuissent deposito pravi dogmatis errore, in ecclesiam eos recipi iussit Innocentius III 722, 11; *cf.* 713, 1. 716, 10. Iudaeis A. eos dixit simillimos IV 77, 17. 220, 18; *cf.* III 452, 12. 453, 1; non quidem nomine eos sed tamen errore iudaizare IV 220, 23.

Nova Pelagianorum haeresis inimica gratiae Christi contra ecclesiam Christi conabatur exsurgere, sed aliquamdiu nondum evidenter ab ecclesia separata erat III 689, 14; *cf.* 664, 15. Pelagianos inimicos se catholicae fidei et dei beneficiis profiteri ingratos dicit Innocentius nec catholica communione esse dignos III 711, 3. quam periculosi essent nec facile contemnendi, A. monuit Honoratum; continenter enim eos vivere atque in bonis operibus esse laudabiles nec falsum Christum credere, sed tamen ignorare dei iustitiam et suam constituere velle III 231, 18. haec haeresis antiquissimae fidei stabilita moliebatur fundamenta convellere adversus dei gratiam disputando IV 157, 9; *cf.* III 661, 11. 666, 10. 690, 8. non parvus, non mediocris erat illorum error IV

121, 12. 122, 1. sectam imperatores eam appellaverunt detestabilem IV 298, 8. nihil tam iniquum potest esse, dicit Innocentius, tam barbarum, tam totius religionis ignarum, tam Christianis mentibus inimicum quam Pelagi doctrina III 706, 2, nihil tam mortiferum, tam praeceps videtur ad casum, tam expositum ad omnia pericula III 707, 8. perniciosissima haeresis, inquit Hieronymus, quae semper simulat paenitentiam, ut docendi in ecclesiis habeat facultatem, ne, si aperta se luce prodiderit, foris expulsa moriatur III 638, 3. Pelagius et Caelestius gratiam non aperte oppugnare audebant III 656, 14; *cf.* 273, 2. 638, 3. 662, 1. 691, 23 atque fieri posse putabatur, ut scripta, quae ipsorum esse dicerentur, sua esse negarent III 662, 2. 675, 19. 683, 13. Pelagi novellus et perniciosus error ecclesiastica auctoritate est compressus IV 47, 15; *cf.* 389, 11. libris et A. et aliorum cum contra alios tum maxime contra Pelagianos catholica fides tot annis est defensa IV 478, 4. A. se scripsisse dicit grandem quendam librum adversus Pelagi haeresim cogentibus nonnullis fratribus, quibus contra gratiam Christi opinionem perniciosam ille persuasisset III 621, 20. Hieronymi dialogus adversus Pelagianos III 638, 1. Hieronymus opus sub nomine Critobuli adversus Pelagium modo edidit III 700, 2. Mercatoris liber adversus novos haereticos IV 168, 8, de quibus ad A. scripsit IV 175, 1.

Pelagius Terenti distinguitur a Pelagio Britone IV 45, 9.

Pelagius episcopus in concilio Carthaginensi adfuit III 653, 5.

Pelasgum veterum commenta I 89, 18. regnum Pelasgum *(ex coni.)* I 94, 5.

Pentadius episcopus in concilio Carthaginensi adfuit III 653, 4.

Peregrinus diaconus A. commonitorium, ut Marcellino traderetur, accepit III 150, 15; *cf.* 154, 6. quem dicit A., ex quo ab ipso profectus esset cum Urbano, quando episcopatus sarcinam subire perrexisset, nondum remeavisse Hipponem; salvos eos tamen esse se cognovisse III 380, 5.

Idem fortasse erat, quem in ep. ad Maximum data (*ep.* 170) Alypius et A. coepiscopum appellant III 622, 6. 631, 6 et pusilla ep. 171 rogant, ut rescriberet, num aliquid apud Maximum profecissent.

Peregrinus comes ab A. miraculi testis adhibetur IV 482, 9.

Persae: apud Persas, inquit A., evangelium iam diu praedicatur II 467, 22.

Persius de mantica aliena II 242, 4. alii eiusdem versiculi II 667, 18. IV 505, 2.

pes: de lavandis pedibus quaestio et variae consuetudines II 207, 17.

Petrus apostolus Pauli praecessor II 297, 15 *(Hier.)*. Christus Cornelium per priorem Petrum docuit et Petrum per posteriorem Paulum III 559, 12.

baptismus, quem dedit Petrus, non erat Petri sed Christi II 490, 1. dei patris revelatio utrum per fidem rei creditae an per visionem conspectae facta in Petri mente fuisset, non A. videbatur elucere III 304, 20. Petrus ex egregio praesumptore tam creber negator effectus III 186, 5. quod dicitur egisse paenitentiam, cavendum est, ne ita putetur egisse, quo modo agunt in ecclesia, qui proprie paenitentes vocantur IV 639, 9. quando amarissimas lacrimas fudit, utique dominum negasse eum paenituit et tamen apostolus mansit IV 39, 15. 40, 10. lacrimae Petri pastoris IV 359, 17. Novatianus quidam Petrum baptizatum non fuisse dixit, cum paulo superius dixisset apostolos fuisse baptizatos; quod unde illi videretur, se ignorare ait A. IV 638, 14—639, 6; *cf.* 644, 2. Petrus, dixit urbicus quidam II 32, 24. 37, 21. 49, 9, apostolorum caput, caeli ianitor et ecclesiae fundamentum, extincto Simone, qui fuerat diaboli non nisi ieiunio vincendi figura, Romanos edocuit sabbato ieiunare II 50, 9; *cf.* 51, 18. nam cum Simone mago die dominico certaturum propter ipsum periculum pridie cum urbis ecclesia eum ieiunavisse et hunc morem tenuisse erat opinio plurimorum, quamvis eam perhiberent esse falsam plerique Romani II 50, 18.

Inter se vixerunt concorditer Petrus et condiscipuli eius II 50, 14. Petrus a Paulo obiurgatus *v.* Paulus p. 281. illa Petri non tantum claudicatio verum etiam correctio scripturis canonicis continetur II 482, 18. non aequatur meritis Petri, quisquis non cogit gentes, iudaizare II 482, 17. Petri solita libertas II 293, 8, magna auctoritas 294, 6, sancta humilitas II 375, 9. sanctae ac benignae pietate humilitatis rarius et sanctius exemplum posteris praebuit Petrus quam Paulus II 374, 20; *cf.* III 699, 26. Petrus volens mortem subegit asperam II 348, 11.

Ordinem episcoporum sibi succedentium ab ipso Petro numeramus, qui totius ecclesiae figuram gerit II 153, 8. 154, 7. Petro successit Linus II 153, 12. Petri basilica I 120, 22. in epistula Petri voluntas eius apparet, in basilica non apparet I 120, 30. imperii nobilissimi eminentissimum culmen ad sepulcrum piscatoris Petri submisso diademate supplicare ait A. IV 514, 2. quotiens fidei ratio ventilatur, papa Innocentius arbitrabatur omnes fratres et coepiscopus suos non nisi ad Petrum, id est sui nominis et honoris auctorem referre debere III 717, 9, a quo ipsum episcopatum et totam auctoritatem nominis huius emersisse 702, 5; *cf.* 701, 5—703, 5. A. papam Caelestinum obsecravit per Christi sanguinem, per apostoli Petri memoriam IV 352, 5.

Petrus episcopus in concilio Milevitano adfuit III 664, 6.

Petrus et Abraham, ad quos data est ep. 184 A, ab A. multa

quaesiverant III 732, 4. monachi fuisse videntur III 732, 11.
Phalaridis taurus III 432, 3.
phantasia *v.* imago. memoria.
phantasticus *v.* imago.
Pharao et Moyses similia fecerunt II 450, 24. quo modo invenisse viderentur magi Pharaonis conversa in sanguinem tota aqua Aegypti, unde simile aliquid facerent III 250, 14. Pharaonis magi haereticorum imago II 203, 20—204, 11.
Pharisaeus ille, qui iustitias suas praedicabat, forma erat illorum iustorum, qui in sanctitate generis et littera legis gloriabantur II 724, 12—726, 6. pastores mali nomine scribarum et Pharisaeorum significati sunt docentes bona et facientes mala IV 344, 24. tolerabat Zacharias Pharisaeos et scribas II 105, 10. haeresis Minaeorum a Pharisaeis usque ad Hieronymi tempora damnabatur II 303, 14.
Pherecydes Syrius apud Graecos primus de animae inmortalitate cum disputavisset, Pythagoram ex athleta in philosophum vertit III 113, 13.
Philastrius, Brixensis episcopus, scripsit librum de omnibus haeresibus IV 446, 13; *cf.* 450, 6. haereses fuisse commemoravit ante domini adventum 28 in populo Iudaeo, 128 post domini adventum IV 446, 15. de numero quantum differret ab Epiphanio, qui Graece de haeresibus scripsit, monet Augustinus IV 447, 5. Epiphanius longe Philastrio doctior eminuit IV 447, 10. 448, 5. A. Philastrium cum Ambrosio Mediolani vidit IV 446, 13.
Philippensium ecclesia II 401, 25, episcopus II 148, 11.
Philocalus, primarius Hipponiensium, A. rescriptum ad Quodvultdeum perferendum accepit IV 446, 10, quod ille nondum ad se pervenisse scribit IV 449, 8.
philosophia quid est Latine nisi studium sapientiae? III 376, 8. philosophiae quaestiones morales, naturales, rationales II 682, 23. 24. 683, 7. 684, 18. philosophiam Aristoteleo more tamquam esotericam fovere A. consueverat III 90, 14 *(Vol.)*.
philosophum in Academiae Lycio residentem depingit Nectarius II 579, 1. Tullius quasi consulares philosophos appellat, quorum magni pendit auctoritatem II 583, 31. de philosophorum vanitate II 363, 16. philosophi huius mundi vehementer egerunt, ut putarentur vel putarent sibi beatam vitam virtute propriae voluntatis efficere IV 77, 5; *cf.* III 431, 9. hoc saeculo iam nullos videmus philosophos nisi forte amiculo corporis I 1, 15. philosophorum scholae A. aetate prorsus obmutuerant II 676, 17. 28. 684, 23. 697, 5.
Phison flumen II 185, 20.
Phlegethon Tartareus I 15, 23.
Phoenices limitem impetus barbarorum percucurrit III 544, 1.
Photinianos haereticos, qui principium filio dei ex utero virginis tribuebant nec volebant

credere et anteà eum fuisse, Ambrosius coarguit III 292, 19. Photinianus loquebatur adversus spiritum sanctum et peccabat in eum, cum eius omnino negaret aliquam esse substantiam, sed unum tantum modo esse deum patrem IV 42, 4.

Photinus haereticus hominem tantum modo Christum credidit II 717, 25.

Phryges sacrilegi I 94, 6.

Pictaviensis *v.* Hilarius.

Pinianus *v.* Albina. Pinianus, homo dives atque pecuniae contemptor et largitor III 3, 24; *cf.* 13, 5. Hipponienses eum presbyterum petebant III 7, 18. 10, 12 et turbulenter ac temere agere coeperunt 8, 6. 15. 26. 9, 1. A., quod fide data promiserat, ne ille invitus ordinaretur, omni, qua peterat, ratione resistebat III 8, 11. Pinianus misit ad A. servum dei, qui ei diceret illum se velle populo iurare, si esset ordinatus invitus, fore, ut ex Africa discederet omnino III 9, 23. tum Pinianus urgente populi voluntate commotus Hippone se mansurum esse, si sibi clericatus sarcinam nolenti nullus inponeret, et, si quando ad suscipiendum clericatum consentire sibi placuisset, non nisi in ipsa Hipponiensi ecclesia consensurum interposito iure iurando promisit promissumque subscripsit III 10, 2—11, 15; *cf.* 12, 14. episcopi ne subscriberent, Melanio contra dicente factum est III 11, 16. eadem cum ad alias necessitates etiam aeris morbidi causationem addi voluisset, Piniani responsione reprehensa est III 10, 25. Albina de Hipponiensibus questa est, quod aperuissent cupiditatem suam neque clericatus sed pecuniae causa Pinianum apud se tenere voluissent III 3, 22; *cf.* 12, 20. 16, 4. de A. quid sentiret, paene clamavit nec ipsa tantum verum etiam filii eius, qui hoc etiam ipsa die in abside dixerunt III 3, 26. A. hanc suspicionem et ab Hipponiensibus et a se ipso propulsabat III 12, 20. 13, 25; neque a se neque a populo ius iurandum ei esse extortum promittendae praesentiae III 17, 10. Pinianus A. praesente ac permittente neque vero praecipiente iuravit III 12, 3. populus Pinianum ad presbyterium, non ad iusiurandum clamando cogebat III 12, 8. flagrantissime in Piniano amare potuerunt Hipponienses tantam mundi istius cupiditatem, tantas opes, tantam spem tanta conversione superatam atque calcatam III 13, 5. Pinianus ita se promisit ab Hippone non recessurum, quem ad modum A. vel ipsi Hipponienses non recedebant, quibus tamen et abeundi et redeundi facultas erat libera III 7; 9. quod post ius iurandum absens erat, per hoc periurus non fuit, nisi aut voluntatem mutaverat apud Hipponienses habitandi aut discesserat sine dispositione redeundi III 6, 22. qui fuissent motus vel linguae hominum, posteaquam Pinianum discessisse didicissent, A. commonitorio Albinam certiorem fecit III 11, 24. Hipponienses

Pinianum non sicut damnatum sed sicut carissimum habitatorem suae civitatis habere voluerunt III 6, 19; non aliter, quod eis promiserat, impleri sentiebant, quam ut adesset voluntate habitandi et iret, quo necesse fuisset, cum dispositione redeundi III 17, 21. Albina in ep. ad A. missa ius iurandum violenter extortum dixit III 16, 15; *cf.* 5, 1 et promissam Hippone praesentiam exilii, deportationis, relegationis nomine praegravavit 17, 4. Piniano nullus ab Hipponiensibus metus mortis ingestus est, etiamsi forte ipse tale aliquid timuit III 8, 2; *cf.* 14, 14. 16, 17. qua religione ius iurandum a Piniano conservari oportuerit III 5, 1—7, 13. 16, 10. Pinianus in monachis habebatur III 16, 30. Hipponiensium in Piniani causa suspiciones et iniurias sustinuit Alypius *v.* Alypius. ep. 225 ad Alypium datae A. promissionis exemplum adiunxit ex chartula eadem, quam Pinianus subscripsit, translatum et a se inspiciente emendatum III 7, 19.

piscis: illis magnis piscibus dominus iam post resurrectionem novam vitam demonstravit II 205, 16.

Pius, episcopus Romanus II 153, 15.

Placentius episcopus in concilio Milevitano adfuit III 663, 5.

Plato a Cicerone multis locis apertissime ostenditur in sapientia non humana sed plane divina constituisse et finem boni et causas rerum et ratiocinandi fiduciam II 684, 2. memoria praeteritarum rerum est, haec autem, quae intellegendo discimus, Platone ipso auctore manent semper nec possunt interire ac per hoc non sunt praeterita I 14, 4. dicimus hominem quasi hominem in comparatione hominis illius, quem Plato noverat I 5, 4. Xenocrati discipulo Academiam, scholam suam, reliquit Plato II 681, 9. A. epistulae Nebridio Christum, Platonem, Plotinum sonabant I 12, 1. Ambrosius scripsit adversus eos, qui de Platonis libris Christum profecisse contendebant II 7, 23.

Platonici esse aliquid dicebant, quod non sensibus percipi posset, atque id solum vere esse, id solum percipi posse, quia incommutabile et sempiternum esset, percipi autem sola intellegentia II 683, 15. inter eos, qui fruendum deo unum atque summum bonum nostrum esse dicebant, eminuerunt Platonici II 681, 1. animam lapsam de caelo esse omnes Platonicos putare dicit Hieronymus III 542, 4. Platonici falsorum philosophorum erroribus circumlatrantibus sententiam suam tegere quaerendam quam polluendam proferre maluerunt II 696, 22. quibus condicionibus et in moralibus et in naturalibus et in rationalibus quaestionibus adducti sint, ut occultare sententiam suam statuerent et contra eos disserere, qui verum se invenisse iactarent II 682, 3—683, 27. Stoicorum et Epicureorum litem conantes diiudicare occultabant sententiam veritatis et illorum vanam in falsitate fiduciam convincebant et redargue-

bant II 681, 19. non inmerito ad officium suum pertinere arbitrati sunt Stoicis et Epicureis maxime et prope solis omnino resistere II 681, 3. nomine Epicureorum et Stoicorum a Platonicis oppugnati sunt ei, qui in corporis vel animi natura ponebant et finem boni et causas rerum et ratiocinandi fiduciam II 684, 7. Platonici, cum iam Christi nomen crebresceret, emergere coeperunt ad proferendum atque aperiendum, quid Plato sensisset II 697, 1. verae rationis personam implere non potuerunt, defuit enim divinae humilitatis exemplum, quod per Christum inlustratum est II 681, 23. eosdem Academicos quos Platonicos esse auditorum ipsa successione docebat A. II 681, 5.

Platonicus fons I 1, 9. Platonicae gentis philosophos ait A. paucis mutatis invictissimo uni regi Christo pias cervices oportere submittere II 685, 4.

Pliades, caelestes creaturae II 185, 19.

Plotini schola Romae floruit habuitque condiscipulos multos acutissimos et sollertissimos viros; sed aliqui eorum magicarum artium curiositate depravati sunt, aliqui in Christi militiam transierunt II 697, 4. A. epistulae Nebridio Christum, Platonem, Plotinum sonabant I 12, 1.

poetica: ne poeticam quidem eloquentiae partem tacitam aut inhonoram A. reliquit III 90, 8 *(Vol.)*.

Polemon successit Xenocrati. Polemoni Arcesilas II 681, 8. Xenocrates Polemonem de fruge temperantiae disputando non solum ebriosum verum et tunc ebrium ad mores alios repente convertit III 263, 16. 264, 11. 266, 3.

Pollio *v.* Cornelius et Asinius Pollio.

Pompilius *v.* Numa Pompilius.

Pontianus, episcopus Romanus II 153. 17.

Ponticanus, Romuli actor IV 587, 14.

Ponticianus episcopus in concilio Milevitano adfuit III 663, 7.

Pontius et Rogatianus, quibus supplicantibus Iulianus imperator libertatem parti Donati permisit, dixerunt homini apostatae apud eum solam iustitiam habere locum II 601, 24. 602, 1.

Pontus: ecclesia Ponti II 402, 1.

Porphyrius apostoli Pauli arguit procacitatem, qui Petrum ausus esset reprehendere, quod in eodem in quo ipse fuisset errore II 289, 10 et blasphemans eos puerili dixit inter se pugnasse certamine 300, 16; *cf.* 311, 12. qua expositione Origenes et ceteri deinceps interpretes Porphyrio blasphemanti respondere conati essent, Hieronymus adnotat II 289, 7; A. autem alio potius modo Porphyri calumniam defendendam esse censuit II 375, 9. quae de Porphyrio contra Christianos quaestiones tamquam validiores decerptae proponebantur II 551, 5. 569, 2. IV 471, 7; *cf.* III 570, 9.

Possidius, Calamensis episcopus II 598, 2. tristis eum Calamensium causa compulit, ut iret trans mare II 506, 17. sed prius-

quam navigavit, A. convenit II 582, 6 et ep. 95 Paulino reddendam recepisse videtur, nam A. scribit eum esse cum Paulino II 506, 16. Possidium multo salubrius ipsum quam Nectarium cives suos diligere ait A. II 582, 14. eidem ep. 101 A. dedit perferendam ad Memorium, quem in eo suam ait non parvam reperturum esse praesentiam II 539, 18. Possidium dicit A. per suum ministerium dominico pane esse nutritum II 540, 1. qua re ad ipsum scriptam esse epistulam 245 non temere conieceris. Possidius cum iret ad fundum Figulinensem, Donatistae ei insidiati sunt et paene vivum cum domo, quo fugerat, incenderunt II 598, 2; sed tamen Crispinus propter hoc factum haereticus iudicatus poena decem librarum auri eiusdem Possidi intercessu est liberatus 598, 11; *cf.* 413, 18. in concilio Milevitano adfuit III 663, 5 et inter illos quinque episcopos invenitur, qui epistulam 177 ad papam Innocentium miserunt, quibus ille respondit ep. 183. in ep. 137 A. Volusianum Possidi nomine multum salutat III 125, 11 *(cf. quae III 92, 12 et 14 in codd. C et K sunt scripta).*

Possidonius episcopus in concilio Milevitano adfuit III 664, 4.

Postumianus episcopus in concilio Carthaginensi adfuit III 652, 8.

Potestates, angelorum chorus, deum videre, sicuti est, non possunt, dicit Hieronymus III 337, 11. 339, 14.

praedestinare: ‘secundum electionem dilecti propter patres‘ = praedestinati III 367, 6. quos deus praedestinavit, illos et vocavit secundum propositum; sunt enim et alii vocati sed non secundum propositum vocati IV 65, 10.

praedestinatio: de praedestinationis gratia III 366, 16—368, 22. 676, 13—678, 2. secundum praedestinationem et apostolus dicit quod elegerit nos deus in Christo ante constitutionem mundi IV 115, 7. cur ad praedestinationem alii pertineant, alii non pertineant, occulta causa esse potest, iniusta non potest III 368, 15; *cf.* IV 184, 16—23. 194, 22—195. 2. 197, 1—17. 200, 13—203, 23. 318, 9. non ideo deus nondum natorum alium oderat, alium diligebat, quia eorum futura opera praevidebat IV 204, 1—205, 3.

praedicare *v.* presbyter.

praefectorum per Africam vicarius II 410, 5.

Praesidium diaconum cum ep. 39 Hieronymus ad A. misit eique diligentissime commendavit II 67, 7. eundem, ut videtur, episcopum factum A. ep. 74 rogavit, ut ep. 73 ad Hieronymum mittere non gravaretur et sua etiam ipsius ep. eius animum placare et mitigare curaret. adfuit in concilio Milevitano III 664, 6.

Praetextatus episcopus in concilio Carthaginensi adfuit III 653, 4.

Praetextatus Assuritanus *v.* Felicianus Mustitanus. Praetextato damnato in eius loco alter est ordinatus II 616, 16.

presbyter: Aurelius, episcopus Carthaginensis, ut se praesente sermones haberent, permisit presbyteris *ep.* 41; quorum sermonum ut aliquos sibi mitti iuberet, obsecrabant eum A. et Alypius II 83, 13. catholici presbyterum Siniti misèrunt, ut nulli molestus suos visitaret et in domo iuris sui positus pacem catholicam volentibus praedicaret II 597, 26. quo animi ardore Hipponienses Pinianum, hominem divitem, presbyterum facere et apud se tenere studuerint *ep.* 125 *et* 126. quibus ex causis A. presbyterum quendam removendum ab officio presbyterii arbitratus sit *ep.* 65 *ad primatem data.*

presbyterium *v.* episcopatus.

precationes dicuntur, quas facimus in celebratione sacramentorum, antequam illud, quod est in domini mensa, incipiat benedici III 362, 9. *v.* deprecatio.

primates senis nomine appellantur I 62, 3. III 34, 4. 235, 2. IV 163, 16. 216, 6. 348, 23. 29. 'Silvanus senex ecclesiae Summensis subscripsi' III 34, 4; *cf.* 235, 2. 'Silvanus primae sedis provinciae Numidiae subscripsi' III 39, 20. Mauretaniae provinciae suos habent primates II 219, 11.

primatus: episcopi de primatu contendentes II 219, 19. de ipso primatus ordine in concilio agendum est II 220, 5; sed interim fieri potest, ut concorditer constet, uter debeat convocare concilium 220, 12; alium rei dirimendae modum proponit A. 220, 14. sede apostolica iudicante duo episcopi provinciae Caesariensis a primatu sunt exclusi IV 351, 6—17. *v.* episcopus. — = principatus aetatis *v.* Esau.

Primianum damnavit Maximianus cum ceteris sociis suis III 240, 16. Felicianus Mustitanus Primianum Carthaginensem damnavit et vicissim ab illo etiam ipse damnatus est II 610, 22. III 240, 18. centum ferme episcopi Donatistarum factione damnabili cum Maximiano conspirantes ausi sunt damnare Primianum absentem II 615, 21. III 239, 22; *cf.* II 625, 10. 20. concilium Maximianensium femina quaedam conflavit adversus absentem Primianum et ceteram per Africam multitudinem Primiano communicantem II 108, 23. A. concilium Secundi Tigisitani adversus absentem Caecilianum cum concilio Maximianensium adversus absentem Primianum componit II 108, 3—26. Maximianus contra Primianum levatus est II 615, 28. 626, 3; *cf.* IV 15, 18. Primianus a ceteris Afris suae communionis episcopis contra factionem Maximiani purgatus est II 108, 9. Titianus Felicianum et Praetextatum, totam ipsam contra Primianum conspirationem verbis gravissimis accusavit II 627, 11. utique mendaces fuerunt, qui Primianum falsis criminibus damnaverunt II 617, 15. Maximianistae, Primiani damnatores, extra Primianum baptizatores, post Primianum rebaptizatores II 156, 24; *cf.* III 37, 21. Africana ecclesia vel auctoritate vel numero longe minor erat comparata ceteris Christianis omni-

bus gentibus quam pars Maximiani comparata parti Primiani II 108, 15. Primianus damnatores suos et damnavit cum ceteris et damnatos ac detestatos in suo rursus honore suscepit et baptismum, quem mortui dederant, agnovit III 646, 4. Felicianum et Praetextatum non unus Primianus sed multi episcopi Donatistae post damnationem in honoribus integris susceperunt II 616, 17. Felicianus in sacrilego Maximiani schismate multos per suas ecclesias baptizavit modo cum Primiano Donatistarum episcopus II 611, 2; simul enim Donatistarum episcopus sedebat cum Primiano a se damnato et damnatore suo II 613, 5; *cf.* III 38, 3. episcopi Donatistae non solum baptismum, quem Primianus in sua communione sed etiam quem dedit Felicianus in Maximiani sacrilego schismate, sanctum esse senserunt II 614, 25. Macrobius, quid de facto Primiani diceret, interrogatus dixit se nuper ordinatum patris sui iudicem esse non posse II 611, 23. neque enim audebat iudicare Primianum II 614, 2. 615, 5. 15. quamquam non quod male fecisset Primianus, Macrobium A. voluit memorare, sed quod optime fecisset II 615, 7.

Primus, subdiaconus Spaniensis ecclesiae, ob libidinem a clericatu remotus est et inritatus adversus disciplinam cum duabus sanctimonialibus transtulit se ad Donatistas, ubi omnes tres sunt rebaptizati; deinde cum gregibus Circumcellionum inter vagabundos greges feminarum in vinolentiae bacchationibus superbus exultabat II 28, 16.

principalis Cirtensis III 154, 10.

Priscilla *v.* Cataphrygae.

Priscillianistae Manichaeorum simillimi II 57, 1. non multum a Manichaeis dissimiles blasphemias fabulabantur III 556, 10. ea ipsa, quae exponebant ab suae sectae hominibus alienis, vera esse non credebant; ipsi enim alia cum suis sentiebant atque inter suos docebant sive discebant, quae non audebant prodere, fidem autem catholicam eis, quos timebant, praedicabant, non quam tenerent, sed sub qua laterent IV 527, 16; *cf.* 530, 25. 532, 2. 11. praeceptum habere perhibebantur: 'Iura, periura, secretum prodere noli' IV 527, 27. poterant aliqui haeretici reperiri fortasse inmundiores, sed nullus istis fallacia comparari IV 527, 24. Priscillianistae accipiebant omnia et canonica et apocrypha simul; sed quaecumque contra eos erant, in suos sensus expositione pervertebant IV 527, 13. scripturae apocryphae non propriae Priscillianistarum erant, sed alii quoque haeretici eis utebantur IV 526, 16. Priscillianistae non hoc sentiebant de scripturis apocryphis, quod se exponere simulabant IV 528, 4. eisdem scripturis tamquam divinam tribuebant auctoritatem atque etiam canonicis eas praeferebant IV 528, 6. hymnum, quem dicebant esse Iesu Christi et in scripturis solebat apocryphis inveniri (IV 526, 14), qua ratione exposuerint IV 528, 9—532, 4. ipsum domi-

num Iesum loquentem per os proprium illusorem potius quam veritatis doctorem fuisse crediderunt IV 532, 13. hymnum dixisse Christum secrete sanctis apostolis, cum ascensurus esset in montem IV 528, 9. hunc hymnum non esse in canone aiebant, quia velut sacramentum regis abscondendum fuisset his, qui secundum carnem sentirent et non secundum spiritum et veritatem dei IV 528, 12. 16; *cf.* 529, 21. 530, 10. 23. 29. 531, 28. 532, 9. non rationem hanc esse dicit A. sed tergiversationem IV 532, 8. Priscillianistae ad ieiunandum die dominico solebant testimonium de apostolorum actibus adhibere II 57, 1. quid de animae origine sentirent, A., cum scriberet de libero arbitrio, nondum quicquam se audivisse dicit III 556, 9. Argyrium in Priscillianistas aut nescientem inruisse aut iam eiusdem haeresis retibus implicatum esse A. putabat, cum scripturas quasdam sibi missas Priscillianistarum esse non dubitaret IV 526, 4. Orosio ad quaedam interrogata, quae illum de Priscillianistarum haeresi permovebant, uno libro non grandi quanta potuit brevitate et perspicuitate A. respondit III 521, 16.

Priscillianus censuit animas pro meritis vitae prioris terrena atque mortalia dari in corpora IV 307, 5. animam ἀπόῤῥοιαν dei substantiae esse Hispana Priscilliani haeresis, ut ait Hieronymus, suspicabatur III 542, 6.

Priscus, provinciae Caesariensis episcopus, clamare potuit: 'Aut ad primatum locus sicut ceteris et mihi patere debuit aut episcopatus mihi remanere non debuit' IV 351, 10. in eadem poena qua ipse eiusdem provinciae episcopus Victor fuit IV 351, 12.

Privationem adulescentem dicit A. a se nondum esse susceptum in monasterium; sed causam ipsius ad senem Aurelium se misisse, ut, quod de illo statuisset, hoc faceret; mirari se autem, si iam potest lector putari ecclesiasticus II 231, 17.

Privatus frater, cui heres successit frater Aemilianus II 390, 13. idem fuisse videtur Privatus ille, quem Evodius de monasterio praecessisse et per somnium sibi apparuisse meminerat III 494, 28.

Proba, vidua dives et nobilis et tantae familiae mater III 47, 4; *cf.* 75, 13. viduitatis eius negotium erat persistere in orationibus nocte ac die III 40, 11. habebat filios et nepotes numerosamque familiam III 75, 15 et nurum 76, 4. aliae sanctae viduae virginesque sub eius cura securius erant constitutae III 76, 5. cum ab A. petivisset, ut de orando deo ad ipsam aliquid scriberet, A. id promisit et ep. 130 ad eam dedit III 40, 5. quaestionum sacrarum consuetudinem inter eos fuisse intellegitur etiam ex ep. 131, qua A. Probam resalutat et gratias agit, quod salutis suae curam gereret III 78, 23. Demetriadem sanctimoniam virginalem pro-

fessam esse litteris Probae et Iulianae certior factus A. gaudio exultans gratulatus est ep. 150 et velationis apophoretum gratissime ab eis accepit III 382, 8.

Probianus, proconsul Africae, iussus est, ut Ingentium ad comitatum imperatoris Constantini mitteret II 410, 2. 23.

Processus episcopus in concilio Milevitano adfuit III 664, 1.

Proculianus (Proculeianus II 18, 4), Donatistarum per multos annos episcopus II 25, 25. 26, 20, in regione Hipponiensium Regiorum II 407, 2. 412, 25; *cf.* 30, 13. 342, 8. frater Evodius A. indicavit Proculianum de hereditate Christi cum ipso conloquentem dixisse velle se bonis viris sedentibus cum illo conferre II 19, 6. qua re A. ad eum misit ep. 33 declarans magno cum gaudio se esse paratum oblata occasione uti II 19, 11. 20, 24. 22, 25. idemque in ep. 34 iteravit II 26, 4—27, 10. ad quam rem, quod postulabatur, ut Constantinam vel Mileum iret, rennuit et sibi totam huius quaestionis rationem maxime cum Proculiano esse dixit II 26, 9. cum audivisset Proculianum esse conquestum, quod Evodius sibi contumeliose respondisset, hanc simultatem studuit diluere II 19, 19—20, 23. iuvenis quidam sceleratus cum ad Donatistas transisset, a Proculiano susceptus est et rebaptizatus, de qua re A. ad Eusebium, qui Proculianum diligebat II 28, 10, dedit epp. 34 et 35, ut per hunc illam causam ageret II 25, 20; *cf.* 31, 4. nam Proculianus A. litteras non volebat accipere II 28, 7. quamquam apud Hipponem dicebatur non hoc Proculianum mandasse, quod publicum renuntiavit officium II 25, 17; *cf.* 30, 25. cui famae num quid veri subesset, A. voluit scire II 25, 23. 27, 23. idem Proculianum per Eusebium hortabatur, ut Primum, subdiaconum Spaniensis ecclesiae, iuberet a sua communione removeri II 28, 16—29, 8. Proculianus de Restituto presbytero immaniter caeso et in captivitate retento municipalibus gestis ab A. semel atque iterum conventus nihil se dicturum amplius gestis expressit II 412, 25. 413, 11; *cf.* 597, 12. paene propter hanc causam Proculianus sibi exhibitionem vidit imminere II 597, 16. de lapsu duorum diaconorum nonnulli catholici Hipponienses disciplinae Proculiani insultaverunt II 342, 8. qua ratione in ep. 33 honorabilem et dilectissimum dixisset Proculianum, exponit A. II 18, 6.

Proculus episcopus in concilio Carthaginensi adfuit III 653, 3.

Proculus episcopus, ad quem data est ep. 219.

Profuturo fratri ep. 28 Hieronymo reddendam A. dedit ipsumque commendavit, quem suis conatibus, deinde adiutorio illius vere profuturum sperabat I 104, 12; *cf.* II 255, 12. neque vero Profuturus hanc epistulam ad Hieronymum perferre potuit, quia continuo, dum proficisci parat, episcopatus sarcina est

detentus II 249, 13. 255, 14. episcopus autem factus esse videtur Cirtensis; nam Profuturum fuisse conieceris illum, ad quem ordinandum A. Cirtam perrexit II 109, 17. 120, 25; *v. p.* 16 adnot. 3. cum ep. 32 a Paulino scribebatur, Profuturus iam erat episcopus II 8, 21. vixdum episcopus constitutus brevi defunctus est II 250, 1. 3. 255, 14. in ep. 38, quae ad eum missa est: 'Mihi es alter ego', inquit A. et sanctis orationibus eius et dies et noctes suas commendat II 65, 4. idem fortasse fuit Profuturus ille, quem Evodius de monasterio praecessisse et per somnium sibi apparuisse meminerat III 494, 28.

Proiectus clericus Caelestini diaconi scripta ad A. Hipponem pertulit IV 165, 16.

pronuntiationem in eloquentia rhetor nobilissimus iterum ac tertio observandam commendabat II 685, 22.

prophetas scripturae proprie 'videntes' appellaverunt, qui non corpore sed spiritu etiam futura viderunt III 326, 8.

προσευχή *v.* εὐχή.

Prosper ignotus quidem facie erat A., sed epistulas per Leontium diaconum et miserat et acceperat IV 454, 11. ep. 225 A. certiorem fecit in Massiliensi urbe multos esse, qui in eius scriptis, quae adversus Pelagianos condidisset, contrarium putarent patrum opinioni et ecclesiastico sensui, quicquid in eis de vocatione electorum secundum dei propositum disputavisset IV 455, 12; *v.* Massiliensis urbs. cui periculo ut occurreret et suo praesidio ipsius tenuitatem roboraret, flagitavit IV 467, 9. 20. socius erat Hilari, qui et ipse de causa Massiliensi ep. 226 A. certiorem fecit; utraeque litterae coniunctae in Africam sunt missae IV 480, 15. vir dicitur ab Hilario moribus, eloquio, studio clarus IV 480, 15.

Protei fabula I 89, 18.

provincialium timere maledicta IV 539, 12.

prudentia: non inmerito sapiens prudentiae studia nullis terminis neque fine conclusit III 89, 8 *(Vol.)*.

psallere *v.* Donatistae (*p.* 198).

psalmus: episcopum a Donatistis graviter sauciatum et tandem relictum catholici cum psalmis auferre temptabant IV 26, 1. psalmorum interpretes apud Graecos et apud Latinos II 318, 6 *(Hier.)*. psalmus septimus decimus in regnorum libris solus integer legitur II 206, 5. psalmi XXI expositio III 166, 3—230, 11.

psalterium a sancto Hieronymo translatum ex Hebraeo non habuit A.; ipse autem illud non interpretatus est, sed codicum Latinorum nonnullos mendositates ex Graecis exemplaribus emendavit IV 620, 6.

Publianus episcopus in concilio Carthaginensi adfuit III 652, 5.

Publicola, qui in Arzugibus agros possidebat II 124, 16. 125, 23, A. multas quaestiones ex commercio cum barbaris gentili-

bus ortas proposuit ep. 46, ad quas A. respondit ep. 47.
[Publicola], Melaniae maioris unicus filius II 499, 2. 10, nomine non appellatur in epistulis; nuper mortuum laudat Paulinus II 499, 1—501, 2.
pulchrum: de pulchri aptique distantia III 129, 18.
Punicus interpres II 628, 12. nomina quaedam Punica mortuorum I 41, 1. 13. 42, 12. A. requirebat aliquem, qui etiam Punica lingua esset instructus, quem Fussalensibus episcopum constitueret IV 348, 20. Punicis libris, ut a viris doctissimis proditum est, multa sapienter sunt mandata memoriae I 41, 19.
purgare: A. ex Longiniano vult scire, quid arbitretur esse per sacra purgandum in eo, qui pie, iuste, pure veraciterque vivendo promeretur deos et per eos unum illum deorum deum *ep.* 235; *cf. ep.* 234.
Purpurius Liniatensis Secundo Tigisitano obiecit, quod etiam ipse aut scripturas tradidit aut tradi aliquid iussit II 89, 17.
pusillus: non perit unus pusillus, pro quibus Christus mortuus est III 614, 15.
Pythagoras homo fuit et propterea non semper nec ubique fuit Pythagorica disciplina II 555, 21; *cf.* 555, 10. Pherecydes Syrius cum de animae immortalitate disputavisset, Pythagoram Samium disputationis novitate permotum ex athleta in philosophum vertit III 113, 13. animam lapsam de caelo esse Pythagoras philosophus putavit III 542, 4. Pythagoras quid senserit, dum nos scire gaudemus, talis scientia adversatur humilitati Christianae II 686, 4.
Pythagorea tempora II 555, 9.
Pythagorica disciplina II 555, 22.

Quadratus episcopus in concilio Milevitano adfuit III 664, 3.
Quintianus presbyter legebat in ecclesia scripturas, quas canon ecclesiasticus non recepit II 231, 1. qua re ab episcopo suo, sene Aurelio, in eo erat ut a communione removeretur II 230, 4. ad A. itaque litteras dedit, quas ille ad Aurelium misit, ut eum placaret, intentus II 230, 17. 21; Quintiano autem ep. 64 respondit et episcopo suo eum conciliare nitebatur II 230, 4. amplius hac causa implicari nolebat II 230, 14. 24. quod Quintianus de Privatione A. admonebat, A. non sine acerbitate refellit II 231, 4.
Quintianus diaconus fuerat episcopo adiunctus, quem Marcellini amici miserant, quo et Marcellinus ipse et eius frater ab omni molestia liberi dimitterentur III 390, 28.
Quintiliano episcopo ep. 212 A. commendavit Gallam viduam et eius filiam Simpliciolam.
Quintii aratrum, Romanorum ducis, qui paupertate non solum non vilis factus est civibus suis sed etiam carior et patriae gubernandis opibus aptior II 586, 2.
Quintus diaconus A. litteras Paulino Romae reddidit II 497, 12. idem fortasse fuit Quintus presbyter, cuius prosperum ad-

ventum Paulinus A. litteris nuntiavit III 348, 5.

Quintus Maximus Hannibalem iuveniliter exultantem patientia sua fregit II 258, 6.

Quodvultdeus est nomen trium episcoporum, qui in concilio Carthaginensi adfuerunt III 653, 2. 4. 5. ex quibus unus fortasse fuit ille, cui A. ep. misit interroganti, quid in periculis, quae tempora illa invenissent, facere deberent IV 484, 4.

Quodvultdeus diaconus ep. 221 A. precabatur, ut de omnibus a Christo haeresibus breviter atque summatim scriberet, quae fuissent, essent, quos errores intulissent, inferrent, quid adversus catholicam ecclesiam sensissent, sentirent *etc.* IV 443, 12; *cf.* 444, 6. 446, 6. 450, 9. 452, 1. 5. cui responsum est et continuo per Philocalum et paulo post ep. 222, qua A. talis operis difficultatem excusabat IV 446, 9; *cf.* 449, 6; praeterea et Philastrium dicit et Epiphanium de hac re scripsisse 446, 13. Quodvultdeus autem ep. 223 petitionem vehementer iteravit IV 451, 3; frustra sibi, qui Latine non didicisset, Graecam facundiam delegari IV 450, 12. tum A. ep. 224 se id, quod posceret, incepturum esse promisit IV 453, 10.

Quodvultdeus et Gaudentius ad A. venerunt cum litteris Severi episcopi (*ep.* 109) et A. responsum (*ep.* 110) Severo reddendum accepisse videntur II 638, 9.

Ravennam et inde Africam Siciliamque Firmum se direxisse scribit Hieronymus III 638, 11. Ravennae data est ep. 201 imperatorum Honori et Theodosi IV 299, 1.

Raxium seniorem in Machabaeorum libris quasi ad auctoritatem sceleris, quo se ipsos perdebant, vix aliquando se invenisse gloriabantur Donatistae IV 320, 23. qui cum esset apud suos nobilis et multum in Iudaismo profecisset, ut propter haec Iudaeorum pater appellaretur, homini elatio superba subrepsit, ut mallet manu propria perimi quam sustinere indignam in hostium manibus servitutem IV 321, 10. factum eius in libris Machabaeorum narratum est, non laudatum IV 321, 18. quae enim fecit, magna erant nec tamen bona IV 322, 9. frustra igitur a Donatistis proponitur ut exemplum laudandum atque imitandum IV 322, 12.

rebaptizare *v.* catholicus. Donatistae (195—196).

Regulus Carthaginensibus non per sacramenta Christi sed per daemonum inquinamenta iuraverat et tamen certissimos cruciatus et horrendi exempli mortem libera voluntate, ne peieraret, excepit III 5, 15.

relativa aliquando eadem sunt aliquando diversa; eadem scilicet, cum frater refertur ad fratrem, diversa sicut pater ad filium III 626, 14.

Religianus et Martinianus episcopi consederunt, cum A. successorem sibi designabat IV 373, 1.

religio: scripsisse se quiddam de catholica religione A. memorat I 35, 21; *cf.* 99, 13.
Remi inania culmina I 92, 1.
Renatus, famulus dei, Optati ep. A. legendam tradidit atque, ut responderet, petebat IV 138, 3.
renuntiare huic saeculo quid sit III 480, 23.
Restitutus est nomen duorum episcoporum, qui in concilio Carthaginensi adfuerunt III 652, 6, et episcopi, qui adfuit in concilio Milevitano III 663, 4.
Restitutus Donatista in locum Salvi Membressitani damnati, antequam dies dilationis transiret, iam fuerat ordinatus episcopus II 627, 8. quo praesente Nummasius advocatus accusavit Maximianum II 626, 10. 627, 7.
Restitutus, presbyter Victorianensis, a Donatistis, cum ad catholicam libera voluntate se transtulisset, de domo sua raptus, immaniter caesus, ludibrio habitus et duodecim dies in captivitate retentus est II 412, 19. 597, 12. de eius homicidio ad iudicium deducti qui confessi erant, cum capitis poenam subire viderentur, A. supplicium ab eis deprecabatur III 80, 16. 150, 1.
Restitutus diaconus, ad quem ep. 249 de malis in ecclesia tolerandis ab A. missa est IV 592, 9.
resurrectio: de resurrectione II 545, 16. non Lazari resurrectio sed potius Christi congruit promissae resurrectioni II 546, 13. quo modo in Iob commendata sit resurrectionis fides III 176, 18. quo modo apostolus resurrectionem mortuorum persuadeat et adiungat, quod ad differentiam pertinet resurgentium IV 328, 1. 20. nonnulli, quia et mortui sumus cum Christo et resurreximus cum eo, arbitrati sunt iam factam esse resurrectionem nec ullam ulterius in fine temporum esse sperandam II 173, 16. ep. A. Paulino apud Carthaginem de corporum resurrectione rescripsit III 349, 13.
rhetores Carthaginenses si inani litterarum studio defuerunt, non modo ab A. non reprehenduntur, sed etiam adprobantur II 673, 22.
Riphei I 93, 21.
Rogatenses Donatistas Firmianos appellabant II 406, 12; *v.* Rogatistae.
Rogatianus et Pontius, quibus supplicantibus Iulianus imperator libertatem parti Donati permisit, dixerunt homini apostatae apud eum solam iustitiam habere locum II 601, 24. 602, 1.
Rogatistae non solum cum Donatistis communiter Donatistae a Donato verum etiam proprie Rogatistae a Rogato appellabantur II 455, 12. nondum a Donatistis separati erant, quando Iuliano imperatori in sua petitione dixerunt apud eum solam iustitiam locum habere, quem certe apostatam noverant II 456, 18. mitiores esse videbantur, quia Circumcellionum immanissimis gregibus non saeviebant II 455, 14. saevire se nolle dicebant ipsi, A. eos non posse arbitrabatur,

ita enim esse numero exiguos, ut movere se non auderent, etsi cuperent II 455, 17. si universos Donatistas se pro ecclesia Christi opponentes non audirent catholici, tanto minus Rogatistas eos audire debere putat A. II 469, 12 et, quod omnibus Donatistis dicere solerent, tanto fortius Rogatistis dicere non habere eos causam iustam, qua communionem suam separarent a communione orbis terrarum II 470, 6. Vincentius persuadere conabatur solos remansisse Rogatistas, qui catholici recte appellandi essent ex observatione praeceptorum omnium divinorum atque omnium sacramentorum et eos esse solos, in quibus inveniret fidem, cum venisset, filius hominis, quando non inveniret fidem in terra, quia nec terra essent nec in terra, sed caelestes in caelo habitarent II 468, 12. 492, 11. Rogatistae Cypriani auctoritate delectabantur in ea ipsa epistula ad Iubaianum, quae in concilio, cuius auctoritatem ad rebaptizandum sequi se dicebant, recitata est II 481, 1. 15. Rogatistas constare dicit A. ex Vincentio Cartennensi cum novem aut decem consortibus, qui Cartennis essent vel in vicinia Cartennensium II 465, 24. 466, 21. 467, 24; *cf.* 455, 18. 492, 9. 493, 4. *v.* Rogatenses.

Rogatus Rogatistarum auctor II 456, 3. Rogatistae a Rogato appellabantur II 455, 13. Rogatus de rebus partis suae acerrima perseverantia etiam forensi disceptatione conflixit II 456, 3. Vincentius A. adulescentem vivo adhuc Rogato, cui successit, apud Carthaginem noverat II 445, 11. si quis Donati vel Rogati, non Christi nomine baptizatus esset, tum vero esset baptizandus II 488, 11. de parte Donati pars Rogati brevissimum frustum de frusto maiore praecisum est II 470, 1.

Roma a Romulo condita III 279, 1. duae tantae urbes Latinarum litterarum artifices, Roma atque Carthago II 674, 6. validos etiam vertere Roma potens II 13, 20 *(Paulini carmen)*. Plotini schola Romae floruit habuitque condiscipulos multos acutissimos et sollertissimos viros II 697, 4. iuvenes et diserti et nobiles, inquit Hieronymus, Romae dicuntur esse quam plurimi, qui possint et audeant cum A. congredi II 257, 14. novit, quisquis Romam sponte miser patitur, quanto sudoris pretio constet honor officii II 15, 14 *(Paulini carmen)* Dioscorum putabat A. Romae expertum esse, quam neglegenter haberentur, quae Cicero de philosophia scripsisset, et ob hoc neque docerentur neque discerentur II 673, 2. Roma urbs venalis dicta est III 142, 13. in deum templis iurabit Roma per umbras *(Iuven.)* I 38, 10. non paucioribus saeculis atque Latium ipsa Roma longo saeculorum tractu sine Christiana lege fuit II 551, 13; orbis quoque cum ipsa Roma in ritibus templorum caluit 551, 17. procurator Italicae cum A. non scripsisset, quae in urbe vel circa urbem gererentur, certum apud

cum factum est, quod incertae famae credere noluit II 533, 14. modo ipsa Roma, domicilium clarissimi imperii, barbarico vastabatur incursu III 23, 4. ita Hieronymi animus urbis Romae vastatione confusus est, ut diu taceret sciens tempus esse lacrimarum III 543, 12.

Docuit Romae Petrus, ut sabbato ieiunaretur, et in hac doctrina Roma stetit, ceterae terrae ab ea declinaverunt II 51, 18. Ambrosius cum Romam veniebat, ieiunabat sabbato II 62, 14. 161, 7; *cf.* 364, 6. Paulinus ex sollemni more Romam ad apostolorum et martyrum venerationem anniversariam pergebat II 497, 15. 511, 21. episcopus Donatista in urbe Roma Montensium vel Cutzupitarum vocabulum propagavit II 154, 4. quinque episcopi papae Innocentio scripserunt audivisse se esse in urbe Roma, ubi Pelagius diu vixisset, nonnullos, qui diversis causis ei faverent III 670, 7. quibus rescripsit Innocentius Pelagianos Romae esse nec ostendere se posse nec negare, cum, etsi essent, laterent nec auderent Pelagium vel eius dogmata palam defendere III 726, 4. ibidem de basilica beati apostoli Petri cotidianae vinulentiae proferebantur exempla, quam pestem frustra saepe esse prohibitam ait A., quod remotus esset locus ab episcopi conversatione et in tanta civitate magna esset carnalium multitudo peregrinis praesertim, qui novi subinde venirent, tanto violentius quanto inscitius illam consuetudinem retinentibus I 120, 22.

Romanianus erat pater Licenti I 101, 23, cognatus Alypi I 100, 23, A. carissimus et ab ineunte adulescentia familiariter amicissimus I 99, 10; *cf.* 11, 13. 99, 15. A. laudator I 99, 17. A. magna sollicitudine et ipsum et filium eius Paulino commendavit II 7, 14; *cf.* I 101, 17. 23. eius nomen esse in libro ‘de religione‘ adnotat A. I 99, 12. mutuum habebant inter se epistularum usum I 36, 8. ep. 15 A. in membrana scriptam ad Romanianum misit; nam tabellas eburneas, quas haberet, eius avunculo cum litteris se misisse I 35, 16. quae scripsit de catholica religione Romaniano volebat mittere ante adventum suum I 35, 21. nescire se dicit A. aliquid sive ad eorum, qui extra ecclesiam dei essent, sive ad aures fratrum scripsisse, quod Romanianus non haberet I 99, 23. omnia enim, quae A. tunc scripserat, habebat secumque gestabat et Paulino legenda indicare iussus est II 7, 8. libros ‘de libero arbitrio‘ aut non habere aut omnes non habere A. sciebat II 7, 6. ep. 27 A. Romanianus ad Paulinum detulit I 99, 11. II 7, 11. Romaniano pariter et eius filio Licentio Paulinus panes quinque misit II 11, 3. ep. 32 a Paulino ad Romanianum data est.

Romanus: Episcoporum Romanae ecclesiae ordo I 153, 12. in Romana ecclesia semper apostolicae cathedrae viguit principatus II 90, 9; *cf.* III 701, 5.

717, 6. IV 351, 6. inde eius auctoritas praesertim in damnandis haereticis III 717, 9. 721, 3. IV 157, 15. 164, 19, inde epistulae concilii Carthaginensis et Milevitani et quinque episcoporum ad Innocentium Romanae ecclesiae episcopum (*ep.* 175. 176. 177) IV 47, 2 et A. ad papam Caelestinum (*ep.* 209); *cf.* IV 598, 9. Romanae ecclesiae per communicatorias litteras esse coniunctum II 90, 11. Romanae ecclesiae apostolicum honorem ait Innocentius sollicitudinem manere omnium ecclesiarum, cuius sententiam super anxiis rebus esse tenendam secundum antiquae regulae formam; quae toto semper ab orbe esset servata III 716, 13; quicquid quamvis de disiunctis remotisque provinciis ageretur, non prius esse finiendum, quam ad apostolicae sedis notitiam perveniret, ut tota huius auctoritate, iusta quae esset pronuntiatio, firmaretur III 702, 10; per omnes provincias de apostolico fonte responsa semper emanare, quibus petentium consulta fideli ac medica disceptatione tractarentur III 717, 7. 715, 7. ut episcopi, qui de causa Caeciliani Romae iudicarunt, non boni iudices fuerint, restabat etiam plenarium ecclesiae universae concilium II 101, 16. in Romana ecclesia his hebdomadibus, in quibus quarta et sexta et sabbato ieiunabatur, tribus continuis diebus dominico scilicet ac deinde secunda tertiaque prandebatur II 49, 1; *cf.* 37, 19. Romana et nonnullae occidentis ecclesiae sabbato propter humilitatem mortis domini ieiunare malebant II 60, 24; *cf.* 56, 5. 364, 8; quinta sabbati ieiunandum non videbatur Romanis II 39, 5. magnae parti Romani orbis nedum barbaris gentibus ignota erat pars Donati II 397, 18. a catholicis dicebant Donatistae Romanos principes adversum se provocari II 404, 3.

Romanus episcopus in concilio Carthaginensi adfuit III 653, 8.

Romanus et Agilis *v.* Agilis. A. et Alypius fratrem Romanum Aurelio episcopo commendaverunt II 83, 20.

Romulidum sedes I 92, 1 *(Licenti carmen).*

Romulus, Romanae gentis praeclarus vir III 135, 6; Romam condidit 279, 1.

Romulus, quem A. in Christo genuit filiumque appellat IV 585, 19. 587, 12. 589, 2, miseros et egenos homines in tributis exigendis inique premebat IV 586, 3. 16. A., qui intercedebat et ad eum misit, ut se videret, videre noluit IV 587, 4. itaque ep. 247 A. eius cupiditatem obiurgavit iustum dei iudicium minitans IV 586, 5.

rosa: rami rosarum virginum — sic enim clausae appellari solent — de sepulcro surrexerunt III 490, 24 *(Evod.).*

Ruferius, vir egregius, A. rettulit, quid Armentarius et Paulina, quorum erat adfinis, domino vovissent III 19, 5.

Rufinianus episcopus in concilio Carthaginensi adfuit III 653, 3.

Rufinus episcopus in concilio Milevitano adfuit III 664, 2.

Rufinus et Hieronymus coniunctissimi et familiarissimi ad scripturarum sanctarum studia pariter incumbebant II 273, 3; *cf.* 270, 4. uterque abiectis sarcinis saecularibus expeditus dominum sequebatur et in Palaestina vivebat simul II 273, 7. sed magnae inter eos exortae sunt discordiae II 271, 3. 273, 5, cum viri essent aetate maturi 273, 10. Rufinum ait Hieronymus amicum, qui se primus gladio petivisset, stilo repulsum esse II 351, 6. 19. misisse sibi eum temeritate solita maledicta sua, quae ad Africam quoque studio eius dicerentur pervenisse. ad quae breviter ex parte se respondisse et libelli eius A. misisse exemplum latius opus, cum opportunum fuisset, primo missurum tempore II 243, 1; *cf.* 270, 1. III 542, 15. 567, 5. id tantum se egisse, ut delirantis hominis inperiti mendacium ac vecordiam confutaret II 243, 6. Rufinus libellum Anastasio, episcopo Romanae ecclesiae, dedit, in quo lubrica et subdola, immo stulta confessione suae fidei, immo perfidiae eum inlusisse Hieronymus dicit III 543, 1. multas huius libri adversus se calumnias Hieronymus respuebat in opusculis contra illum editis III 543, 5; nomine ridiculo eum designat Calpurnium cognomento Lanarium appellans II 243, 1. A. multum doluit inter tam caras familiaresque personas cunctis paene ecclesiis notissimo amicitiae vinculo copulatas tantum malum extitisse discordiae II 270, 4. 271, 3. 352, 3 et ut in gratiam eos reconciliaret, studiose operam dabat II 270, 6—274, 10.

Rufinus diaconus ep. 149 ab A. ad Paulinum perferendam accepit III 348, 9.

Rufini bis consulis argenti cultus decem pondo, quod tunc severa censura amplius resecandum iudicavit II 586, 7.

Rufinus, Cirtensis principalis, ab A. commendatus Marcellino III 154, 10.

Rusicazensis episcopus Donatista cum Firmo pactus perhibebatur incolumitatem suorum, ut ei portae aperirentur et in vastationem darentur catholici II 406, 14.

Rusticianus episcopus in concilio Carthaginensi adfuit III 652, 3.

Rusticianus subdiaconus de agro propter perversos mores excommunicatus a presbytero suo, multorum etiam debitor factus aliud praesidium non quaesivit, nisi ut ad Donatistas transiens rebaptizaretur II 632, 24; *cf.* 610, 18. 611, 21. 612, 8. epp. 106 et 108 eius causa scriptae sunt II 632, 24.

Rusticus nomen est duorum episcoporum, qui in concilio Carthaginensi adfuerunt III 652, 6. 653, 3.

Rusticus presbyter adfuit, cum A. successorem sibi designabat IV 373, 3.

Rusticus, ad quem data est ep. 210, monasterii fuisse videtur praepositus; *v.* Felicitas.

Rusticus, ut puella quaedam in ecclesiae tutelam tradita filio suo in coniugium daretur, petebat IV 602, 20; *cf.* 600, 11. 601, 2. 15. ille autem filius etiam tum paganus erat et puellam Christianam tradi nisi Christiano non posse declaravit A. IV 602, 25; *cf.* 601, 4. de qua re scriptae sunt epp. 252—255, postrema ad ipsum Rusticum.

sabbati diem deus sanctificavit II 48, 19. sabbatum commendatum est priori populo in otio corporaliter celebrando, ut figura esset sanctificationis in requiem spiritus sancti II 188, 18.

Sabellianorum haereticorum dissensiones quaestionesque A. tempore iam silebantur II 677, 3.

Sabinus episcopus in concilio Milevitano adfuit III 664, 3.

Sabinus presbyter ut perturbatos monasterii fratres auctoritate sua placaret, rogatus est a Valentino abbate IV 398, 21.

sacramentum: signa, cum ad res divinas pertinent, sacramenta appellantur III 131, 10. sacramentum est in aliqua celebratione, cum rei gestae commemoratio ita fit, ut aliquid etiam significare intellegatur, quod sancte accipiendum est II 170, 11. si sacramenta quandam similitudinem rerum earum, quarum sacramenta sunt, non haberent, omnino sacramenta non essent; ex hac autem similitudine plerumque iam ipsarum rerum nomina accipiunt II 531, 3. quod instituitur praeter consuetudinem, ut quasi observatio sacramenti sit, adprobare non potest A. II 209, 14. sacramenta haereticorum catholicis inimica non sunt, quae in illis sunt ipsis communia, quia non humana sunt sed divina II 424, 9. catholici in Donatistis non divinae sacramenta veritatis sed commenta humani detestabantur erroris III 31, 25. sacramenta in sceleratis quoque hominibus sancta sunt II 106, 20; *cf.* 405, 6. aliis sacramentis praenuntiari Christum, cum venturus esset, aliis, cum venisset, adnuntiari oportuit III 133, 8. sacramentis numero paucissimis, observatione facillimis, significatione praestantissimis Christus societatem novi populi conligavit II 159, 8. si eundem spiritum fidei et illi habebant, qui venturum in carne Christum praenuntiarunt, quem etiam illi, qui eum venisse nuntiarunt, sacramenta esse potuerunt pro temporum diversitate diversa IV 142, 4. sacrificium corporis Christi est fidelium sacramentum III 206, 18. hoc sacramentum longe est a cordibus sapientium superborum IV 99, 11. ‘testor sacramenta, quae per hanc offeruntur manum‘ III 389, 24.

Apostolus sacramenta vetera celebranda suscepit, ut doceret non esse perniciosa his, qui ea vellent, sicut a parentibus per legem acceperant, custodire II 74, 2. 305, 2. 6. 368, 2; *cf.* 305, 8 *(Hier.)*, ne ea tamquam idolatriam gentilium et sacrilegia diabolica damnare et detestari crederetur II 358, 8. 367, 10; *cf.* 365, 4. 12. 366, 3 aut discissio-

nem docere a Moyse 358, 11; neque ad hoc id egit, ut putari videretur per ea sacramenta etiam Christianam salutem dari II 358, 3. 6; *cf.* 74, 5 atque ad ea quemquam velut necessaria suscipienda compellere 366, 5; *cf.* 364, 4. 365, 13; ostendebat enim nec Iudaeos tunc a sacramentis suis tamquam a nefariis prohibendos nec gentiles ad ea tamquam ad necessaria compellendos II 360, 14; *cf.* 377, 14. hanc Pauli sententiam fuisse ideoque et suam ipsius esse A. confirmat II 364, 15. Iudaei post passionem et resurrectionem Christi adhuc putabant vetera sacramenta non ex consuetudine sollemnitatis sed ex necessitate salutis esse celebranda II 75, 15. quidam qui credebant in Christum, Iudaei sine illis veteribus sacramentis salvos se esse non posse contendebant II 357, 20. sacramenta vetera, quae convenienter Iudaeorum populus et legitime tempore, quo oportebat, acceperat, ante Christum erant necessaria II 73, 15. 76, 3, post Christum superflua 74, 12. 14. non signacula sacramentorum veterum damnata sunt, sed succedentibus oppor-tunioribus decesserunt I 68, 8. vetera sacramenta divinitus data ad significationem futurorum, quae per Christum oportebat impleri, remanserunt Christianis legenda tantum ad intellegentiam praemissae prophetiae II 364, 21. cur dixerit A. praecepta veterum sacramentorum nec bona esse nec tamen mala II 363, 20. pro veteribus sacramentis Machabaei martyres facti sunt II 76, 4.

sacrificium: de sacrificiorum distinctione II 558, 9.

[Sallustius] nobilissimus Romanorum historicus III 142, 15. Romanae linguae disertissimus III 593, 15.

Salomon Christi figura IV 285, 11. per Salomonem monuit spiritus sanctus IV 391, 10.

Salvius, episcopus Membressitanus Donatista, cum ceteris undecim Maximianistis sine dilatione est damnatus et Restitutus in eius locum ordinatus II 627, 8. quae eum perpessum esse civitas ipsa testabatur, humanum modum excesserunt II 630, 27.

Samaria: evangelium coepit ab Hierusalem atque inde in Iudaeam et Samariam et in omnes gentes exiit II 466, 9.

Samaritani comparatione A. demonstrabat baptismum non esse iterandum I 68, 16.

Samius *v.* Pythagoras.

Samsucius, episcopus Turrensis ecclesiae, liberales litteras non didicit; hunc quamvis sermone inpolitum tamen vera fide eruditum A., ut in disputatione cum Proculiano vicem suam susciperet, proposuit II 27, 1—7. una cum Alypio et A. ep. 62 ad Severum dedit II 224, 21. Samsucio causam Thiavensis ecclesiae narravit A., ne quid forte ipse falleretur, dum in sententiam suam proclivior erraret II 390, 22.

Samuhel tolerabat nefandos filios Heli, perversos filios suos, quos populus quia tolerare no-

luit, divina veritate accusatus, divina severitate correptus est II 105, 5. Anna altera deum precata Samuhelem peperit et acceptum deo reddidit, quia, cum posceret, vovit III 74, 5. constat Samuhelem in corpore fuisse visum, quando excitatus est petente Saul III 492, 17.

Sanamem Iunoni, Minervae, Veneri Vestaeque praeferri indignabantur pagani I 37, 19.

sanctificatio: quaestio est, utrum homines adhuc intra materna viscera constituti donari possint necne aliquo sanctificationis modo; tamen illa sanctificatio, qua efficimur templa dei, non est nisi renatorum IV 110, 5—14. sanctificatio Hieremiae, quamquam nonnulli hoc in typum salvatoris accipiant, tamen potest et secundum praedestinationem non inconvenienter intellegi IV 114, 13.

sanctimonialibus vivendi praecepta dat A. IV 359, 18—370, 14. sanctimonialis a barbaris ducta est et per mirabilem dei misericordiam cum honore magno suis parentibus restituta II 654, 4. subdiaconus Primus cum ab accessu indisciplinato sanctimonialium prohiberetur atque ordinata praecepta contemneret, a clericatu remotus est II 28, 16.

Sapida, religiosissima virgo, suis manibus tunicam fratri Timotheo, diacono Carthaginensis ecclesiae, fecerat, quo mortuo tunicam A. misit, qui eam accepit et, cum litteras consolatorias (*ep.* 263) ei rescripsit, ea sè vestire iam coeperat IV 631, 15. 632, 14. 22. Sapidam eam vocari scripsit A., ut, quae sursum essent, saperet IV 632, 30.

sapientia: Quid est Christus nisi dei sapientia? II 569, 7. ex ea sapientia, quae una vera est, si quid habeat, a deo se sumpsisse, non a se praesumpsisse dicit A. III 435, 18; ex illo thesauro mendicabunda prece cotidianam se stipem rogare vixque impetrare IV 618, 7. petit Evodius, ut, quot modis sapientia dicatur, ostendat sibi A., ut sapientia deus, ut sapientia animus sapiens, quo modo dicatur ut lux, ut sapientia Beselehel *etc.* III 497, 1.

Sarra IV 8, 16. 225, 15. pro spiritali figuratur II 450, 10. secundum originem carnis ad Sarram Iudaei, id est Israhelitae, ad Agar vero Ismahelitae pertinent; secundum autem mysterium spiritus ad Sarram Christiani, ad Agar Iudaei IV 227, 8; *cf.* 225, 19. 226, 21. Sarra significabat veram ecclesiam persecutionem patientem, quamquam ipsa affligebat ancillam; nam si melius cognoscimus, magis illa persequebatur Sarram superbiendo quam illam Sarra cohercendo IV 9, 22 et Sarra ancillam non crudeliter oderat, sed in ea superbiam salubriter edomabat II 450, 7.

Saturninus episcopus in concilio Carthaginensi adfuit III 653, 6.

Saturninus episcopus in concilio Milevitano adfuit III 663, 8.

Saturninus, senex venerabilis, ut ad se veniret A. exopta-

bat; vidisse se eum Carthagini et fraternam eius in Aurelium benignitatem studiumque perspexisse; idem igitur fore, ac si cum ipso Aurelio conloqueretur I 61, 22.
Saturninus presbyter a Donatistarum parte ad unitatem catholicam conversus III 247, 3. 249, 9. A. ei gratulabatur ep. 142.
Saturninus presbyter Optati litteras A. reddidit IV 302, 5.
Saturninus presbyter adfuit, cum A. successorem sibi designabat IV 373, 2.
Saturninus, excurator Aptungitanae civitatis II 410, 11.
Saturnum Iovis arma fugisse regnis exulem ademptis legebatur in mystica historia vetusta auctoritate roborata I 43, 1.
Saul non depravaverat unctionem, quam acceperat, cui unctioni tantum honorem rex David exhibuit II 405, 12; *cf.* 105, 4. tolerabat David Saulem, persecutorem suum, sceleratis moribus caelestia deserentem, magicis artibus inferna quaerentem, occisum vindicabat, christum etiam domini appellabat II 105, 2.
Saulus *v.* Paulus.
schismatis malum quam graviter penderetur et atrociter puniretur prioris populi Iudaeorum temporibus II 145, 4; *cf.* 106, 21. 400, 8. ab errore schismatis omnes homines A. cupiebat sanari II 18, 16.
schismatici primi erant illi, quos vivos terram obruisse ait scriptura II 157, 7. *v.* catholicus. haereticus.
scorpius ex ea parte cavendus est, quam venenatam et aculeatam retrorsum habet III 59, 4.
scripturarum sanctarum laus III 79, 12. 122, 10. de earum profunditate 99, 14. sanctam scripturam in summo et caelesti auctoritatis culmine conlocatam veneratur A. II 356, 1. quae divinae scripturae ante longissima tempora futura esse testatae sunt, haec omnia tanto robustiore fide laetamur fieri, quanto maiore auctoritate praedicta esse invenimus IV 514, 4. si quid divinae scripturae praescribit auctoritas, non est dubitandum, quin ita facere debeamus, ut legimus, et similiter etiam si quid tota per orbem frequentat ecclesia II 165, 8. solis eis scripturarum libris, qui iam canonici appellantur, didicit A. hunc timorem honoremque deferre, ut nullum eorum auctorem scribendo errasse aliquid firmissime credat II 354, 5; *cf.* 374, 6. 376, 16. III 278, 14. 344, 23. de scripturarum sanctarum et scriptorum ecclesiasticorum diversa auctoritate II 354, 4. 374, 6. 376, 16. 481, 1. III 277, 21. 344, 21. IV 173, 26. scripturae mos est ita loqui de parte tamquam de toto III 366, 4. sicut patres habent etiam scripturae canonicae hunc arguendi morem, ut tamquam omnibus dicatur et ad quosdam verbum perveniat II 477, 21. multa dicuntur in scripturis tamquam facta sint, cum adhuc in spe esse intellegantur IV 104, 16. in scripturis nonnulla dicuntur, ut, cum sibi non con-

veniunt, quae carnaliter audimus, eis ipsis admoniti ineffabiliter spiritalia cogitemus II 717, 7. scripturae nos paratos esse iubent temporalia scandala ferre et hominum maledica vaniloquia suspicionesque temerarias et malarum linguarum detractiones alia mala huius saeculi II 329, 8. 330, 1. 331, 5. 338, 1. 339, 18.

Ad ea, quae necessaria sunt saluti, non tanta in scripturis pervenitur difficultate III 100, 2. modus ipse dicendi, quo sancta scriptura contexitur, quam omnibus accessibilis, quamvis paucissimis penetrabilis! III 122, 10. qui omnes magnas scripturarum quaestiones ante, quam sit Christianus, finire cogitat, perparum cogitat condicionem humanam; sed plane retenta iam fide ad exercendam piam delectationem mentium fidelium studiosissime sunt requirendae II 578, 7. in scripturis unus tractator secundum eandem fidem aliter atque aliter eundem locum potest exponere, quia hoc eius obscuritas patitur II 386, 8. debere se scribit A. scripturas omnes perscrutari et orando ac legendo agere, ut idonea valitudo animae suae ad ecclesiasticum ministerium tribuatur I 51, 4. 52, 8. 15; nam in ipsis sanctis scripturis multo se nescire plura quam scire II 212, 14. Orosius ad A. ab ultima Hispania solo sanctarum scripturarum ardore flammatus advenit III 621, 13.

Scythicae undae I 91, 14.

Scythopolita *v.* Asterius.

Sebastianus monasterii abbas fuisse videtur IV 591, 5. eius sanctos mores atque conloquia A. assidue recolebat IV 589, 8. a quo cum epistulam accepisset IV 589, 11, respondit ep. 248, in qua Alypius quoque pauca adscripsit IV 591, 10.

Secundinus presbyter in eo erat ut a Germanicianensibus de criminibus quibusdam accusaretur atque etiam domus eius vastaretur. quod cum Pancarius A. scripsisset, A., quid fieri vellet, rescripsit brevissima ep. 251.

Secundus nomen est duorum episcoporum, qui in concilio Milevitano adfuerunt III 663, 6. 664, 1. ex quibus alteruter fortasse fuit ille

Secundus episcopus, qui subscripsit litteris ad Gallicanos episcopos in causa Lepori datis (*ep.* 219) IV 428, 8.

Secundus Tigisitanus agebat in Numidia primatum II 87, 7; *cf.* 90, 27. 155, 9. 409, 18. in concilio in domo Urbani Donati habito praesentes et confessos traditores reliquit deo iudicandos et eos in episcopalibus sedibus, sicuti erant, manere permisit, cum quibus traditorem Silvanum ordinavit episcopum II 87, 7. 155, 7—17; *cf.* 88, 17. 89, 13. quod cum faceret, non paci consulebat, sed sibi timebat; namque obiectum erat ei, quod etiam ipse, cum detentus esset a curatore et ordine, ut scripturas traderet, aut scripturas tradidit aut tradi aliquid iussit II 89, 14. 16. 92, 20; *cf.* 90, 17. 27. 93, 15. 99, 8. 13.

postea apud Carthaginem in septuaginta ferme episcoporum concilio, cuius principatum tenebat, cum traditoribus, quos praesentes atque confessos deo dimiserat, damnavit crimine traditionis non confessum et absentem Caecilianum aliosque suos collegas, quos absentes apud eum nemo convicerat II 86, 25. 87, 10. 88, 18. 89, 26. 96, 4; *cf.* 89. 7. 11. 96, 24. 99, 7. 108, 20. 409, 17. III 239, 18.

Secundus minor consanguineus erat Secundi Tigisitani, qui in re difficili eius consilio utebatur II 89, 21.

Seleuciana, religiosa famula dei, cuius litteris A. respondit ep. 265.

Seneca temporibus apostolorum fuit, cuius etiam quaedam ad Paulum apostolum leguntur epistulae III 412, 1.

septenarius *v.* numerus.

septuaginta: cur in multis aliter se habeat Hebraeorum codicum auctoritas aliter Graecorum, quae dicitur Septuaginta, ex Hieronymo quaerit A. II 254, 6. editio septuaginta interpretum etiam ab apostolis adprobata est II 386, 19; *cf.* 254, 10. A. laudat Graecam septuaginta interpretum editionem II 254, 9. 317, 4 *(Hier.)*. 386, 19. A. propterea nolebat Hieronymi ex Hebraeo interpretationem in ecclesiis legi, ne contra septuaginta auctoritatem tamquam novum aliquid proferentes magno scandalo perturbarent plebes Christi II 386, 15. itaque hanc ut Latinae veritati reddat, hortatur Hieronymum II 254, 11. cur A. malit Graecas potius canonicas Hieronymum interpretari scripturas, quae septuaginta interpretum perhibentur II 252, 1. Hieronymi A. interpretationem scripturarum de septuaginta desiderat, ut tanta Latinorum interpretum inperitia careamus II 386, 11. Hieronymi editio Septuaginta asteriscis veribusque distincta erat; pleraque autem prioris laboris ob fraudem cuiusdam amiserat III 639, 8 *(Hier.)*. A. Hieronymum obsecravit, ut sibi mitteret interpretationem de septuaginta, quam eum edidisse nescierat II 385, 19. cur sua interpretatio septuaginta interpretum asteriscos habeat et virgulas praenotatas, Hieronymus exponit II 316, 3.

Seraphin, angelorum chorus II 203, 7. 504, 9. Seraphin quando voluit, apparuit et vocem eius Esaias solus audivit III 290, 22. potestates caelorum sicut Seraphin, nisi cum volunt et quem ad modum volunt, non videntur III 297, 3.

Serdicense concilium, quo Donatistae communionem suam defendere conabantur, constitit Arrianorum fuisse concilium II 113, 21. 114, 17. nam Athanasius, episcopus Alexandrinus catholicus, et Iulius, ecclesiae Romanae episcopus nihilo minus catholicus, illo concilio sunt inprobati II 114, 13. Serdicensis concilii episcopi ad Donatum aliquem scripserunt, sed ne ad Africam quidem illas litteras missas esse potuit pro-

bari, nedum ad Donatum, partis Donati episcopum II 113, 24.
sermonem cum A. haberet, scripturarum codicem accepit et recitavit nonnullos locos I 115, 29. 116, 8. 15. 26. 117, 2. 17. 118, 7.
Serotinus episcopus in concilio Carthaginensi adfuit III 652, 8.
Servilius episcopus in concilio Carthaginensi adfuit III 653, 5.
Servilius, quem fratrem Evodius de monasterio praecessisse et per somnium sibi apparuisse meminerat III 494, 28. 496, 24.
Servus episcopus in concilio Milevitano adfuit III 664, 2.
Seth, cum Christus in infernum descendisset, illis doloribus solutum esse sunt qui putent III 526, 17.
Severinus Donatista, A. consanguineus II 149, 19. 151, 19. qui cum ea ipsa de causa hominem misisset Hipponem, ut ad A. litteras suas adferret II 149, 16, A. ep. 52 rescripsit eumque, ut ad unitatem catholicam rediret, hortatus est.
Severus, condiscipulus A. et de condiscipulatu Milevitanae antistes ecclesiae II 8, 5; *cf.* 518, 8. IV 374, 2. cum ep. 32 a Paulino scribebatur, Severus iam erat episcopus II 8, 21. A. Severum alteram animam suam, immo unam esse dixit illius animam et suam II 639, 4. 640, 9; *cf.* IV 655, 10. artissimo amicitiae vinculo cum eo se esse coniunctum II 392, 18; *cf.* 635, 9. 642, 1. quamquam raro sibi, ut eum videret, contingere II 392, 19; *cf.* 518, 11; etiam litteris eum secum tunc vix et interdum per exiguas chartulas loqui II 392, 27. ad se venturum esse eum sperare se scripsit et promissum tenere II 642, 7. dulcissimum eum concivem suum vocat II 392, 26 et Severus A. fratrem dulcissimum II 635, 8. Severi epistula (ep. 109) A. laudibus et amicitia redundat; in qua extrema cum longissimas ab eo litteras expetivisset II 637, 19, A., qui modo epistulam ad eum Timotheo diacono dederat II 638, 9, respondere ep. 210 non est cunctatus. A. Severum salutavit per Profuturum II 66, 14; per Severum rescripta flagitavit a Paulino II 84, 6. Severus per A. salutavit Paulinum II 8, 5 et Olympium 518, 9. epistulam a Severo se recepisse memorat Paulinus II 8, 20.

Non est dubium, quin ad eundem Severum scriptae sint ep. 62 ab Alypio, A., Samsucio et ep. 63 ab A. de Timothei subdiaconi causa, in qua sibi iniuriam factam esse conquestus erat II 228, 9. Severus ob eam rem et ipse A. convenit et per litteras cum eo egit II 225, 3. 226, 19. denique A. Severo se excusavit et eius voluntati paruit II 227, 1. 228, 7. Severus in concilio Milevitano adfuit III 663, 5. idem credidit posse sufficere, ut successorem suum apud clericos designaret; ad populum inde non est locutus IV 374, 11. itaque post eius obitum nonnulla in Milevitana ecclesia perturbatio timebatur,

qua re, ut eo veniret, A. est rogatus IV 374, 2. Severi neptis sanctimonialis a barbaris ducta quo modo cum honore magno suis parentibus restituta sit II 654, 4.

Sibyllinus: ex Cymaeo, id est ex Sibyllino carmine se fassus est transtulisse Vergilius versiculos, quos nemini nisi domino Christo dicere genus humanum putat A. IV 609, 13.

Siccense oppidum IV 497, 6.

Sicilia: presbyterum Firmum Hieronymus Ravennam et inde Africam Siciliamque direxit III 638, 10.

Sidoniis non pacis foedus amicum mansit I 94, 4.

signare: puer cum solvi coepisset, signare se coepit in fronte, ita ut sic descenderet manus ad os, quod sibi cupiebat signare III 489, 24. cum edictum regis Nabuchodonosor ex scripturis recitatum audirent plebes, respondebant: 'Amen' et hoc dicto se in sancta sollemnitate signabant II 600, 13.

signa de caelo et terra non maiora A. tempore visa sunt, quam quae visa sunt antea IV 273, 6.

Silvanus senex ecclesiae Summensis III 34, 4; *cf.* 235, 2. 663, 3. 715, 3. primae sedis episcopus provinciae Numidiae III 39, 20. Aurelius et Silvanus subscripserunt litteris 128 et 129, quas universi episcopi catholici de conlatione cum Donatistis habenda ad Marcellinum dederunt III 30, 3. 34, 4. 7. 39, 20. adfuit in concilio Zertensi et Milevitano III 235, 2. 663, 3; *cf.* 715, 3.

Silvanus, Cirtensis episcopus Donatista II 99, 16. cum etiam tum Pauli episcopi subdiaconus fuit, cum illo tradidit proferens instrumenta dominica II 155, 3. hic Silvanus, manifestissimus traditor, a Secundo Tigisitano, primae sedis episcopo, episcopus est ordinatus II 155, 7. 16. haec omnia Nundinarius quidam diaconus iratus Silvano, quod ab eo fuerit excommunicatus, iudiciis prodidit II 99, 16. 155, 18.

Silvester, episcopus Romanus II 154, 1.

Simon magus, inquit urbicus quidam (II 32, 24. 37, 21. 49, 9), fuerat diaboli non nisi ieiunio vincendi figura II 50, 10. 51, 2. quocum die dominico certaturus Petrus cum ipse atque eius ecclesia pridie ieiunavissent, factum esse, ut illo extincto sabbati ieiunium retineretur II 50, 9. 19. 51, 18. atque haec erat opinio plurimorum, quamvis eam perhiberent esse falsam plerique Romani II 50, 18. habemus in Actibus apostolorum Simonem quamvis iam baptizatum tamen admonitum a Petro, ut ageret paenitentiam IV 645, 15.

Simplicianus litteras ad A. dederat eique de litterarii laboris prosperitate erat gratulatus II 63, 5; simul quaestiunculas aliquas ei enodandas proposuerat II 64, 6. cui A. rescripsit ep. 37 patrem eum vocans II 63, 3 et petenti morem gessit rogans, ut eis, quae exposuisset,

non solum curam legentis inpenderet sed etiam censuram corrigentis adsumeret II 64, 8.
Simpliciola, virgo sacra, Gallae viduae filia, matri aetate subdita, sanctitate praelata IV 371, 9. quae mulieres cum in patriam reverterentur secum portantes reliquias martyris Stephani, ep. 212 A. eas commendavit eius regionis episcopo Quintiliano IV 372, 3. 7.
Sina mons II 185, 19. in heremo Sina II 204, 13.
Sinitensis: in Sinitensi (*sc.* fundo) II 659, 2.
Siniti Donatistae praeconem miserunt, ne quis cum Maximino communicaret II 597, 22. presbyterum a catholicis eodem missum cum gravi iniuria inde proiecerunt II 597, 26.
Sion mons II 185, 19. in monte Sion figuratur ecclesia II 182, 7. ecclesia dei tamquam Sion spiritalis II 471, 3.
Siricius, episcopus Romanus II 154, 2.
Sisinnius diaconus A. epistulam ad Hieronymum scriptam (*ep.* 40), quae non erat reddita, sed in Italiam aberraverat, in insula Hadriae invenit, describendam curavit et exemplar sine subscriptione ad Hieronymum pertulit II 240, 7. 255, 10. 256, 2.
Sitifensis collega II 401, 22. A. Breviarium Optatus poterat facillime accipere de ecclesia Sitifensi IV 6, 3. de Sitifensi Severi episcopi neptis sanctimonialis a barbaris ducta est II 654, 3.
Sitifis IV 497, 7.
Sixtus, episcopus Romanus II 153, 14.
Sixtus, episcopus Romanus II 153, 19.
Sixtus episcopus in concilio Carthaginensi adfuit III 653, 4.
Sixtus, presbyter ecclesiae Romanae (IV 382, 6. 390, 16), Pelagianorum magni momenti patronus iactabatur IV 163, 26; *cf.* 176, 11. qua re Pelagiani se de eius solebant efferre amicitia IV 164, 8. sed eum anathema eis in populo frequentissimo pronuntiasse eadem fama non tacuit IV 176, 13; *cf.* 177, 17. tum brevissima epistula ad senem Aurelium data, quid de Pelagi dogmate sentiret, exposuit, quo factum est, ut catholici, sicut ait A. exultanti alacritate epistulam describerent et, quibus poterant, magno studio legerent IV 163, 15; *cf.* 176, 16. denique ad complures simul episcopos prolixiora scripta misit IV 163, 4. 21; *cf.* 177, 1. ad quae A. respondit, ut prima occurrit occasio, ep. 191 et paulo post ep. 194, qua contra haeresim Pelagianam fusius disserebat IV 163, 2. 382, 6. 390, 15.
Socratica praecepta IV 519, 12. Socraticum illud nobilissimum inventum, quo adseritur non nobis ea, quae discimus, veluti nova inseri, sed in memoriam recordatione revocari I 14, 1. Socraticam A. putabat esse sententiam, qua diceretur, quibus satis persuasum esset, ut nihil mallent se esse quam viros bonos, his reliquam facilem esse doctrinam IV 517, 11.

Sodoma: pro veritate, inquit A., fortius Christiani martyres adversus hanc Sodomam quam pro Helena Graecorum heroes adversus Troiam dimicaverunt II 78, 3. A. maluisse ait Hieronymus solum liberari de Sodomis quam cum pereuntibus commorari IV 215, 4.

sol: philosophi dicunt solem istum sempiternum esse II 564, 14. de solis magnitudine I 33, 17. duos soles visos litteris mandaverunt, qui tunc fuerunt, antequam dominus venisset in carne IV 273, 10. secundum astrologorum numeros certum est solem, quando luna plena est, non posse deficere IV 273, 21.

Solus, servus publicus Aptungitanae civitatis II 410, 12.

somnium: quo modo fieret, ut nobis a superioribus potestatibus vel a daemonibus et cogitationes quaedam insererentur et somnia, cum Nebridius percontaretur A. *ep.* 8, A. quaedam quaestionis huius lumina praeseminare conabatur *ep.* 9.

somnus: Gennadius in somnis audivit hymnos beatorum atque sanctorum et, quod aliquando dubitaverat, vitam manere post mortem edoctus est III 500, 10—502, 2.

Soter, episcopus Romanus II 153, 15.

Spanianus: per Spanianum transire II 30, 13.

Spaniensis ecclesia II 28, 16.

Sperantius episcopus in concilio Milevitano adfuit III 664, 2.

Spes monachus *v.* Bonifatius presbyter.

spiritus: de nominis, quod spiritus dicitur, varia significatione IV 544, 2—545, 4. secundum id, quod nomen spiritus aliquam naturam significat, omnis incorporea natura spiritus in scripturis appellatur IV 544, 3. dicitur etiam spiritus in scripturis secundum quandam distinctionem in ipsa una unius hominis anima IV 544, 16.

Spiritus sanctus deus est et verus deus neque minor filio aut maior III 648, 19—650, 5. IV 549, 9—550, 12. spiritus sanctus non sicut creatura ex nihilo est factus, sed sic a patre procedit, ut nec a filio nec a patre sit factus III 625, 10. proprio modo quodam dicitur spiritus sanctus, secundum quod refertur ad patrem et filium IV 544, 22. potest et in hoc et in illo homine esse unus spiritus sanctus, etiam si invicem nesciant, per quem sit utriusque gratia communis; non autem potest spiritus hominis esse et huius et illius, per quem peccante altero et altero non peccante sit tamen culpa communis II 522, 11. Christianos carnales si, antequam perveniant ad spiritalem mentis aetatem, dies vitae huius extremus invenerit, perficiet in eis spiritus sanctus, quicquid hic intellegentiae minus habuerunt, quoniam ab unitate corporis Christi non recesserunt IV 106, 24. spiritus sanctus aliter adiuvat nondum inhabitans aliter inhabitans; nam nondum inhabitans adiuvat, ut sint fideles, inhabitans adiuvat iam fideles IV 190, 9. loquitur adversus

spiritum sanctum et peccat in eum, sive qui nondum est Christianus sive qui est haereticus Arrianus aut Eunomianus aut Macedonianus aut Photinianus sive alii haeretici aut ipsi Iudaei IV 42, 4.

Spondeo, Celeris procuratore, praesente utcumque Donatistarum frangebatur audacia; qui posteaquam Carthaginem profectus est, etiam in fundis ipsius Macrobius episcopus basilicas aperuit, populos congregavit; Augustinus eum Marcellino multum commendavit III 150, 22.

Stephani martyris reliquias secum portabant Galla et Simpliciola, cum in patriam reverterentur IV 372, 3. 7.

Stephanus, episcopus Romanus II 153, 18.

Stercutius deus I 42, 7.

Stesichorus inter vituperationem et laudes Helenae fluctuans detrahendo oculos perdidit, laudando recepit II 240, 10; *cf.* 315, 2. 385, 2.

Stilicho: leges, quae de idolis confringendis et haereticis corrigendis vivo Stilichone in Africam missae sunt, magis Theodosi filius quam Stilicho curavit mittendas II 517, 14. 518, 6.

